Digitized by Google

CONFINED

N
i
96
RBS



Digitized by Google

302971684/

Digitized by Google

Digitized by Google

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

CHRONICON PASCHALE.

VOLUMEN II.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXII.

Digitized by Google

HAVERFIELD LIBRARY
OF ANCIENT HISTORY
OXFORD

JUL 1934

Digitized by Google

CHRONICON PASCHALE.

AD

EXEMPLAR VATICANUM

RECENSUIT

LUDOVICUS DINDORFIUS.

VOL. II.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAECELLENTÍSSIMO
AC
CHRISTIANISSIMO REGI
LUDOVICO,
REGUM MAXIMO,
TRIUMPHATORI,
PIO, FELICI, AUGUSTO,
PATRI PATRIAE,
FIDEI ADSERTORI ET VINDICI,
LITTERARUM PARENTI AC PATRONO.

„Antiquis temporibus mos fuit bonarum artium studia mandare litteris, atque in libros redacta offerre Principibus, quia neque aliquid inchoatur, nisi post Deum faverit Imperator.“ Sacram Majestatem Tuam iisdem mihi nunc affari verbis liceat, Rex Christianissime, quibus olim Valentinianum Augustum Flavius Vegetius Renatus, cum suos ei offerret de Re militari commentarios. Tametsi enim quod in hoc opere pertractatur argumentum, nihil habet quod potentissimum Regem proprie spectet, nihil quod elegantia scriptionis ac materiae dignitate Vegetiano longe non cedat, haud alienum tamen ab officio meo esse duxi, si post dicatas aliquot nostras Majestati Tuae qualescunque

Digitized by Google

lucubrationes, hanc quoque postremam velut priorum leve corollarium Tibi Artium parenti nuncuparem. Neque mea me ac munusculi mei tenuitas deterruit id cogitantem quod Varius ille Geminus Rhetor de Imperatore summo dictitabat, „ut qui apud Te audent dicere, magnitudinem Tuam ignorant, ita qui non audent ignorare humanitatem.“ At hoc loco mihi, PRINCEPS INVICTISSIME, in SACRAE MAJESTATIS TUAE praeconia laudesve excurrere, vel eximias illas Regiasque prorsus animi virtutes, quibus Te Deus Optimus Maximus ad Gallorum Tuorum felicitatem beavit, commemorare consilium non est, nedum tot bello ac pace praeclare a Te gesta, quae et habentur in ore omnium, et qualis quantusque sis abunde exteris ipsis dissitisque nationibus declarant. „Multum namque Tuis onusta virtutibus currit fama cum pondere, et veris opinionibus jam adsueta de Te tantum didicit non mentiri,“ id quod de Theodeberto Rege e decessoribus Tuis, sed Te longe inferiore, jactavit olim Arelatensis Antistes Aurelianus. Quid quod laudum titulos omnes, quibus vel Reges Francici post illustria facta exornati olim, vel REGIAE MAJESTATIS TUAE jam ab aliis quamplurimis intra extra delibatae virtutes, quarum vel sola recordatione orbis quam late patet attonitus obstupescit, unus huic praefixus Epistolae titulus complecti videtur. Nam ecqua potest PRAECELLENTISSIMI Principis appellatione excogitari illustrior, qua prae caeteris insigniti Francorum Reges, tum a Summis Pontificibus, tum a Praesulibus Gallicanis in publicis numerosi Cleri Comitiis saepe fuere? An non in Te vox illa cadit aptissime, qui non tam Regni quod obtines amplitudine ac dignitate, quam rerum gestarum laude ac fama caeteris orbis Principibus multo PRAECELLIS? Jam studium illud singulare quod in revellendis reliquiis haereticae pravitatis, quae sceleratis factionibus Galliam Tuam, („ubi inter caetera mundi regna clarere Religio Christiana noscitur“) pridem paene concusserat, tum in avitae religionis integritate

Tom. 1. Hist. Franc. p. 857.

Gregor. M. Joan. VIII. etc. Conventus ad Andelaum. Synod. Germiniac. etc.

Joan. XXII. tom. 7. Epist. secret. p. 126.

Digitized by Google

tuenda nullo non die adhibes, haud paullo verius, quam nobilissimos Antecessores Tuos, Te Ecclesiae ac Christianae Fidei Defensorem, Vindicem et Adsertorem, Te Pium, Te Christianissimum praedicant. Circumfertur illud sane de duobus Imperatoribus Christianae rei defensoribus clarissimis adsertoribusque celebratum, Paganorum Fana Constantinus Magnus clausit, Theodosius evertit. Tu post receptas ab Invictissimo Parente quas rebelles sectarii contra jus fasque omne invaserant civitates, non modo Templa quae per vim nobis abstulerant, et eas quas violatis Legibus sanctissimis extruxerant Basilicas ipsis eripuisti, verum etiam justo perduellionis atque impiae sectae odio incitatus aequari solo et ubique dirui quae excitaverant Fana jussisti. Quid ita? ratus scilicet nec expiari posse, et sacros in usus conferri, quae essent ab his impia superstitione et inexpiabili perduellione inquinata, futurumque demum ut post detersam hujusce labis recordationem ipsam, floreat vigeatque illustris per Te in *Gallia* Christiana pietas, neque ullis postmodum maculis obscuretur. Quis deinde non satis unum id esse perspiciat, si Ludovicum Magnum quis appellet, ut Regum Maximus, Triumphator, Felix, Augustus, confestim agnoscatur? nisi forte minus honorifice sentire ac loqui de his Principibus, quos intuentur ipsi coram ac suspiciunt, Gallis absque piaculo licet, quam externis ac peregrinis, qui de his aliquid fama duntaxat et auditione acceperunt: quibus proinde haec ipsa praeconia non adulatio, quam in subditis ac domesticis pronum est suspicari, sed quae ubique vel apud hostes dominatur, vis una veritatis extorsit. Nam cur in Scriptoribus Anglicis haud certe postremus Regem Francorum terrestrium Regem Regum esse prodidit? aut cur Franciam Regnum Regnorum idem appellavit? cur Gregorius Pontifex, tum reipsa, tum appellatione Magnus, cum ad Childebertum scriberet, Quanto caeteros homines Regia dignitas antecedit, tanto caeterarum

Theodorit. l. 5. c. 21. Chron. Pasch. in Theod.

Matth. Paris. an. 1251. 1257.

Lib. 5. Epist. 6.

Digitized by Google

GENTIUM REGNA REGNI FRANCICI CULMEN dixit EXCELLERE? Cur ipsa deinde Graecia, unde hoc opus in Gallias Tuas advectum, quod nunc apparet in Tuo nomine; cur ipsa, inquam, non cujusvis, aut e promiscua plebe, aut e grege Scriptorum, sed ipsius Annae Comnenae ore Regem Franciae, quanto autem illis temporibus te minorem? REGEM tamen esse REGUM, MAJOREMQUE OMNIBUS QUI SUB CAELO SUNT, in Alexiade praedicavit. Quid aliud quam perspecta Francicae Majestatis dignitas auctoritasque impulit, ut cum ea esset Alexii Comneni Augusti filia, Imperatorioque sanguine, ac Caesarea etiam appellatione nobilis, palmam nihilominus Regiae praerogativae nostris Principibus ultro deferret? Cur Alexii postea nepos, et idem Imperator Constantinopolitanus Manuel Comnenus, cum ad Alexandrum Summum Pontificem litteras daret, Ludovicum Francorum Regem PROTONOBILISSIMI cognomento donavit, nisi Regii generis nobilitate et vetustate, perinde atque Imperii amplitudine caeteris orbis Principibus longe praestare eum idem agnosceret? Quod si prioribus illis hi tituli jure merito adscripti fuere, quanto potiore Tibi uni universi competunt, qui sparsas in singulis virtutes ac dotes, quas vetera Annalium monumenta commemorant, collectas in Te uno repraesentas? Quod igitur REGUM MAXIMUS audis ubique ac diceris, licet aegre ferat innata MAJESTATI TUAE moderatio, non est tamen impetratura a nobis quin sic sentiamus; non poterit hanc afferre vim animis judiciisque nostris: cum vix quisque nostrum ab ipso REGIS REGUM titulo abstineat et temperet; qui quanto tamen in Te verius quam in priscos Parthorum et Persarum Reges ipse conveniat, hunc si cuipiam caeteris adjungere animus fuerit, cum Regibus caeteris non semel sed saepius, quibus stare eos oporteret ac juvaret, leges perscripseris, unus belli nempe ac pacis in hoc orbe arbiter. Quamvis autem ea sit animi Tui magnitudo, nihil ut moliaris famae laudisque captandae apud omnes studio: sed suis Te illecebris virtus ipsa traxerit ad verum de-

Anna Comn. l. 10. Alexiad.

Apud Baron. an. 1180.

Digitized by Google

cus, patere saltem non tam ob Regni, cui peculiari Numinis erga nos beneficio praees, dignitatem, productosque tandem illustribus Tuis ac gloriosis tropaeis eo usque fere illius fines, quo vetus Gallia protendebatur, quam ob eximias illas ac vere Regias animi dotes quibus insigniter adornaris; patere, inquam, non jam Te MAGNUM, qua Te appellatione, quod olim Arcadio contigit Theodosii Magni filio, in ipso fere aetatis flore appellari gavisi summopere sumus: sed REGUM MAXIMUM, a Tuis praecipue Gallis, quibus es probe perspectus ac cognitus, atque adeo in amore ac deliciis salutari. Patere post tot nobiles ab hoste reportatas victorias, post tot expugnatas urbes, ac tot receptas provincias TRIUMPHATOREM Te inscribi. Patere nos EXPERTAE FELICITATI Tuae, quae consiliorum atque industriae sic est adjutrix, hanc ut illa nunquam superarit, nec sit in Te aliud praeter honestarum rerum prosperitatem, adgratulari. Patere AUGUSTI Tibi a nobis nomen imponi, quod a Francorum Regibus pridem manavit, eorumque fuit peculiare ac proprium, et quod aeque atque antecessoribus Tuis Philippo II. et Carolo VIII. Tibi jure optimo deberi, testantur tam multae res ante hunc diem, a Te pie, fortiter ac praeclare gestae. Sed inter tot magnificos illos titulos erit et huic non omnium certe postremo locus, ut Te PATREM PATRIAE, quae fuit Ludovici XII. apud majores nostros nomenclatio, ob singularem Tuam humanitatem in subditos, ac in calamitosos benignitatem Te praedicemus. Denique ut Franciscum Regem maxime anterior aetas cognominavit LITTERARUM PARENTEM ac PATRONUM, pro Tua eximia erga viros litteratos effusione, pro Tuo erga disciplinas omnes atque ingenuas artes, quas profitemur, amore, patere dici ac celebrari. Votis caetero nostris Numen annuat, REX CHRISTIANISSIME, annos si Tuos de nostris, de hostium spoliis si triumphos, Serenissimumque DELPHINUM, ac NOBILISSIMOS PUEROS, Nepotes Tuos, servet incolumes, si his perpetua decernat Im-

Synesius or. de regno.

Fest. Rufus de Pompeio.

Eutrop. de Constantino.

Digitized by Google

peria tum nostris ut posteris, et seris longo post intervallo nepotibus, infinitis saeculorum continuationibus ipsi imperent; tum ut per eos omni malorum acerbitate depulsa gens Francica quietae felicitatis munera consequatur.

Jul. Firmic. l. 1. Math. c. 4.

S. R. M. DEVOTISSIMUS
CAROLUS DU FRESNE.

Digitized by Google

POSTERITATI. P 1
V 1

PRAEFATIO,

UBI

DE AUCTORE CHRONICI PASCHALIS,

CAETERISQUE PASCHALIUM APUD GRAECOS CONDITORIBUS.

I. „Singuli Patrum librum aliquem expositurі, sicut ratio exigit, de auctore et materia ejus, intentione, causa et titulo, et si quae alia sunt quae auditoribus et lectoribus faciliorem intelligentiam sequentis operis praeparent, in tractatibus suis praemittere consueverunt. Et haec quidem habita ratione loci et temporis, et eorum ad quos sermo dirigitur, ut ad formam Evangelicae institutionis, familiae Domini mensuram cibi salutaris opportune dispensent. Nam, ut ait Palladius, magna pars prudentiae est consulta ratione personam illius qui scribit permetiri.“ Hisce ex Joanne Sarisberiensi [1]), praemissis de Praefationibus, quas λαλιὰς ἐπιγραφὰς vocat Epiphanius [2]), quasque, ut idem ait, libris suis praemittere solebant παλαιοὶ συγγραφεῖς, quibus διὰ αἰνίγματος ὑπόφασιν ἐδείκνυον πάσης ὑποκειμένης πραγματείας, neminem esse arbitror, qui priusquam ad hujusce *Πασχαλίου*, seu Paschalis Chronici, quod typis Regiis prodit, lectionem quivis accedat, non fateatur ultro pretium esse operae, ut non modo quae sors illius fuerit, tum quid in hac editione praestitum sit agnoscatur; sed etiam ut auctoris nomen, vel saltem quae patria, sit de utroque tamen, quod hactenus inexploratum manet, quidpiam resciri possit, quod operis argumentum, quodve libro lemma apponi debuerit, sedulo inquiratur: quae quidem in hac Praefatione pro virili examinanda suscepimus. Praefationum usus.

[1]) Epist. 172.
[2]) In Epist. ad Acacium, et Paul. Presb.

Digitized by Google

Fasti Siculi, pvout Paschale Chronicon P 2 primo appellatum, ex Sicilia Romam delati.

II. Atque ut ab illius, ut ita dicam, fortuna ordiamur, varia illa fuit. Tum primum quippe in Republica literaria, et apud viros eruditos innotuit, cum ex Sicilia, ubi ab Hieronymo Surita inventum ferunt, illius et Antonii Augustini opera Romam est perlatum. Qui enim ea tempestate Fastis Consularibus concinnandis et adornandis operam suam collocabant, Carolus Sigonius et Onuphrius Panvinius, Fastos Consulares in eodem Paschali exaratos sibi describi curarunt, quibus se in illis componendis non minime adjutos haud semel ii profitentur. *Nos*, inquit Sigonius in Commentario ad Fastos et Triumphos Romanorum, *Dionysium sequuti sumus, quem Fasti quidam Consulares Graece scripti, atque ex Sicilia, ut audio, advecti, et alii etiam Latini, quos citat Cuspinianus, sequuntur, in quibus Consules deinceps collocantur, cognominibus eorum tantum allatis, hoc modo, Βρούτου καὶ Κολλατίνου.* Et Panvinius in Praefatione Commentariorum ad Fastos: *Novissimus omnium ex antiquis qui Fastos Consulares, quod sciam, scripserit, est alius sine nomine auctor, qui in universali Chronico a se conscripto Consulum quoque nomina adjecit ab exactis Regibus ad primum* (imo vigesimum) *Heraclii Imperatoris annum. Is liber vetustissimis literis exaratus inventus est in Sicilia in antiqua Bibliotheca a Hieronymo Surita, operaque Antonii Augustini Rotae Auditoris factum est, ut ejus libri pars nobis transmitteretur, quae Consules continebat, cujus auxilio multum sublevatus sum in his Fastis concinnandis.* V 2 Idem Lib. II. in Praefat. *Nam Orosio, Cassiodoro, et Fastis illis Graecis nuper Romam ex Sicilia viri eruditissimi Antonii Augustini opera adductis, et quidem depravatissimis, tantum usus sum in ordinandis Consulibus.* Denique in Praefat. ad Lib. III. *Nam usque ad Heraclii tempora Fasti Graeci Antonii Augustini et Hieronymi Suritae opera ex Sicilia in Urbem advecti pertinent.* Hos igitur Fastos nudos primi Graece et Latine vulgarunt Sigonius et Panvinius, quos deinde Sylburgius to. III. Historiae Augustae a se editae, postmodum vero Andreas Schottus Stephani Vinandi Pighii volumini II. posthumo inseruere, et, ut alii passim, Fastos Siculos appellavere, quod, sicut diximus, tum primum in Sicilia Codex iste repertus sit.

An ex eo Codice exscriptum sit Casaubonianum Exemplar.

III. Istius Chronici exemplar aliud habetur in Bibliotheca Augustana, manu Andreae Darmarii Antiquarii descriptum, proinde litera recentiori, ut testatur Raderus, et a Sylburgio XXXVI. aureis Solaribus emptum, et Hoeschelio donatum, ab eodem Hoeschelio Reipublicae deinde Augustanae oblatum, ex quo Isaacus Casaubonus pleraque excerpsit, quae non semel in Notis ad Capitolinum, Fastorum Graecorum, interdum Siculorum, quomodo primus illos vocavit Onuphrius Panvinius, titulo laudat. Istius porro Andreae Darmarii, quem Graecum mercatorem indi-

Digitized by Google

gitat, meminit idem Casaubonus [1]), a quo se emisse testatur librum Julii Africani de Bellico apparatu, et Fragmentum Petri Alexandrini de Paschate; unde non modo illius aetas percipitur, sed et dubietas oritur, an is ex Romano exemplari Chronicon exscripserit, siquidem ex Graecia mercator in Gallias venerit: nisi forte fuerit ex illis Antiquariis Vaticanae Bibliothecae, fere semper natione Graecis, qui ex illius Codice haecce qualiacumque sibi transcripserit. Ut ut sit, ea excerpta cum Josepho Scaligero communicasset Casaubonus, is cum Eusebii Chronico a se adornato, una P 3
cum aliis similibus Chronicis, *propter cognationem materiae*; ut ipse ait, illa edenda curavit, *Chronicae temporum Epitomes* inscriptione. Verum in exscribendo Augustano exemplari multa praetermisit ipse Casaubonus, qui a Graeculo quodam (Darmario videlicet) acceptum, ut scribit Scaliger, manu sua descripserat; (antequam ab Hoeschelio emeretur) quia fortean cum exscriptionis integrae difficultate deterreretur, quae obvia aut supervacanea existimabat, omittenda censuerit. Sed et in annum xx. Mauricii Imp. duntaxat Chronicon illud Casaubonianum desinit, reliquis pariter omissis usque ad Heraclii annum. xviii. in quem desinit ipse Codex Vaticanus. *Cur autem Scaliger vel Casaubonus sequentes paginas omiserit, divinare non possum*, inquit Raderus, *nisi quod de sacris Imaginibus ibi multa mentio, quam, opinor, Iconomachi refugere:* quod ego vix putem, sed quia scriptor in exscriptione defatigatus hic haesit, nec tanti ea censuit, ut suscepto labori ulterius incumberet. Qualiscumque autem ista sit editio, in Raderiana emendanda non parum adjumenti fuit, praesertim cum haec postrema pluribus mendis scateat, et ut nec probe omnino descripta sit a Radero, ita nec a Typographo typis sat accuratis expressa. Chronicon porro illud a se editum Casaubonianum Scaliger in Notis ad Eusebium semper appellat: ubi rursum Raderus, *Magna et gravis causa*, inquit, *ut si ego vocem Raderianum, quod mea manu descripserim, transtulerim, ediderim, observationes addiderim, neque tamen erit Raderianum,* V 3
multo minus Casaubonianum. Ego vero cur Radero id stomachum moveat, haud omnino assequor, cum proclive nimium sit, quod ab aliquo beneficium acceperis, illius edito nomine palam profiteri.

IV. Ut denique Paschalis istius Chronici fatum absolvam, postrema tandem illius prodiit editio Monachii Bavariae Metropoli, anno CIↃIↃCXV. hoc titulo: *Chronicon Alexandrinum, idemque Astronomicum et Ecclesiasticum, vulgo Siculum, seu Fasti* Chronicon Raderianum.

[1]) In Not. ad Sueton. in Jul. n. 31. et in Exercit. ad Annal. Eccl. p. 465.

Digitized by Google

Siculi ab Sigonio, Panvinio, aliisque passim laudatum, partimque Graece editum, nunc integrum Graece cum Latina Interpretatione vulgatum, opera et studio Matthaei Raderi de Societate Jesu. Quae quidem ejusdem Chronici editio eruditorum fere omnium calculis est excepta: tum quod prior manca esset ac decurtata, illa vero quis, ut videbatur, numeris absoluta. Adde quod cum Graeca lingua apud plerosque usus, seu ut verbo utar Petronii, saporis haud sit publici, Latina Raderi versio cujusvis lectioni librum promiscue exponeret. Chronici compendium augebat praeterea quod tot rerum quae a celebrioribus Chronologis aut Historicis indicta, aut iis ignota fuerant, patefaceret; tum quod ejusdem opera Scriptorum aliorum locos emendare vel illustrare viris doctis liceret. *Qui quidem Fasti Siculi*, inquit Scaliger [1]), *tametsi habeant multa quae reprehendas, tamen ope illorum multa menda de ratione temporum tolluntur, et longe plura supplentur.* Et Jacobus Grandamicus [2]): *auctor ille quamvis multa optima habeat, in multis tamen peccat, et in iis duntaxat sequendus est in quibus vel bonis characteribus utitur, vel probatis*
P 4 *auctoribus adhaeret.* Unde Casaubono [3]) Χρονοψάφος dicitur. Petavius [4]) vero. *Chronicon istud Alexandrinum, quod ex variis auctoribus centonis instar concinnatum* fuisse ait, *egregium nec satis laudatum* appellat. Nam etsi idem Scaliger [5]) *scriptorem idiotam* interdum vocat, interdum *multa in ea farragine esse, quae ridere an mirari debeat se nescire*, et alibi, *multa esse inepta* dicat; fatendum tamen longe esse plura quae sua laude digna haberi debeant, cum eo praeponendi sint libri, quo prosunt, vel nova aut ignota proferunt ac docent. Multae enim sunt eruditae, licet fortasis longe petitae, saepe e re natae vel observationes vel digressiones, quibus hic liber tanquam segmentis purpurae veri luminis est ornatus: etsi iterationes aliquot ab incuria quandoque occurrant, verbi gratia cum seriem Pontificum Hebraeorum bis inserit, cum varietas ista narrationis inde oriatur, quod modo hunc, modo illum sequatur auctorem.

An illud recte Alexandrinum dictum fuerit.

V. Non defuere interea ex eruditioribus qui affixum a Badero a se in publicum emisso Chronico velut minus idoneum, ne dicam ineptum prorsus lemma suggillarunt, quod idem Chronicon, cujus auctor hactenus incertus habitus fuerat, Alexandrinum is appellaverit, nullo alio ductus fundamento, quam quod Petri Alexandrini nomen initio Codicis Augustani legisset: quasi,

---

[1]) L. 5. de Emendat. temp. p. 494.
[2]) In Chronolog. Christ. lib. 3. cap. 3. extr.
[3]) In Not. ad Lamprid. in Commodo.
[4]) In Not. ad Niceph. C. P. p. 4. 88. 1. ed.
[5]) De Emend. temp. 220. 255.

Digitized by Google

licet Petrus iste Alexandrinus Chronici auctor extitisset, quod procul est a vero, uti mox ostendemus, Alexandrinum ideo illud vocare debuerit. Nam ut ita diceretur, necesse foret, ut vel res Alexandrinas duntaxat complecteretur, quemadmodum opus Callinici Sophistae, qui sub Gallieno vixit [1]), et x. libris res Alexandrinas persecutus est, quodque laudatur ab Hieronymo [2]): vel Alexandrinorum Praesulum historiam, ut Chronicon Eutychii, et illud quod Orientale vocant, typis Regiis editum: vel saltem tempora secundum Alexandrinorum aeram ac epochas in eo exigerentur, quomodo Jacobus Cujacius [3]) Chronicon illud Alexandrinum ex Bibliotheca Puteana appellat, quod in eo non ex Coss. duntaxat Romanis, sed etiam ex suo Augustali annos putent Alexandrini. Quod quidem Puteanum Chronicon idem ipsum est quod edidit Scaliger post Eusebii Chronicon; hoc titulo: *Excerpta ex priore libro Chronologico Eusebii et Africano et aliis, latine conversa ab homine barbaro, inepto, Hellenismi et Latinitatis imperitissimo.* V 4

VI. Id enimvero Chronicon, quod *Farraginis Alexandrinae* lemmate non semel laudat Jacobus Gottofredus [4]), et unde sua hausit Scaliger, servatur hodie in Bibliotheca Regia, in Codice membraneo, literis, uti vocant, uncialibus descripto, proindeque potioris omnino antiquitatis, in cujus limine recentiori nullo charactere, sed qui Caroli Calvi aetatem redolet, haecce praedescripta leguntur: *Chronicon Georgii Ambianensis Episcopi, vel, sicut alii dicunt, Victoris Turonensis Episcopi.* Desinit autem istud Chronicon in tempora Anastasii Dicori, quo demum imperante videtur fuisse confectum; cum praesertim in Imperatorum serie, quam auctor descripsit, et in quo Imperii annos unicuique appingit, in Zenonem et Anastasium desinat, omissis eorum Imperii annis. Porro Georgium Episcopum Ambianensem, qui a Carolo Magno Romam Legatus missus est circa annum DCCLXXIII. ut testatur Anastasius [5]) nemo fortean erit, qui ex hacce apposita Codici inscriptione auctorem velit asserere: tum quod ea aetate ejusmodi in latina lingua barbaries in Gallia minime obtineret; tum etiam quod etsi Georgii Episcopi Ambianensis nomen praeferat, fieri possit ut ejusmodi similes forte aliquot lucubrationes emiserit, ex quibus harum conditor haberi potuerit, tametsi an is quaedam scripserit incertum prorsus maneat. Neque potiori jure Victori Episcopo Turonensi, qui nullus fuit, debet P 5

Id nominis Chronico, quod Georgii Episcopi Ambianensis nomen praefert, magis convenit.

[1]) Suid.
[2]) Comment. in Daniel.
[3]) Paratit. ad tit. Cod. de Offic. Praef. August.
[4]) In Not. ad Cod. Theod.
[5]) In Adriano I.

Digitized by Google

adscribi, licet perperam forte scriptum fuerit *Turonensi*, pro *Tunnunensi*, ita ut amanuensis quaedam ex Chronico Victoris Tunnunensis in Africa desumpta esse innuere voluerit, quod in Justinum Juniorem desinit, quod suadere videtur Chronicon inedítum Melliti in Cod. Colberteo CCXL. ubi is *Toronensis Ecclesiae Episcopus* dicitur, cum de illius Chronico agit. Haec enim prorsus evanida, nulloque fulta fundamento quoad Chronici istius barbarolatini Scriptorem, qui quantum conjicere licet Aegyptius fuerit, qui nec Graecam, vel certe nec Latinam linguam probe calluerit, tametsi in illo multa extent, quae ad Aegyptiorum, quorum aeram semper sequitur [1]), regna pertinent, et digna sint quae legantur etiam invitis soloecismis, propter ea sola quae in eo extant utilia et bonae frugis: quae est sententia ejusdem Scaligeri [2]). Verum haec obiter et per transennam dicta sint de hocce Chronico, quod cum Cujacio in Notis nostris Alexandrinum deinceps appellamus.

Petrus Alexandrinus non fuit auctor Chronici Paschalis.

VII. Atque ut in orbitam redeat oratio, licet Petrus quispiam Alexandrinus Episcopus Paschalis Chronici, quod recudimus, auctor extitisse potuerit, non ideo tamen, uti supra attigimus, Alexandrinum illud appellari debuerit, sed Chronicon Petri Alexandrini. Deinde Petrus iste Alexandrinus Episcopus, cujus nomen legitur initio Syntagmatis de Paschate, quod Codici Vaticano praefigitur, prout certe exaratum editumque est, Chronici auctor esse non potuit, cum Martyr dicatur, Petrusque iste martyrium obierit imperante Diocletiano, ut prae caeteris testatur Epiphanius [3]), et ex eo forte scriptor Paschalis Chronici [4]), proindeque in Heraclii tempora, in quae protrahitur, illud deducere non potuerit. Verum quin idem Petrus auctor non sit habendus, suadent non solum, imo probant omnino quae in Syntagmate de Paschate proferuntur a Chronici scriptore ex illius libro de Judaeorum et Christianorum Paschali Festivitate, ubi eadem laudantur formula, qua Hippolyti Portus Episcopi, Apollinarii Hierapolitani Episcopi, Clementis Alexandrini, et Athanasii scripta, qui pari ratione Chronici auctores dici potuerint. Illud autem Petri Alexandrini opusculum extare vel extitisse in Bibliotheca Scorialensi cum alio hoc titulo, *Περὶ τοῦ Πάσχα, καὶ τῶν τούτου ζητημάτων*, docemur ex illius indice Codicum Graecorum inedito; sed et haberi in Bibliotheca Collegii Societatis Jesu Caesaraugustani in Hispania monet Petavius [5]), a quo semel ac iterum laudatur.

---

[1]) Herwart. in Chronol. cap. 194.
[2]) Ad Graeca Eusebii p. 411. 2. edit.
[3]) In haer. Meletian.
[4]) P. 276.
[5]) To. 2. de Doctr. temp. p. 893.

Digitized by Google

Deinde Alexandrinae annorum epochae vel aerae, quae et Aegyptiaca fuit, nulla est in eo mentio, sed longe potius Antiochenae, uti censet Henricus Valesius [1]); *quod quidem Chronicon*, inquit ille, *nescio cur Raderus Alexandrinum vocaverit: ego certe Antiochenum vocare mallem. Etenim auctor illius Chronici diligentissimus est in rebus Antiochensium commemorandis et annis, et* P 6
mensibus eorum perpetuo utitur [2]), *ut olim notavi in Epistola ad Jacobum Usserium.* Et alio loco [3]): *Chronicon Alexandrinum, quod quidem libentius Antiochenum vocaverim.* Verum licet Auctor Chronici aera Antiochena saepe utatur, alia tamen fuit Antiochenorum a mundo condito annos putandi ratio, ac diversa ab ea qua is utitur, ut in hac Praefatione [4]) observavimus.

VIII. Neque etiam potiori jure Alexandrinum Chronicon appellari debuerit, quod ab Alexandrino quodam Scriptore exaratum inde forte existimari debeat, quod cum totum versetur in disquirendis Paschalis Festivitatis et examinandis difficultatibus, Aegyptii maxime *hujusce supputationis peculiarem habuisse notitiam* dicantur, ut loquitur S. Leo Papa, seu ut Proterius in Epistola ad eundem Pontificem [5]), quod *Aegyptiorum Ecclesia mater hujusce laboris* extiterit. Idque vel inde patet, quod in Concilio Nicaeno cum decretum fuisset, ut eodem omnes tempore Ecclesiae Pascha celebrarent, datum id Alexandrinis negotium fuerit, qui syderum peraeque et ordinandorum temporum scientiae erant majoris quam caeteri, et ut illorum Praesules legitimum celebrandi Paschatis diem quotannis invenirent, ac caeteris Ecclesiis indicarent, quod longe ante Christi nativitatem factitatum testatur Joannes Philoponus [6]). Adde quod Auctor idem Paschalis Chronici Regum Persarum usque ad Alexandrum M. ac deinde Aegyptiorum Regum ex Ptolemaeis usque ad Cleopatram Catalogum describit, et annos regni cujusque accurate recenset ac praefigit, sed et singularia quaedam de Alexandria subinde intermiscet, v. g. ubi de Pharo loquitur, et cum a Diocletiano praebitum esse Panem castrensem Alexandrinis anno Imperii XVIII. observat; ac interdum menses Aegyptiorum admittit. Verum pari ratione Romano cuipiam, vel Graeco, vel etiam Judaeo idem alius forte adscripserit, quod anni per Coss. per Olympiadas Alexandrinis incognitas, (licet suas alias Olympiadas habuisse

Neque alius quispiam forte Alexandrinus.

---

[1]) In Not. ad Hist. Theodoreti, lib. 2. c. 10.
[2]) Pag. 16. 177. 187. 192. 208. 230. 232. 262. 263. 270. 272. 279. 289. 290. 292. 294. 296. 316. 321. 328. 331. *b.* 334. *b.* 377. 382.
[3]) In Not. ad Euseb. p. 434. 2. ed.
[4]) Sect. 25.
[5]) Epist. 64.
[6]) Lib. de Pasc. p. 290.

Digitized by Google

Aegyptios testetur Georgius Syncellus [1]) ac per Indictiones in eo digesti legantur; menses vel Macedonum more, vel Latinorum, per Kalendas, Idus et Nonas efferantur; annorum initium a Kalendis Januarii, vel Septembris ducatur, contra quam apud Alexandrinos, apud quos anni initium sumitur a mense Thot, cujus primus dies respondet XXIX. diei mensis Augusti. Quibus adducti rationibus non defuere qui hosce Annales Constantinopoli fuisse conscriptos existimarent, ubi praedicta omnia erant in usu
V 6 vulgari, magna parte ex veteri Roma traducta simul cum Imperii sede, non item in reliqua Graecia a Latinis nominibus magis abstinente, illudque maxime, inquit Henschenius [2]), ex postremis Chronici annis liquet, in quibus tam prolixe describuntur acta Boni Magistri in Templo Studitarum Constantinopoli sepulti anno Heraclii XVII. ut non tantum ibidem scripsisse Auctorem, (vel potius Continuatorem, de quo infra agemus) sed et ex Studitis unum fuisse appareat verisimillimum.

Quando illius auctor vixerit, disquiritur.

IX. Verum cum Chronicon istud, seu Paschalion, ex variis
P 7 Scriptoribus centonis instar concinnatum sit, juxta Petavium, et ut ait Scaliger, *ex bonis aliquando pannis consutum, ex quibus et non tenuis fructus sit qui ex his colligi possit,* idque ipsum observet exacti vir judicii Henricus Valesius, multaque hactenus inedita in eo inserta Auctorum segmenta, quorum persaepe nomina reticet, multa ex Africano (cujus assecla dicitur a Goaro [3]) Epiphanio, Eusebio, Marcellino Comite, Idatio, Joanne Malela Antiocheno, aliisque verbo tenus descripta sint, non plane assequor quomodo inde, non nomen duntaxat dico, sed scriptoris patriam aut genus quispiam valeat subodorari. Nam quod quaedam ex Alexandrinis vel Antiochenis, et aliis ejusmodi rebus, ut videtur, singularibus subinde loquatur auctor, mirum videri non debet, cum opus suum praesertim contexuerit ex variis civitatum vel provinciarum Paschalibus, ut semel ac iterum profitetur, in quibus ea solebant inserere potissimum quae patriam spectarent, ita ut Paschale Constantinopolitanum res Constantinopolitanas, Alexandrinum Alexandrinas, Antiochenum Antiochenas una cum singularum Epochis contineret, ex quibus quaedam prout sibi videbatur selegit scriptor. Hinc tam varii ac diversi Chronologici characterismi ac computi occurrunt in hoc Chronico, tum in annis a mundo condito, tum in eorum variis sumptis initiis, quae quidem interdum ab aequinoctio verno et Martii XXI. deducere se profitetur, et interdum orditur a Septem-

---

[1]) P. 197.
[2]) In Exegesi praelim. ad tomum 3. Martii, cap. 2. n. 13.
[3]) In Praef. ad Syncel.

Digitized by Google

bri, quae res, inquit Petavius [1]), et Chronicum ipsum conturbat, et lectoris confundit ingenium. Neque aliunde Fasti Consulares exscripti sunt, cum in Paschalibus ii describi solerent. ut infra observamus. Sic porro Latinos Paschalia sua confecisse palam est, ex Tabulis quas Cereis Paschalibus appendere solent singulae vel civitates vel dioeceses [2]), in quibus singularia ista, quae illas spectant, annotari solent. Enimvero et si rem ut a se visam interdum enarret idem scriptor, vel ei gestae interfuisse aliquatenus colligi videatur posse ex ejus scriptis, veluti cum Melchisedecis et Hieremiae elogia perstringit, nemo ignorat ejusmodi Chronicorum confectores, dum sua ex alienis resarciunt, scriptorum verba integra, nullo habito delectu, inserere, cum quae ab illis visa sunt, vel eorum peracta aetate recensent, quasi a se visa, vel sua tempestate gesta enarrant. Atque id potissimum observare est ex Chronicis Georgii Syncelli, Georgii Hamartoli, Symeonis Logothetae, et aliis; tametsi fatendum sit, quae quo ipsimet vixere tempore contigere, non ab aliis scriptoribus solere mutuari, sed ea ex suo penu promere, ita ut siquidem Paschalii Scriptor, vel certe Continuator sub Heraclio vixerit, in cujus annum xx. Chronicon perducitur, quae sua aetate, aut proxime contigere, vel quae viderit, aut sciverit, enarrasse vero proximum sit. Verum an idem scriptor sub Heraclio vixerit, addubitat Goarus in Praefatione ad Georgii Syncelli Chronologiam, cujus verba hic apponam: *Chronicon Alexandrinum haud* V 7
lectum Georgio Syncello, nec Photio memoratum, aetatis penes me non est indubitae. Quod enim ad Heraclii tempestatem historiam profiteatur deducere, auctoris pariter et librarii testimonium esse potest, qui opus nondum forte absolutum nactus in Heraclii annos, ejus finem incidere, non auctorem vixisse testaturi, prout P 8
non absimili loquendi more, quo annis quingentis posteriorem Georgium Syncellum ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Διοκλητιανοῦ, ad Diocletiani Principis Imperium Chronographiam continuasse librarius noster scriptum in titulo reliquit; quamvis circa dubium nec sententiam ex tribunali pronuntiare, nec litem movere placet. Hactenus vir doctissimus, mihique dum viveret amicitia junctus, qui auctorem Paschalii Syncello et Photio posteriorem videtur inde colligere, vel certe conjicere, quod de illo prorsus siluerint. Cui quidem firmandae conjecturae illud addere poterat, eundem Photium trium auctorum, quorum alter est Metrodorus, duo alii sunt anonymi, scripta de Paschate recensuisse, auctoris vero Chronici nostri non meminisse. Sed haec rem haud omnino probant, cum nec omnia vidisse vel legisse Photium quae sua tempestate supererant volumina pro certo haberi debeat.

---

[1]) Lib. 9. de Doctr. temp. cap. 3.
[2]) Vide Gloss. med. lat. in Cereus Paschalis.

Digitized by Google

Illius auctores duo: alter sub Constantio, alter sub Heraclio vixit.

X. Quoad igitur aetatem auctoris Chronici, cum non unus extiterit a quo elucubratum fuerit, constat saltem illum, a quo ad Heraclium perductum est, non esse totius operis scriptorem, sed alterius, quod in annum Constantii XVII. qui est Christi CCCLIV. desierit, Continuatorem et interpolatorem. Id docemur praesertim ex doctissimi Holstenii observationibus, quas Codici suo Chronici Alexandrini edito subinde affixerat, hisce ad praedictum annum Constantii, post haec verba, εἰδῶν Αὐγούστου, adscriptis: *Hic desiit auctor CHRONICI PASCHALIS, caetera sunt Continuatoris.* Id certe subodoratus fuerat vir admodum sagax Franciscus Pithoeus, qui de hoc Chronico verba faciens [1]), aiebat illud videri scriptum ultimo Magni Constantini anno, Feliciano et Tatiano Coss. Inde ergo colligitur primum auctorem Paschalii vixisse circa tempora Constantii, quibus adhuc vigebant de Paschalis Festivitatis die controversiae: quae cum recruduissent sub Heraclio, ut infra observamus, occasionem alteri praebuerint Paschale istud Chronicon pridem conscriptum, Scriptoris insistendo computisticae rationi, ad sua usque tempora perducendi, atque adeo priorem hanc editionem subinde interpolandi, dum sua vel aliena intermiscet. Prius istud Chronicon vidit Holstenius, et quantum conjicere licet, ex Codice MS. quem, ut ex V. C. Emerico Bigotio didicimus, Abbas de Farina Siculus Regi Catholico ab Oratorio Constantinopoli comparaverat, ipsique communicaverat [2]). Illud deinde cum editione Rederiana idem Holstenius contulit; variis ad margines adscriptis lectionibus, suis etiam interdum admistis emendationibus et conjecturis: ubi quae subinde erant inserta ab interpolatore, deerantque in eodem MS. exemplari diligenter adnotavit. Quinetiam in reliqua deinceps Chronici parte emendationes ex ingenio adjecit. Quae quidem omnia in Notas nostras retulimus, eique, ut par est, adscripsimus, tum ne alium dicamur suppilasse, tum quod viri undequaque doctissimi in re literaria adepta pridem existimatio et auctoritas Lectorem in illius sententiam haud aegre forte adduxerit. Quin porro continuator Chronici sub Heraclio vixerit, negari fere non potest, tum quod Libri titulus in Codice Vaticano ac in Codd. Bibliothecae Regis Catholici, illud in annum XX. Heraclii, vel certe in illius tempora desinere innuat,
P 9 V 8 tum quod quae de eodem Augusto, ejusque gestis narrantur, ac denique exscriptae prolixiores epistolae ad Persarum Regem vel Toparchas, atque adeo descriptorum in actis publicis ejus Imperii et filii Constantini annorum accurata notatio, et quod ipsum Heraclium ὑμῶν βασιλέα vocet, id suadeant omnino. Atqui ta-

[1]) Pithoeana MSS.
[2]) Vide Apparatum Labbei ad Hist. Byzant. p. 8.

Digitized by Google

men non inde sequitur Georgium Pisidem, quod eodem Heraclio imperante vixerit, Chronici auctorem haberi debere, quod Joannes Georgius Herwartus [1]) videtur existimasse, nulla alia conjectura quam ex verbis Suidae male intellectis.

XI. Ut ut est, cur Alexandrinum Chronicon potius dicatur, nulla urgens reddi potest ratio, inquit nuperus scriptor [2]), idemque doctissimus, cum nihil minus quam Alexandrinum sit, nihilque commune habeat cum Alexandrinorum rationibus: adeo ut mirum sit, cur Raderus hocce lemma Chronico indiderit a se edito, Musis invitis, ac reclamantibus quotquot sunt eruditis, tametsi haud aliter hactenus laudatum sit, ex quo Raderiana ista editio prodiit, quo notiori nomini ac recepto usui serviretur. Hinc Jacobus Gothofredus in Notis ad Philostorgium, *Chronicon quod hodie dicitur Alexandrinum* semper laudat: et scite quidem, cum ante Raderianam editionem aliis extaret et laudaretur titulis, iisdemque minus etiam idoneis, licet alias potiori sui parte decurtatum. Non defuere interea qui Constantinopolitanum illud appellari posse censuerunt, atque in iis Joannes Leunclavius [3]), quo loco Edictum Justiniani Imperatoris fidei confessionem continens primus edidit, praemissis iisdem verbis, quae habet hocce Chronicon Paschale ad annum xxv. Justiniani, ex veteribus Annalibus, *quos quidam*, uti subdit, *Constantinopolitanos appellant*, descriptis, adeo ut par sit existimare hocce vidisse Chronicon, et ex eo idipsum exscripsisse Edictum, tametsi ex alio quam Augustanae Bibliothecae Codice: quod vel inde percipitur, quod in eo quo usus est Raderus, in Edicto isto Justinianeo [4]) magnus hiatus reperiatur in loco qui in Codice Vaticano, et apud Leunclavium integer describitur, ex quibus defectum Editionis Raderianae in hac Regia supplevimus, adjuncta veteris Interpretis versione Latina. Sed et in locis aliis ejusdem Edicti diversae interdum lectiones occurrunt, adeo ut jure dubitare liceat an Exemplar Augustanum ex Vaticano descriptum fuerit. In eadem porro sententia, quoad titulum Chronici, versatur vir eruditissimus Daniel Papebrochius [5]).

An Constantinopolitanum appellari possit.

XII. Verum quisquis istius Chronici auctor fuerit, scripsit ille non tam Chronicon, quam Computum Paschalem, ut ipsemet

Chronicon Paschale appellari debere probatur.

---

[1]) In Chronol. cap. 154. 203. 214. 325. 236.
[2]) Steph. le Moine in Var. Sacr.
[3]) In jure Gr. Rom. pag. 321.
[4]) Pag. 820. edi. Rader.
[5]) In Proleg. ad vit. S. Georgii n. 27. et in Propylaeo ad Maium p. 88.

Digitized by Google

in Praefatione[1]), seu Syntagmate de Paschate, cujus meminimus, profitetur, vel *Πασχάλιον*, uti Graeci Ecclesiastici vocant, hoc est Canonem de celebrando Paschate, cujus primos conditores Alexandrinos agnoscunt veteres omnes scriptores Graeci. Id porro nominis inditum, quod non modo utriusque Paschatis, Judaici scilicet, seu Legalis, et Typici vel Christiani, sed et praecipuarum festivitatum, quas *δεσποτικὰς*, seu Christi vocant Graeci, Latini vero *Mobiles*, quod a Paschatis die pendeant, indicem exhibeant, diesque notent quibus singulae peraguntur:
P 10 de quibus quidem Paschaliis, seu Paschalibus, egere Scaliger[1]), et Petavius[2]): sed et nos quaedam de iis attigimus in Glossario mediae Graecitatis. Istiusmodi computos Paschales, seu *κύκλους ἑορταστικούς*, *Paschalia*, *Paschales cyclos*, *circulos*, *cursus*, *recursus*, passim vocant Victorius, Gennadius, Senator, Ado Viennensis, Beda, Paulus Warnefridus, et alii: recentiores
V 9 vero ex Graecis scriptoribus, in quibus sunt S. Maximus[3]), et Nicephorus Gregoras[4]), *Πασχάλια*.

Paschalium scribendorum ratio ac methodus duplex.

XIII. Duplex autem fuit Paschalium conscribendorum ratio: altera enim simplex est, altera fusiori commentario illustratur. Prior in Paschalis Festi diei investigandae methodo, tabulis etiam interdum in idem argumentum confectis, tota versatur, cujusmodi est Hippolyti Portuensis Episcopi Canon Paschalis XVI. annorum, qui proxime ad Urbem inventus, ac Romam delatus, et in Bibliotheca Vaticana repositus, a viris doctis subinde illustratus est, Scaligero scilicet in libris de Emendatione temporum, et in Notis ad Eusebii Chronicon, ex quibus in Gruterianas Inscriptiones est relatus, deinde ab Aegidio Bucherio ad Canonem Paschalem Victorii, ac nuper denique a viro doctissimo to. II. variorum sacrorum: de quo quidem Hippolyti Canone sic scribit Eusebius lib. VI. Hist. Eccl. cap. XXII. *Τότε δῆτα καὶ Ἱππόλυτος συντάττων μετὰ πλείστων ἄλλων ὑπομνημάτων, καὶ περὶ τοῦ Πάσχα πεποίηται σύγγραμμα, ἐν ᾧ τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος, καί τινα κανόνα ἐκκαιδεκαετηρίδος περὶ τοῦ Πάσχα προθεὶς, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Αὐτοκράτορος Ἀλεξάνδρου τοὺς χρόνους περιγράφει*, id est interprete Henr. Valesio: *Eodem tempore et Hippolytus inter plurima alia ingenii sui monumenta, librum de Pascha composuit: in quo temporum seriem describens, et Canonem quendam Paschalem per* XVI. *annorum*

---

[1]) In Praefat. et in Chron. p. 75. 76. 117. 210. 211. 215. 216. 220. 221. 225. 229.
[2]) Lib. 5. de emend temp.
[3]) L. 8. auctarii cap. 12.
[4]) Part. 1. c. 16.
[5]) Isaac Argyr. p. 383.

Digitized by Google

circuitum exhibens, anno I. *Imperatoris Alexandri computationem temporum circumscribit.* Et ex Eusebio Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis [1]): *Hippolytus, cujusdam Ecclesiae Episcopus; (nomen quippe urbis rescire non potui) rationem Paschae, temporumque Canones scripsit, usque ad* I. *annum Alexandri Imperatoris, et* XVI. *annorum circulum quem Graeci ἐκκαιδεκαετηρίδα vocant, reperit, et Eusebio qui super eodem Pascha Canonem decem et novem annorum circulum, id est ἐννεαδεκαετηρίδα composuit, occasionem dedit.*

XIV. Paschalium vero, quae fusiori illustrantur Commentario, binae rursum sunt species. Alia quippe ordine chronologico, seu juxta temporum seriem digeruntur: alia in methodi formam conscribuntur, qua non modo Paschales, aliaeque festivitates, sed et caetera quae in Ecclesiasticis computis recentioribus disquiri solent, investigantur. Atque ut a fusioribus ordiamur, primus Hippolytus, cujus mox meminimus, ea scribendi ratione usus dicitur: qua digestis a mundo condito ad sua usque tempora elapsis annis, sedecennalis Cycli a se reperti in inveniendo Paschate methodum firmaret, descriptis subinde, ut vero est simile, Paschalibus Festis, Legalibus forte et Christianis. Quod quidem opus ad Alexandri Severi Imperatoris tempora perduxit, ut ex Eusebii allato loco docemur, in quo temporum descriptionem exposuit a mundi conditu ad eundem Alexandrum, cui demum canonem sedecennalis Cycli praefixit; id P 11
enim indicare videtur vox *προθείς*. Aliud autem fuere Hippolyti ratio Paschae, temporumque Canones, uti appellantur ab Hieronymo, aliud Canon *ἐκκαιδεκαετηρίδος* ab illo inventae: quod et docet ipsius Hippolyti Canon quem edidit Scaliger, et ex eo alii, in quo inter illius opera recensetur *Ἀπόδειξις χρόνων τοῦ Πάσχα κατὰ ἐν τῷ πίνακι.* Ubi Scaliger reponendum putat *καὶ τὰ*, vel *καθὰ*, quod postremum maluerim. Nam etsi, ut et Bucherius, alterum praeferat, quia, inquiunt, *ἀπόδειξις* et *πίναξ* longe diversa sunt, ita haec verba capienda censuerim, ut *ἀπόδειξις* temporum Paschatis juxta regulam in tabula descriptam exarata, et secundum Eusebium, eidem operi praefixa fuerit: nisi admittatur codicis Medicei lectio, *προσθεὶς*, cujus
meminit Valesius, ut addita fuerit, quod idem fere valet, tam- V 10
etsi subditam potius videatur omnino indicare ejusdem Canonis lemma, quod hisce verbis conceptum legitur: *Ἔτους α΄ βασιλείας Ἀλεξάνδρου Αὐτοκράτορος ἐγένετο ἡ ΔΙ τοῦ Πάσχα εἰδοῖς Ἀπριλλίαις, σαββάτῳ ἐμβολίμου μηνὸς γενομένου· ἔσται τοῖς ἐξῆς ἔτεσιν καθὼς ὑποτέταχθαι ἐν τῷ πίνακι· ἐγένετο δ' ἐν τοῖς παρῳ-*

Paschalium fusiorum duae species.

[1]) Cap. 61.

Digitized by Google

χηκόσιν, καθὼς σεσημείωται. Id est, *Anno* I. *Imperii Alexandri Imperatoris facta est* XIV. *Paschae Idibus Aprilis, Sabbato, cum mensis Embolimaeus fuisset. Sequentibus annis continget, sicut in tabula subjectum est, in praeteritis autem evenit, sicut indicatum est.* Ex quibus conficit Scaliger promittere Hippolytum hocce lemmate, non solum in futurum, sed etiam in perpetuum Canonis constantiam. Sed longe alia, nisi ipse fallar, sonant haecce verba. Operi ipsi quippe in Canonis seu regulae Paschalis Cycli specimen subdito hocce laterculo, eandem in posterum observandam regulam ait, quae in praeteritis annis fuerat observata. Unde colligere liceret in universo totius operis decursu non modo res praeteritas ex temporum ratione descripsisse, sed subinde etiam Paschalium festivitatum tempora ad suosmet expendisse Canones: quod prorsus velle videtur Eusebius, scribens operi de Paschate per tempora, seu ordine chronologico digesto, adjunctum fuisse Paschalem Canonem. Licet enim ejus canonem habeamus, inquit V. C. Henr. Dodwellus [1]), periit tamen liber quem scripsit de Canone.

De Paschali Hippolyti Portuensis.

XV. Sed an opus istud Hippolyti idem sit quod de Paschate inscripsit, quod vult Valesius, dubium facit, quod Eusebius et Hieronymus post recensitum illud de Paschate opus, in quo rationem temporum ad Alexandri Imperatoris aetatem perduxerit, aliud rursum de Paschate recenseant: quod quidem in praefixo huicce quod recudimus Paschali syntagmate, et ab aliis subinde scriptoribus laudatur. Quinetiam haec verba quae laterculo adduntur, *de demonstratione temporum Paschae prout in tabula*, ita accipi possunt, ut tabula ipsa demonstrationem temporum Paschae complexa fuerit, proindeque ipsa demonstratio et tabula unum idemque extiterint, ac tabula adjuncta fuerit Chronico, cujus paullo ante meminit laterculus, hisce verbis: *Χρονικῶν πρὸς Ἕλληνας, καὶ πρὸς Πλάτωνα.* Ita tamen ut incertum sit, an *πρὸς Ἕλληνας*, referri debeat ad Chronicon quod Hippolytus conscripserit, aevi sui morem secutus, quo Sancti Patres Gentilium objecta eo scriptionis genere confutarent, qui religionis Christianae antiquitatem, quam ipsi Ethnici jactaP 12 bant, ut est apud Paulum Orosium [2]), ut fictam traducere solebant, sumpto a mundi exordio ad sua usque tempora antiquitates sacras asserebant, dum interim totam gentium Chronologiam, vel *μυθικὴν*, vel incertam, ac ferme nuperam esse ostenderent: Christiani vero suam a Judaeis, atque ab ipso Mose, ac proinde a mundi conditu repeterent. Quo forte spectavit pariter

[1]) Pag. 32.
[2]) Lib. 7. cap. 26.

Digitized by Google

Senator, cum dixit [1]): *Habent etiam post tractatores, diversos relatores temporum studia Christiana, qui Ecclesiastica gravitate compositi, per vicissitudines rerum, mutabilitatesque regnorum, lacteo quidem, sed cautissimo nitore decurrunt. Qui cum res Ecclesiasticas referant, et vicissitudines accedentes per tempora diversa describant, necesse est ut sensus legentium rebus caelestibus semper erudiant, quando nihil ad fortuitos casus, nihil ad Deorum potestates infirmas, ut Gentiles fecerunt, sed arbitrio Creatoris applicare veraciter universa contendant.* Caeterum laudantur a Labbeo [2]) ex Bibliotheca Monchaliana Tabulae Paschales Hippolyti Portuensis Episcopi Graece et Latine cum vita ejusdem Hippolyti ex libro Sancti Hieronymi Graece, et commentario italico recenti manu in easdem tabulas. Sed an hae tabulae eaedem sint cum edita, cujus meminimus, haud omnino planum. Extant ejusdem Hippolyti opera alia, tum in Bibliotheca Regia MSS. [3]) tum edita pridem a Canisio, Combefisio, et aliis: quaedam laudat praeterea Syncellus [4]). Sed de Hippolyto et ejus scriptis consulendus praeter Eusebium idem Combefisius ad illius librum de XII. Apostolis et lib. de Antichristo. V 11

XVI. Hac enimvero, quam hic attigimus scribendi ratione usi [5]) Cassianus auctor Exegeticῶν, Tatianus, ut etiam de illo testatur auctor Chronici Paschalis, Clemens Alexandrinus, Hippolytus, Theophilus Antiochenus, Julius Africanus, Eusebius, Prosper Aquitanus, Georgius Syncellus, et aliquot alii, qui Christianam religionem non esse nuperam ἐξ ἀρχαιότητος τῶν προφητικῶν γραμμάτων demonstrarunt, Mosemque praecedere Trojanum bellum DCCCCXXVIII. annis probarunt, quod in primis fecit Theophilus lib. III. ad Autolycum, qui ut id certius demonstraretur, ab ipso mundi exordio repetendam temporum seriem existimabat: *Ινα δὲ ἀκριβεστέραν ποιήσωμεν τὴν ἀπόδειξιν τῶν καιρῶν καὶ χρόνων, Θεοῦ ἡμῖν παρέχοντος, οὐ μόνον τὰ μετὰ κατακλυσμὸν ἱστοροῦντες, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸ κατακλυσμοῦ, εἰς τὸ καὶ τῶν ἁπάντων κατὰ τὸ δυνατὸν εἰπεῖν ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν νυνὶ ποιησάμεθα, ἀναδραμόντες ἐπὶ τὴν ἀνέκαθεν ἀρχὴν τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ἣν ἀνέγραψε Μωσῆς ὁ θεράπων τοῦ Θεοῦ διὰ Πνεύματος ἁγίου.* Et eodem lib. *Οὐ γὰρ πρόκειται ἡμῖν ὕλη πολυλογίας, ἀλλὰ εἰς τὸ φανερῶσαι τὴν τῶν χρόνων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου ποσότητα, καὶ ἐλέγξαι τὴν ματαιοπονίαν καὶ φλυαρίαν* Qua methodo illud conscriptum.

---

[1]) De divin. lect. c. 22.
[2]) Pag. 189.
[3]) Codd. 1828. 1892.
[4]) Pag. 218. 230. 358. Canis. tom. 5. ant. lect.
[5]) Epiphan. haer. 31. n. 33. Scalig. ad Graeca Euseb. p. 402. et ad Hier. p. 3. Chronic. Paschale p. 261. ubi de Tatiano.

Digitized by Google

τῶν συγγραφέων, ὅτι οὔκ εἰσιν οὔτε δισμύριαι μυριάδες, ὡς Πλάτων ἔφη, etc. Eandem certe methodum ac scribendi rationem secutum auctorem Paschalis Chronici, quod publicamus, vel hinc apparet, quod non modo Christianae religionis primordia ac historiam ab ipsa mundi creatione repetat, resque Judaicas diligenter persequatur, sed etiam vana Gentilium circa sua Numina traducat et evertat commenta [1]), dum solide probat quos adorabant Deos homines fuisse mortales, indicatis quibus ipsi vixere saeculis, proindeque religionem Judaicam, a qua Christiana promanavit, longe ante Saturnum ac Jovem extitisse.

P 13 Quo spectant ista Cypriani, seu alterius scriptoris in libro de Vanitate Idolorum: *Deos non esse quos colit vulgus, hinc notum est. Reges olim fuerunt, qui ob regalem memoriam coli apud suos postmodum etiam in morte coeperunt: inde illis instituta templa, inde ad defunctorum vultus per imaginem detinendos expressa simulacra: nam et immolabant hostias, et dies festos dando honore celebrabant. Inde posteris facta sunt sacra, quae primis fuerant assumpta solatia.* Cum igitur duae ex scientia temporum artes efflorescant, inquit Petavius, altera quae computistica vulgo appellatur, et circa Canones ac regulas ordinandorum ad civilem usum temporum versatur; altera quam Chronologiam dicimus, certis notis et indiciis praeteritarum rerum memoriam suis temporibus assignet, utrumque complexus est auctor Paschalis, dum seriem temporum, quibus subinde res gestas adscribit, sedulo prosequitur, et Canones ἑορταστικοὺς Paschalesque subinde interserit.

Illudne viderit scriptor Chronici Paschalis.

XVII. Incertum porro an Hippolyti Chronicon idem scriptor unquam viderit, vel legerit, ab eoque quaedam hauserit, vel sane res hasce tractandi methodum exceperit, dum Paschalis festivitatis investigandae rationem, rerum gestarum Chronologi-

V 12 cae descriptioni intermiscet, licet Hippolytum ab eo visum ex praedictis colligere fortasse liceat, idque suadere aliquatenus videatur ipsius Chronici titulus, cujus duo exemplaria in Scorialensi Regis Catholici Bibliotheca extitisse docemur ex Catalogo Graecorum Codicum manuscriptorum necdum, ni fallor, edito, quorum prior hanc inscriptionem praefert: *Μαρκελλίνου καὶ Ἱππολύτου, ἤτοι ἀδήλου ἐπιτομὴ χρόνων ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τῆς Βασιλείας Ἡρακλείου τοῦ νέου, καὶ τοῦ αὐτοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου.* Alius vero: *Ἐπιτομὴ χρόνων ἀπὸ Ἀδὰμ Πέτρου Ἀλεξανδρείας Μάρτυρος, Κελλίνου καὶ Ἱππολύτου, ἤτοι ἀδήλου μέχρι Ἡρακλείου τοῦ νέου, καὶ Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.* Ubi in primo pro *Βασιλείας*, legendum indubie *ὑπατείας*, tametsi caetera

[1]) Epiphan. in Ancor. n. 107. 108.

Digitized by Google

minus sana sint ac cohaereant. Unde vero Marcellini vel Hippolyti nomina huic Chronico, quove fundamento, praefigantur, vellem doceri, sive is sit Marcellinus Comes, ex cujus Chronico quaedam forte in posterioribus saeculis exscripserit, sive Hippolytus iste sit is de quo agimus, sive ille qui Thebanus vulgo indigitatur, cujus Chronicon Latine partim editum a Canisio, et excerpta Graeca aliquot habentur in Bibliotheca Regis Christianissimi. Sed cum Hippolytus iste Thebanus vixerit saeculo XI. Chronici vero scriptor in Heraclii, sub quo vixit, tempora desinat, vix est ut credam hunc in hocce lemmate posse intelligi. Atque hic quidem de Hippolyti Chronico fusius forte quam par erat egimus, tum ut qua ratione ejusmodi Paschalia primitus conscripserint veteres Christiani, planum fieret, tum etiam ut an supra memoratorum Codicum Scorialensis Bibliothecae tituli suadere possint, ex Hippolyti Chronico, scriptorem istius quod modo publicamus quaedam excerpsisse, tametsi ad ejusdem Hippolyti Heccaedecaëteridem, de qua pluribus egere Scaliger et Petavius [1]), Paschales recursus minime exegisse constet, sed ad Octodecennalem, Vigintioctennalem, et DXXXII. annorum Cyclos, uti in Syntagmate de Paschate profitetur.

P 14 An Hippolytus auctor sit Chronici editi a Canisio et Labbeo.

XVIII. Caeterum Hippolyti Chronico, de quo agimus, geminum prope est, nisi ipsummet extiterit, Chronicon illud quod edidit Henricus Canisius Tom. II. Antiq. Lect. et Philippus Labbeus Tom. I. Novae Bibliothecae ex MS. Cod. Collegii Paris. Soc. Jesu, hocce titulo: *De divisionibus et generationibus gentium.* Quod quidem Chronicon ad Alexandri Severi annum XIII. eumque Imperii postremum, quo imperante se vixisse non semel Auctor innuit, perducitur. Is vero in praefatione descripturum se ait [2]) *Gentium divisionem, et parentum dinumeratam generationem, inhabitationis quoque tempora, et bellorum commissiones, et Judicum tempora, qui et ex quibus Regibus nati sunt, qualesque captivitates populi, et quibus Judicibus contigerint, quique Sacerdotes, quibus temporibus fuerant, et quae divisio, et quae perditio facta sit, quonam modo generatio seminis Israel de Patribus in Christo completa sit, et quot quantique per quanta tempora dinumerentur anni a creatura saeculi usque in hunc diem.* Praefationi Index subjicitur, cujus VI. caput hisce verbis conceptum legitur: *Declaratio Paschae, et quis quando servavit ex temporibus Moysi in hunc diem.* Quae quidem ad ea referuntur quae habentur in ea sectione, ubi de Paschate subinde a Judaeis exacto agitur. Tum additur: *A generatione autem Christi post*

[1]) Scalig. l. 2. de emend. temp. pag. 152. Petav. l. 2. c. 60.
[2]) Ex Cod. MS.

Digitized by Google

xxx. *annos cum passus est Dominus, Pascha celebratur. Ipse enim erat justum Pascha. A Passione autem Domini usque in* xiii. *annum Imperii Alexandri Caesaris anni* ccvi. *servatum est Pascha, quod in commemorationem Domini nostri Jesu Christi servatur a nobis. Fiunt igitur omnes anni ab Adam usque in hunc diem anni* v. mdccxxxviii. Quae quidem hic a nobis allata
V 13 si quis cum iis quae de Hippolyti Chronico attigimus adamussim conferre velit, illud ipsum esse ejusdem Chronicon haud difficulter forte concedet, cui latérculum is praemiserit, vel subdiderit in Paschalis festi, de quo in illa quam diximus sectione egit, inveniendi Canonem seu regulam: ad quam praeteritos et sequentes annos expendere lectorem voluerit. Nec obstat quod ad postremum Alexandri Imperatoris annum hocce Chronicon Canisianum, seu Labbeanum deducatur, Hippolytus vero eo imperante Martyrium subiisse dicatur a quibusdam [1]), cum certe id prorsus incertum sit, nulloque probo auctore Martyrii tempus asseratur, quod sub Decio contigisse Gregorius Turonensis [2]) et alii volunt, sed Alexandro duntaxat imperante vixisse tradant Eusebius, Hieronymus, et alii [3]): Anonymus vero in Chronico MS. ex Cod. Reg. iii. mliv. Nicephorus Constantinopolit. in Chronologia, et Catalogus Imperatorum Constantinopolitanorum editus a Leunclavio lib. ii. juris Graecoromani Severo imperante floruisse, perperam, ni fallor, scribunt: ἐπὶ τούτου καὶ Ἱππόλυτος ὁ Ῥωμαῖος συγγραφεὺς ἤκμαζε. Tametsi nil obstat quin Severi etiam aetate tum primum nosci coeperit: nisi Severum cum Alexandro Severo confuderint. Conjecturam praeterea nostram de Hippolyto ejusdem opusculi scriptore firmare posse id videtur, quod quaedam ex eo in Radevianum Chronicon sint immissa, ut subinde in Notis indicamus: adeo ut haud injuria
P 15 Hippolyti, ut et Marcellini, quisquis ille extiterit, nomina praetulerit Codex Scorialensis. Neque enim Baruoëtium absque fundamento aliquo, ea Codicis titulo affixisse probabile est.

Id vero proximum videtur ex rationibus allatis.

XIX. Praeter jam allatas conjecturas, quae Canisianum seu Labbeanum istud Chronicon Hippolyto videantur asserere, haud minimi etiam momenti forte censeri debeat illa quae circa annorum, tum a mundi conditione, tum a Christi Incarnatione et Natali, qua Hippolytus usus dicitur, putandorum rationem versatur, cum uterque scriptor in annis mundi conditi consentiant. Ut id porro exploretur, inquirendum primo qua methodo usus sit Hippolytus in consignandis annis, tum mundi, tum

[1]) Ughellus.
[2]) Lib. 1. Hist. c. 28.
[3]) Vide Hist. Dodwell. diss. 11. Cypr. n. 49. 50.

Digitized by Google

Christi: quod utcunque haurire licet ex Cyrillo Scythopolitano, qui Justiniano imperante vixit, tum in vita S. Euthymii, tum in vita S. Sabae, iis locis quibus sanctorum istorum Anachoretarum obitum commemorat. Atque ut a S. Euthymio initium ducatur, ipsissima Cyrilli verba placet adducere, prout habentur in Codice Colberteo: nam quae edita est Euthymii vita a Cotelerio, ex Interpolatore Metaphraste desumpta est, tametsi eosdem annorum characterismos praeferat. Ea autem sunt: *Η δὲ τελείωσις αὐτοῦ γέγονε κατὰ τὴν εἰκάδα τῆς Ἰαγνουαρίου μηνὸς τῆς ἑνδεκάτης ἰνδίκτου, ἀπὸ μὲν κτίσεως κόσμου, ἀφ' οὗπερ χρόνος ἤρξατο, τῇ τοῦ ἡλίου φορᾷ μετρεῖσθαι ἔτους πέμπτου ἑξηκοστοῦ ἐννακοσιοστοῦ πεντακισχιλιοστοῦ· ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐκ Παρθένου ἐνανθρωπήσεως ἔτους πέμπτου ἑξηκοστοῦ τετρακοσιοστοῦ, κατὰ τοὺς συγγραφέντας χρόνους ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων Ἱππολύτου τοῦ παλαιοῦ, καὶ γνωρίμου τῶν Ἀποστόλων, καὶ Ἐπιφανίου τοῦ Κυπριώτου, καὶ Ἡρωνος τοῦ Φιλοσόφου καὶ Ὁμολογητοῦ.* Ex quibus colligimus obiisse S. Euthymium XX. Januarii, Indictione XI. anno mundi V. MDCCCCLXV. Christi Incarnationis CDLXV. ac, ut infra ait, Leonis Magni anno XVI. Rursum idem Cyrillus in vita S. Sabae [1]), scribit eundem Sanctum Anachoretam mortuum V. Decembris, Indict. X. anno a mundi conditu VI. MXXIV. Christi Incarnationis vel Nativitatis DXXIV. Justiniani anno VI. P. C. Orestis II. ubi eadem formula de Hippolyti, Epiphanii et Heronis annorum characterismis loquitur.

XX. Quis autem fuerit hic Heron Confessor et Philosophus (ut et hoc obiter moneam) qui tempora consignarit, ignorari video a doctioribus. Quis enim asserere audeat eum esse qui Origenis discipulus et sectator, et ab eo fidei rudimentis institutus, ejusque Philosophiam amplexus, una cum Heraclide, dum adhuc esset neophytus, martyr capite plexus est, ut scribit Eusebius [2]), et ex eo Nicephorus Callisti [3])? Qua vero flagrante persecutione martyrium ille obierit, non tradit Eusebius: licet vero simile sit id accidisse sub Deciana, in qua, ut attigimus, Hippolytum interiisse plerique volunt, ac utrumque vigentibus ea tempestate de Paschalis Festivitatis celebrandae tempore controversiis, de quibus idem agit Eusebius [4]), commentarios edidisse, in quibus Christi Natalitiorum annum ac diem uterque observarit. Enimvero, cum neophytum adhuc, martyrium explesse dicatur, nescio an is Marcus Aurelius Heron fuerit, qui

V 14 De Herone Chronologo.

[1]) Cap. 77.
[2]) L. 6. c. 4.
[3]) L. 5. c. 6.
[4]) Lib. 5. c. 23. 25.

Digitized by Google

Alexandro Severo adhuc imperante, tum erat *Νεωκόρος* templi Serapidis in Porto; ut est in antiqua Inscriptione basis marmoreae, deinde factus neophytus, martyrium subierit: quae quidem Inscriptio hac verborum serie descripta legitur apud Jacobum Sponium in Miscellaneis eruditae antiquitatis [1]): *ΜΑΡΚΟΥ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΣΕΟΥΗΡΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΥΤΥΧΟΥΣ ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑΣ ΜΑΜΑΙΑΣ ΣΕΒΑΣΤΗΣ ΜΗΤΡΟΣ ΣΕΒ ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ ΣΑΡΑΠΙΔΙ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΣΥΝΝΑΟΙΣ ΘΕΟΙΣ Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΗΡΩΝ ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΤΟΥ ΕΝ ΠΟΡΤΩ ΣΑΡΑΠΙΔΟΣ ΕΠΙ ΛΑΡΓΙΝΙΩ ΒΕΙΤΑΛΙΩΝΙ ΑΡΧΙΤΙΗΡΕΤΗ ΚΑΙ ΚΑΜΕΙΝΕΥΤΗ ΚΑΙ ΑΥΡΗΛΙΩ ΦΗΒΩ ΚΑΙ ΣΑΛΩΝΙΩ ΘΕΙΟΤΩ ΙΕΡΟΦΩΝΟΙΣ ΚΑΙ ΚΑΜΕΙΝΕΥΤΑΙΣ ΧΑΡΙΤΗ ΙΕΡΟΔΟΥΛΕΙΑ ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΕΠ ΑΓΑΘΩ.* In latere baseos, *ΕΠ ΑΓΑΘΩ ΕΠΙ ΓΡΑΝΙΟΥΡΩ.* Sed de hac circa Heronem Cyrillianum conjectura nihil temere definio, cum alii extiterint hoc nomine, atque in iis Heron Patriarcha Antiochenus, quem alii *Ερωτα* vocant, et Heron natione Thebanus, dignitate Episcopus, Juliano imperante, cujus Philostorgius et hujusce Chronici scriptor meminerunt. Interim ex hac allata Inscriptione colligere saltem fortasse liceat vero esse simillimum, Portum, cujus in ea fit mentio, illam esse urbem, cujus Hippolytus Episcopus fuerit, tametsi qua in Provincia extiterit maneat incertum, ipseque Hieronymus, quod exerte testatur, nescierit, cui tam diu Romae versato, Portus Romae, cujus urbis Episcopum fuisse Hippolytum plerique volunt, minime ignotus esse debuit. Adeo ut haec Graeca Inscriptio, cultusque Serapidis Aegyptum, ubi notum Alexandriae illius fanum a Theodosio M. eversum, omnino videatur spectare, unde in Provinciam Gallicanam, ubi illa servatur, allata fuerit. Sed cum apud Geographos caeterosque scriptores, nulla occurrat civitas Portus nomine in Aegypto, ubi vigebat Graecus sermo, secus vero in Africa, ubi Latinus obtinebat, in qua ad tres recenset Anonymus Ravennas lib. III. cap. VIII. XI. et lib. V. cap. IV. Portum scilicet divinum, Sigensem et Magnum, atque adeo Hippolytus Portus duntaxat et cum nullo adjuncto Episcopus dicatur, sane vero est proximius Portum in ea Inscriptione intelligi Romanum. Nec obstat quod Serapidis templum in Porto, seu Portu, extitisse dicatur, cum in eo tractu cultum Serapidem, atque adeo in Ostiensi civitate, Portuensi proxima, ac solo fere Tyberi divulsa, prout a Procopio [2]) utraque civitas describitur, testetur Minutius Felix sub initium operis: Romae vero, et in aliis Latinis Provinciis, eun-

P 16

V 15

[1]) Sect. 10. n. 22.
[2]) Lib. 1. Gothic. cap. 25.

Digitized by Google

dem cultum fuisse Serapidem testentur Graecae pariter Inscriptiones apud Gruterum. Neque etiam opponi debet quod Inscriptio Graeca sit, cum in Latinis Provinciis haud paucae repertae sint. Sed quod Hippolytum Portus Romani fuisse Episcopum omnino videatur suadere, id potissimum fuerit, quod is Romanus dicatur in Catalogo Imperatorum Leunclaviano supra laudato, et quod anno MDLI. in agro Verano non procul ab aede S. Laurentii ad Urbem reperta sit antiqua e marmore statua solio insidens, in cujus quidem solii binis laterculis Cycli Paschales annorum XVI. Graecis literis erant descripti; ex quibus, tum ex librorum lemmate, quod horum dexter continebat, Hippolyti, cujus nomen non erat expressum, facile deprehensum est statuam esse, quam ex Portu Romano, non vero ex Aegypto P 17
huc esse allatam admodum est probabile. Quinetiam alius haud videtur ab Hippolyto Presbytero, qui una cum Nepotiano, (alii Pontiano legunt) exul deportatus est in insulam nocivam Sardiniam, Severo et Quintiano Coss. seu anno Christi CCXXXV. Alexandri Imp. XI. ut est in Catalogo Pontificum Romanorum a Cuspiniano et a nobis edito, in Pontiano Papa. Adeo ut hac tempestate Episcopatum Portuensem nondum fuisset consecutus: cur vero Metropolitanum Arabum eum indigitet Herwartius[1]), non plane percipio.

XXI. Sed ut redeam unde sum digressus, ex allatis ex Cyrillo patet omnino hunc Panodori Aegyptii Monachi, qui Arcadio imperante, et sub Theophilo Episcopo Alexandrino vixit, ut testatur Georgius Syncellus, quique Christi natalem in annum mundi V. MCCCCXCIII. retulit, annos putandi rationem secutum. Quod ut planum fiat, observandum in primis triplicem apud Graecos aeram obtinuisse annorum a mundo condito: primam quae ab initio rerum ad natalem Christi putat annos V. MCCCCXCIII. alteram, anno V. MDI. de qua Concilium Nicaenum II. act. VI.[2]) et Syncellus[3]), tertiam, quae etiamnum apud Graecos hodiernos in usu est V. MDIX. Aliam enim omittimus, quae Antiochenorum propria fuit, et Christi Natalem anno mundi conditi sexmillesimo assignat, ut ex Hesychii loco, quem huicce Chronico subjecimus, docemur. Sed et alia fuit, quae Natalem Christi anno mundi V. MDVI. assignat, de qua tractatulum subdidimus pariter huic Chronico. Prioris aerae Graecanicae inventor, ut supra diximus, existimatur Panodorus, quam in locis allatis sequitur Cyrillus. Illa porro (nam de hac prima hic potissimum est sermo) cum Dionysiana aera vulgari consentit,

Quam annorum rationem sectatus sit Cyrillus Scythopolitanus, et quotae fuerint Graecorum aerae a mundi ortu.

[1]) Cap. 177.
[2]) P. 405. ed. Labbei.
[3]) P. 35. 218. 313. 316. 326.

Digitized by Google

quae Nativitatem Christi ad Consulatum Lentuli et Pisonis refert, hoc est uno anno minus quam in recepta hodie sententia, licet hanc dissonantiam concilient accuratiores Chronologi. In eo tamen discrepat utraque aera, quod Panodorus Christi annum illiget anno mundi v. MCCCCXCIII. (cujus sententiae causam affert Syncellus [1]) Dionysius vero anno v. MDI. atque ita alter ab altero annis VII. remotus sit, licet uterque indictionem communem, tum feriam, vel lunarem aetatem certis diebus attributam obtineat. Etenim annum Christianae aerae primum uterque computus v. MCCCCXCIII. numerat, necnon annum ejusdem aerae nonum uterque recenset v. MDI. quippe de anno currente mundi ad Incarnationis annum assequendum, priores annos v. MD. detrahunt; posteriores v. MCCCCXCII. ex quo major hujus quam illius calculus efficitur. Unde conficit Petavius [2]) trium aerarum
V 16 duas Incarnationem Christi diversis annis affigere, ac prioris, quae v. MDI. numerat, ultimum convenire Christi anno nono: alterius vero, quae v. MCCCCXCIII. putat, anno primo, adeoque non duos annales computos, sed unum eundemque esse. Etenim annum Christianae vel Dionysianae aerae primum uterque computus v. MCCCCXCIII. numerat, necnon annum ejusdem aerae nonum uterque recenset v. MDI. Quippe de anno currente mundi ad Incarnationis annum assequendum priores annos v. MD. de-
P 18 trahunt, posteriores v. MCCCCXCII. ex quo major hujus quam illius calculus efficitur. Itaque in annis mundi consentiunt ambo computi, in annis Incarnationis dissentiunt. Non debent igitur mundi aerae vel computi censeri duo, sed unus duntaxat, cujus ad diversos annos Christi ἐνανθρώπησις illigatur. Quare duae tantum, ut supra dictum est, praecipuae sunt aerae Graecorum: una cujus in annum v. MCCCCXCIII. primus annus aerae Dionysianae vel communis congruit, et altera quae eumdem annum numerat ab orbe condito v. MDIX. Ita ratiocinatur Petavius harum rerum diligens explorator, cujus tamen hac in re sententia aliis non omnino arridet [3]). Ut ut se res habet, haec Cyrillianis characterismis sunt aptanda. Ex anno mundi v. MDCCCCLXV. quo Sanctus Euthymius obiit, XX. Januarii, Indictione XI. detractis v. MCCCCXCIII. annis, annus vulgaris Incarnationis erit CCCCLXXII. in quem cadit annus XVI. Leonis Magni. Rursum, si anno v. M. CCCCXCIII. addas CCCCLXXII. fiet annus mundi v. MDCCCCLXV. Christi CCCCLVII. cui si addantur VIII. erit annus CCCCLXXII. vulgaris, quo currebat Indictio XI. Deinde anno v. MDCCCCLXV. adde VIII. fiet annus VI. MDCCCCLXXIII. ex his si de-

---

[1]) P. 326.
[2]) Lib. 8. auct. c. 1. p. 293.
[3]) Goar. ad Syncell. p. 83.

Digitized by Google

mantur CCCCLXII. restabit V. MDI. Pari modo ex anno VI. MXXIV. quo S. Sabas decessit, V. Decembris, ablatis V. MCDXCIII. erit annus Incarnationis DXXXI. rursum anno V. MCCCCXCIII. si addantur DXXXI. erit annus mundi VI. MXXIV. a Cyrillo notatus: si VIII. erit annus Dionysianus vulgaris DXXXIX. quo mense Decembri currebat Indictio X. deinde ablatis DXXXIX. de VI. MXXXI. restabit annus DI.

XXII. Atque haec praemittenda fuere, ut quibus annorum characterismis usus fuerit Hippolytus planum fieret, et an ex iis auctor existimari possit Chronici Canisiani seu Labbeani, de quo in praesens agimus, expendere liceat. Quod sane haud procul a vero abesse facile concedet qui illius computos accuratius in examen adduxerit. Anno quippe XIII. Alexandri Severi Imperii Chronicon istud conscriptum fuisse non uno loco indicatur. Imperium porro iniit Alexander anno Christi vulgari CCXXII. idque potissimum colligitur, ut pridem observatum a Scaligero[1]), Petavio, Bucherio[2]), et aliis, ex Canone Paschali Hippolyti, cujus supra meminimus, in quo ejusdem Augusti anno I. qui ab X. die Martii deducitur, XIV. Paschalis evenisse notatur Idibus Juliis, Sabbato, cum mensis embolimaeus proxime praecessisset, qui erat tertius ejus sedecennalis cycli annus bisextilis: quae omnia non potuere contingere, nisi anno Dionysiano CCXXII. Proinde cum Alexander annos XIII. et dies IX. regnasse dicatur in eodem Chronico, ut et apud Lampridium, consequens est extinctum fuisse XIX. Martii, anno Christi vulgari CCXXV. quod quidem an variis annorum ab auctore Chronici allatis epochis quadret omnino, deinceps disquirendum. Qua mundi conditi aera usus sit Hippolytus.

XXIII. Is porro annum XIII. Alexandri in annum mundi conditi V. MDCCXXXVIII. conjicit, Christi Natalis DXXXVI. hisce verbis: *Ab Adam autem usque in transmigrationem Babyloniae sub Jechonia, generationes* LI. *anni* IIII. MDCCCXLII. *menses* VIII. *Et post transmigrationem Babyloniae usque ad generationem Christi generationes* XIIII. *anni* DCLX. *et a generatione Christi usque ad Passionem anni* XXX. *et a passione usque in hunc annum, qui est* XIII. *Imperii Alexandri annus, anni* CCVI. *Fiunt igitur omnes anni ab Adam usque ad* XIII. *Alexandri Imperatoris annum, anni* V. MDCCXXXVIII. Quo quidem loco advertere interim liceat auctorem Chronici Labbeani in anno Passionis Christi veterum Patrum[3]) opinionem secutum, cujus meminit Cle- An in iis V 17 concinat cum Chronico Pascha P 19 schali.

[1]) Scal. l. 5. p. 491.
[2]) Bucher. in Belg. Rom. L. 6. c. 8.
[3]) Tertullian. Steph. Gobarus apud Phot.

Digitized by Google

mens Alexandrinus [1]), Christum uno tantum anno praedicasse, eoque passum fuisse, quomodo denique scriptor Chronici Paschalis non uno loco eundem annum putat, verbi gratia pag. 203. et anno Chr. CCCLXXXI. CDXXXI. CDLII. tametsi locis aliis annos XXXIII. Christo fere semper adsignet: unde evidens est, quod non semel monuimus, hoc Chronicon ex variis scriptorum excerptis, nullo fere delectu, vel praevio examine, esse consarcinatum, sed et esse vero simile quae in eo secundum istum annorum Christi calculum inserta leguntur, excerpta fuisse ex Africano, siquidem, ut testatur Hieronymus [2]), hanc ille sententiam est sectatus. Deinde paullo infra ait supradictus scriptor post recensitos Persarum Reges: *Post quos tempora jam manifeste apud Graecos ex constructione Olympiadum sunt clara: nam usque ad Alexandrum Macedonem fuerunt Olympiades* CXIV. *quae faciunt annos* CDLVI. *ab Iphito, qui constituit Olympiades. Ab Alexandro usque ad Christum, Olympiades* LXXX. *quod sunt anni* CCCXX. *A Christo autem usque ad annum* XIII. *Imperii Alexandri, Olympiades* LVIIII. *quod sunt anni* CCXXXVI. *Sunt ergo omnes Olympiades usque ad annum* XIII. *Alexandri Caesaris, Olympiades* CCLIII. *quod sunt anni* MXII. Quandoquidem igitur per Olympiades annos putandi ratio Chronici scriptori certior videtur, praesertim cum inter eruditos de earum constet initio, easque ab Iphito instauratas tradant scriptores anno ante aeram Christianam DCCLXXVII. Periodi Julianae III. MDCCCCXXXVIII. ab iis petendum in primis videtur exordium. Censorinus in libro de Die natali [3]) scribere se ait Ulpio et Pontiano Coss. eumque annum esse secundum Olympiadis CCLIV. ab Olympiade vero prima millesimum et quartum decimum, ex diebus scilicet aestivis quibus Olympicus agon celebrabatur, a Roma autem condita DCCCCXCI. et quidem ex Palilibus, unde Urbis anni numerantur. Atqui hic Consulatus incidit in annum Christi vulgarem CCXXXVIII. qui, inquit Censorinus, erat annus secundus CCLIV. Olympiadis, et a I. Olympiade, MXIV. qui quidem calculus quadrat cum calculo auctoris Chronici, de quo agimus, qui biennio ante extitisse ait annum MXII. omnium Olympiadum, et annum CCXXXI. Olympiadum LIX. a Christo usque ad annum XIII. Imperii Alexandri: proinde Maximo et Africano Coss. fuit annus IV. Olympiadis MXII. ab Iphito, et quartus Olympiadis LIX. a Christo, qui est annus Christi vulgaris CCXXXVI. Is porro annus IV. Olympiadis CCLIII. incidit in annum periodi Julianae IIII. MDCCCCXLIX. qui est Christi vulgaris

---

[1]) Lib. 1. Strom. p. 340.
[2]) S. Hieron. in 9. Daniel.
[3]) Cap. 18. 21.

Digitized by Google

CCXXXVI. Olympiades quippe institutae sunt, uti diximus, anno P 20
ejusdem Periodi III. MDCCCCXXXVIII. a quo ad hunc descriptum
annum totidem anni intersunt. Rursum ab eodem anno Juliano
IV. MDCCCCXLIX. si auferantur CCXXXVI. remanebit annus Julia- V 18
nus IV. MDCCXIII. qui incidit in Consulatum XIII. Octavii Caesaris,
quo Christi Nativitatem contigisse auctor est etiam Epiphanius,
proinde anno uno ante aeram Dionysianam, a quo putatus an-
nus CCXXXVI. in Chronico, in annum vulgarem CCXXXV. cadet.
Ex quibus colligitur Consulatum Maximi et Africani incidisse in
hunc annum, eumque annum Iphiteum fuisse IV. Olympiadis
CCLIII. prout recte observat Scaliger ad Chronicon nostrum Pa-
schale: quo anni MXII. omnium Olympiadum absolvuntur: a qui-
bus si auferantur anni CCXXXVI. restabit annus DCCXXXVII. quo
Olympiades ab Iphito institutae sunt, anno Periodi Julianae III.
MDCCCCXXXVIII. Enimvero quod auctor Chronici annum XIII.
Alexandri in annum mundi V. MDCCXXXVIII. conjicit, non qua-
drat omnino cum anno mundi juxta Graecos V. MD. a quo is an-
num Incarnationis videtur ordiri, cum ablatis CCXXXVI. quot
annos a Nativitate et Incarnatione putat, supersint anni V. MDII.
haec examinabunt horumce calculorum peritiores.

XXIV. Quod vero auctor Chronici, quemadmodum Epi- Qua aera
phanius, annum Christi in annum mundi juxta Graecos V. MD. auctor
consignet, quem alii in annum sequentem, non obstat quin in- Chronici et
vicem consentiant: cum ii annum Incarnationis Christi, quae Epiphanius
XXV. mensis Martii, et Nativitatis, quae demum XXV. Decembris utantur.
accidit, intelligant: alii annum I. a Natali, initio a XXV. Decem-
bris praecedentis sumpto, putare incipiant, quod et fecisse Dio-
nysium observat Petavius, ita ut nulla inter eos occurrat disso-
nantia, qui utrique anno, Christi annum affigunt, ut Annianus
apud Georgium Syncellum [1]), qui τὴν θείαν σάρκωσιν τῷ ἐφ'.
πληρουμένῳ, καὶ ἀρξαμένῳ τῷ ἐφά adscribit. Cum igitur
Chronici istius tot annorum characterismi cum ea annos mundi
conditi, et Christi Incarnationis vel Nativitatis putandi ratione
ab Hippolyto observata prorsus concinant, ipseque Hippolytus
et auctor Chronici vixerint ipso Alexandri Severi aevo, immo
anno illius Imperii XIII. se scribere profiteatur, nemo, opinor,
inficias ierit, vero esse omnino proximum illud ipsum esse Chro-
nicon, quod Hippolytum scripsisse testantur Eusebius et Hiero-
nymus, quod vir aliquis doctus in Latinam linguam postea trans-
tulerit: cum id praeterea suadere videatur ipsa scribendi ratio,
qua usum Hippolytum idem Eusebius satis insinuat, atque adeo,
quod cum Georgius Syncellus [2]) scribat Hippolytum in libro

[1]) P. 35. 312.
[2]) Pag. 218.

Digitized by Google

de Susanna et Daniele, Joacimo, qui et Joachas appellatus est, Regi Judae, filio Joacimi Regis, ac Josiae nepoti tres regni annos tribuere, contra quam Eusebius, auctor Paschalis et alii passim, qui tres regni duntaxat menses eidem assignant, id ipsum tradatur in hoc Chronico, hisce verbis: *Post Joachim regnat filius ejus Joachim annis tribus, et hunc ducit ad eum compeditum Nabuchodonosor Rex Babylonis et alios cum eo.*

De Chronico Paschali Hippolyti. P 21

XXV. Chronici istius codex membraneus MS. servatur, ut attigimus, in Bibliotheca Collegii Societatis Jesu Parisiensi, praecipuae antiquitatis, cum circa Caroli M. vel certe Caroli Calvi tempora exaratus sit, in quo describuntur praeterea Chronicon Eusebii ex versione S. Hieronymi, deinde Idatii Chronicon editum ex eodem codice a Sirmondo: cui subjiciuntur Fasti Consulares a Bruti et Collatini Consulatu, ad Anthemii Augusti secundum Consulatum, ab eodem Sirmondo partim, integri vero a Philippo Labbeo publicati. Hos subinde excipit idem Chronicon quod Hippolyto asserere audemus, hoc titulo: *Liber generationis ab Adam usque ad ordinem* * *quae continetur in hoc libro.* Titulo subjicitur Index operis: Indici Praefatio ad nescio quem Diaconum. Codex desinit in seriem Regum Persarum, eamque mutilam, cum postremum codicis folium media sui in longum parte laceratum sit, tametsi antiquarium ulterius haud processisse appareat. At cum editio Labbeana longe plura contineat, praeter hunc codicem, quem indubie vidit, et mecum communicavit vir humanitate perinde ac eruditione commendandus Joannes Harduinus, et editionem Cahisii, alio, quique subdidit, complexus fuerit, usum Labbeum verisimile est: praesertim cum editio Canisii in seriem Regum Macedonum duntaxat desinat, et in scriptura cum Labbeana haud semper consentiat, ut ex lectionum diversitate, quam apponendam duximus, cuivis apparebit. Codicem etiam MS. cum Editione Labbeana rursum contulimus, ex quo infinitos propemodum locos emendavimus, ipsis verbis, prout jacent, etiam cum naevis suis descriptis, ut iterata editione, huicce quod recudimus Paschali Chronico propter cognationem materiae, propter scilicet Paschales observationes, adjungeretur. Caeterum non eadem omnino serie, quam index praefert, sectiones vel capita ubique describuntur. Sed et deest postremum caput, quod *nomina Episcoporum Romae, et quis, quot annis praefuit*, continebat: non, uti censet vir doctissimus [1]), quod ideo omissum fuerit a Librario, quia ab Eusebiano Chronico, cui adhaerebat, magnopere discreparet; quod sane vix quispiam sibi persuadeat, sed potius quod revera

V 19 * sic

[1]) Joan. Pearsonius Episcop. Cestr. in Dissert. de success. primor. Episcop. Romae cap. 10. n. 1.

Digitized by Google

sub finem mutilum fuerit exemplar, quod monet editor. Certe optandum foret, ut haec Romanorum Pontificum superesset series, cum in dubio sit an ante hunc scriptorem alius antiquior horum catalogum ac tempora descripserit. Sed damnum hoc resarciisse Georgium Syncellum putat Henricus Dodwellus [1]), ut qui inter alios quos secutus est in universa Chronologia sua auctores, Hippolytum (quem tamen semel ac iterum duntaxat laudat, uti observavimus,) recenset; eo nimirum, inquit V. C. traditionis, ut videtur, ordine, ut Hippolytum exscripserit Annianus, Annianum Maximus Confessor, omnes ipse Syncellus: quos quidem quia ipsi invicem sentiebant, nuspiam manifesto refellit. Indeque colligit, si quem repererit apud Hippolytum Pontificum Romanorum Catalogum, illum procul dubio secutum fuisse Syncellum: nec proinde alium ab Hippolyto quaerendum esse Syncelliani Catalogi auctorem, cum minus praeterea vero consonum videatur temere et pro arbitratu fuisse a Syncello confictum, quem longe ab Eusebiano esse diversum constat. Superest tamen, ut is alibi subdit [2]), capitis lemma lemmati Bucheriano adeo simile, ut vix dubitandi locus relinquatur, quin P 22
inde sua mutuatus fuerit iste Bucherianus, cujus lemma ita concipitur: *Ex quo tempore per successionem dispositum, quis Episcopus, et quot annis praefuit, vel quo imperante.* At vero cur vir eruditissimus Chronicon istud Canisianum, seu Labbeanum, ipsimet Hippolyto non potius adscripserit, quam ejusdem auctorem vestigia pressisse ipsius Hippolyti videri senserit, nulla alia in praesens mihi oboritur ratio, quam quod Hippolytum martyrio vitam finiisse Alexandro imperante juxta quorundam sententiam existimaverit, scriptor vero Chronici eidem Augusto superstes extiterit, ut qui ejus mortem referat.

XXVI. Enimvero ejusmodi computisticae artis apud Graecos et Latinos artifices, ut tandem eo redeamus, unde sumus digressi, certas temporum epochas, de quibus citra ullam controversiam constans esset auctorum, vel omnium, vel plurium certe, potiorumque consensus, statuerunt, quae essent veluti *χριτήρια*, et lydii lapides, quorum beneficio, non temporum modo, sed et festorum Paschalium, Judaicorum nempe et Christianorum, rationem explorarent. Quod quidem ut amussim et cum accuratione peragerent, necesse erat, ut ab ipso mundi conditu repeterent. Ita Victorius [3]): *Videre mihi videor*, inquit, *istiusmodi disciplinae secretum luculentissime posse enar-* Paschalia ab ipso V 20 mundi exordio coepta.

[1]) In Dissert. de primaeva Pontific. Rom. succes. cap. 14. §. 19. et 20.
[2]) Cap. 5. §. 5.
[3]) Ex Cod. MS.

Digitized by Google

rare, si ab ipsis mundi primordiis dierum institutio ac Lunae, vel temporum, ac deinceps hujus solemnitatis initium requiratur: atque per digestum ordinem saeculorum quaestionis abstrusae exploretur integritas. Et infra: *Cum itaque nihil resedisset ambigui, diebus, lunis, ac bissextis, inde a constitutione humana, in nostram ad usque progeniem, mirabili decursione concordibus, necessarium fuit, propter quod maxime meae huic inquisitioni secundum tuae Venerationis mandatum, mea desudabat intentio, ut instituta Paschalia perscrutarer, vel illius temporis, quo praeceptione divina a filiis Israel immolatus in Aegypto, vel praecipue illius quo pro redemptione nostra atque salute, ille verus agnus, cujus figura praecesserat, Pascha nostrum immolatus est Christus.* Idem denique scriptor: *Quapropter omnibus fixo limite consonans, necessarium erat propter Paschalis observantiae rationem, dies et lunas a mundi ipsius describi principio, quo possit rerum cursus evidenter agnosci.* Ideo porro Victorius Lunae rationes et temporum seriem a mundi exordio ex Eusebii Chronico, et ex iis quae adjecta sunt ab Hieronymo, et a Prospero usque ad Consulatum Valentiniani A. VIII. et Anthemii, et ex Prosperi alterius a mundi exordio ad VI. Valentis Consulatum et Valentiniani II. repetiturum se quidem profitetur. Sed quia immensum opus majoris erat otii, ejus breviarium interim se explicare ait: *Quod tamen*, ut mox subdit, *ex ipsius plenitudinis observatione descendat*, ex tempore Passionis Dominicae, cum Fastis Consularibus, annis Periodi DXXXII. Bissextis, feriis annuis in Kalendis Januariis, aetate Lunae in iisdem Kalendis, diebus Paschalibus, aetate Lunae Paschalis, et Indictionibus. Ejusmodi igitur Paschalia non nuda omnino primitus fuere confecta: sed in iis praecipuae temporum notae ex rebus singulis
P 23 annis gestis apponebantur, quo firmaretur cyclos et diem Paschatis investigandi methodus, cum in iis quo die solemnitas illa fuisset celebrata subinde annotaretur, quod prae caeteris testari videntur verba Leonis Papae ex Epistola ad Augustos [1]), ubi de Paschate: *Unde sollicitius congruit hoc requiri, ut omnis occasio tollatur erroris. Nam in nostris Annalibus, XV. Kalendarum Maiarum die apte a Patribus nostris constitutus legitur et celebratus.* In Annales proinde referebant ad annos singulos quo die celebratum, vel celebrandum esset Pascha, ea scilicet fere methodo, qua auctor Paschalis centum annorum a Bucherio editus, in quo series Consulum cum diebus Paschatis describitur.

Anniani, Panodori, XXVII. Quo igitur Paschalium ejusmodi Confectores, seu uti vocantur a Victorio, *Disputatores praecipuae festivitatis*, fir-

[1]) Epist. 57.

Digitized by Google

mo securoque pede in inveniendis Paschalis Festi Lunis ac diebus progrederentur, necesse erat ut ab ipso mundi exordio initium ducerent: ἀναγκαῖον δὲ πρὸς τούτοις εἰδέναι καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ ἐτῶν, ut ait S. Maximus in computo Ecclesiastico [1]), et ut Christi Natalis annum sedulo inquirerent, proindeque annorum seriem ab ipso Adamo ad sua tempora deducerent, ac continuarent: quod quidem fieri aliter non potuit, nisi descriptis singulorum primorum Patrum aetatibus, Consulum deinde, ac Regum et Imperatorum annis, aliisque Chronologicis observationibus. Ita prae caeteris Annianum et Panodorum eruditos Monachos sua confecisse Paschalia auctor est Georgius Syncellus [2]): ac Annianum quidem brevi sed accurata methodo temporum rationem, ac festivitatum Dominicarum μετά τινων ἐπιστασιῶν, complexum esse, seu, ut alibi ait [3]), συντάξασθαι κύκλον ια'. Πασχουάλια φλβ'. ἐτῶν, ἅμα σχολίοις ἀκριβέσι. Ubi videtur legendum Πασχαλίους κύκλους ια'. Panodorum vero aliam, fusiorem nempe iniisse scribendi rationem tradit idem Photius, atque adeo πολυμερῆ τε καὶ πολυειδῆ, πολλά τε χρήσιμα ἔχουσαν, cum non solum continuam temporum seriem, sed et duorum magnorum luminarium, Solis et Lunae, motus in eo observarit. Atque hoc scriptionis genere usi non modo veteres computistae, seu cyclorum confectores, sed etiam paullo recentiores, atque in iis S. Maximus, qui apud Graecos, ut Beda apud Latinos, ejusce artis princeps habetur. Horum alter edito Ecclesiastico computo, subjecit χρόνων ἀρίθμησιν καὶ ὁμάδα ab Adamo: deinde δήλωσιν τῶν ὑποκειμένων κεφαλαίων, πότε καὶ ἐπὶ τίνος ἐπληρώθη, in qua posteriori parte praecipuae temporum Epochae ad Justiniani tempora deducuntur, cum an prior sit S. Maximi, qui imperante Heraclio vixit, dubitare liceat, cum ad Constantinum et Romanum Imperatores protrahatur, nisi quae post Heraclium habentur, alterius dicantur esse scriptoris. Alter vero, nempe Beda, similem plane observavit methodum in libris de Ratione temporum, et de Natura rerum, in quibus dum Ecclesiastici computi methodum explanat, cursum temporum quem in VI. aetates distribuit, subinde interserit, vel operi subjicit.

S. Maximi, et Bedae Paschalia.

V 21

XXVIII. Sed an idem S. Maximus, Chronici nostri Paschalis auctor haberi debeat, quod in suspicionem venit Radero, ut qui imperante Heraclio vixerit, multaque scripserit, atque adeo computum etiam Ecclesiasticum, si id attentius expendatur, minus vero consonum videbitur. Ut enim S. Maximus a Graecis ipsis pro cultissimo scriptore semper habitus est, ita Paschalis

An S. Maximus Chronici Paschalis auctor existimari possit.

P 24

[1]) Part. I. cap. 17. 32.
[2]) Pag. 35.
[3]) Pag. 315.

Digitized by Google

auctor ut idiota traducitur a Scaligero: nec injuria, cum plurima atque adeo fere omnia stylo admodum vulgari et *χυδαίῳ* exaraverit. Huc accedit, quod cum triplex sit apud Graecos aera a mundi conditu, ad Natalem Christi, et exinde secutis temporibus, ut prae caeteris docet Petavius loco post Chronicon allato, aliam Sanctus Maximus, aliam auctor Paschalis ineunt. Quippe S. Maximus computum suum Ecclesiasticum anno XXXI. Heraclii (quo is extinctus est XI. Martii Ind. XIV.) se conscripsisse non uno loco testatur[1]), qui, inquit, annus est a mundo condito VI. MCXXXIII. Atqui ducto initio a Natali Christi, quem in annum mundi V. MDI. conjicit, idem annus XXXI. Heraclii in annum Christi Dionysianum juxta illius Calculum DCXXXIII. inciderit: quibus si VIII. anni, quot proinde Natalem Christi antevertit, juxta Panodorum, ut et in Chronologia ejusdem computo subdita, addantur, fiet annus DCXLI. Dionysianus, quo Heraclius obiit. At secundum Paschalis scriptorem, cui annus Christi Natalis interdum est V. MDVII. interdum V. MDIX. annus XXXI. Heraclii Imperii, sumpto initio a V. Octobris, quo die caeso Phoca tyranno, Indict. XIV. Imperium iniit, erit DCXLI. nam annus primus Heraclii in annum mundi conditi VI. MCXIX. seu potius VI. MCXVIII. quo indictio XIV. mense Septembri initium duxit, confert, qui fuit annus Christi Dionysianus DCX. cui si addantur XXXI. Im-
V 22 perii ejusdem Augusti anni, fiet annus Christi vulgaris DCXLI. quo ille extinctus est. Jamvero quod S. Maximus, perinde ac auctor Paschalis Chronici, cyclum DXXXII. annorum admittat; receptum ea tempestate apud Graecos satis inde evincitur, quod etiam advertit Bucherius. Deinde si S. Maximus auctor esset Paschalis Chronici, ejusce operis a se editi meminisset indubie in computo Ecclesiastico, quem anno demum Heraclii XXXI. confectum testatur. Sed ea ipsamet tempestate, id est imperante Heraclio, Joannes Philoponus disputationem de Paschate instituit, qui eadem ratione auctor Chronici dici potuerit, qua scilicet, decima tertia Lunae pridie Legalis Paschatis mysticam Domini coenam, neque Christum tunc cum Discipulis agnum comedisse probat: cum essent nonnulli, qui simul, inquit ille, tum utrumque contigisse contenderent, ita ut nimirum Christus primum quidem legale Pascha adimpleverit, (*Quoniam*, ait, *non veni solvere legem, sed adimplere*[2])) huic autem verum statim et mysticum subjunxerit, cujus illud erat typus. Quod quidem Argumentum longe ante Philoponum aggressi fuerant Hippolytus Portuensis, eo in opere cui titulum praefixit, *Οτι ὁ Κύριος ἐν ᾧ ἔπαθε, τὸν τυπικὸν οὐκ ἔφαγεν*, Apollinaris Hierapolitanus Episcopus, Cle-

[1]) Part. I. c. 17. 32.
[2]) Matth. V. 17.

Digitized by Google

mens Alexandrinus, ut et Petrus Alexandrinus Episcopus, a quo ii laudantur, uti testatur Petavius [1]) ut patet ex Auctore Chronici in Praefatione: quae quidem opuscula extare vel extitisse in Bibliotheca Regis Catholici ex illius indice docemur.

XXIX. Sane saltem inde colligere liceat Heraclio imperante varias exortas de Festivitatibus Paschalibus, quas hisce temporibus minus congruas fuisse advertit etiam vir doctissimus Henr. Dodwellus [2]), controversias, quae ansam occasionemque praebuerint auctori Paschalis Chronici, S. Maximo, Joanni Philoponо, et aliis forte nobis hactenus incognitis, de quaestionibus de Paschate subinde ea aetate agitatis, conscribendi commentarios. Nam licet pro rato ac fixo illius celebrandi dies haberetur [3]), accidebat interdum ut in eo error vel dubietas interveniret, ut anno XXVI. Theodosii junioris, anno V. Marciani, XIX. Justiniani, et XX. Copronymi evenisse narrat Theophanes: cujusmodi similes circa Pascha errores, non semel accidisse in Gallia auctor est Gregorius Turonensis [4]), immo anno Heraclii XVI. apud Scotos, Beda et Marianus Scotus [5]). Quinetiam ipsemet Heraclius computum Ecclesiasticum uti vocant, conscripsit, Imperii XIII. Indict. XI. Christi anno vulgari DCXXIII. ut ipsemet testatur, tribus distinctum capitibus vel sectionibus, ac nuper editum a supra laudato H. Dodwello. Harum sectionum prima est de ratione inveniendi cujusque mensis et septimanae diem et feriam, et Bissextum. Altera continet demonstrationem, cur oporteat quaerentes quotam mensis Alexandrini diem, a tribus ante Septembrem diebus incipere. Tertia denique methodum complectitur, qua Pascha secundum Ecclesiasticam traditionem sit investigandum. Qui quidem computus excerptus dicitur e commentario ejusdem Augusti in προχείροις Canones Ptolemaei.

Heraclio P 25 imperante variae ortae de Paschate controversiae.

XXX. Nec scio an huicce Heraclii tempestati adscribendi praeterea sint duorum Anonymorum libri de Paschate, quorum meminit Photius [6]); qui quidem eandem quam Philoponus et auctor Chronici Paschalis tuiti dicuntur sententiam, Christum scilicet decimatertia Lunae, seu sacra feria quinta, Pascha nomicum non celebrasse, cum neque agnum, neque azyma comederit, neque aliud quidpiam eorum fecerit, quae legale observantes Pascha more rituque majorum observare solebant: proindeque pri-

Paschalia a Photio laudata.

V 23

---

[1]) Lib. 12. de doctr. temp. cap. 15.
[2]) In auct. ad dissert. Cyprian. p. 82.
[3]) Vide Scaligeri Canon. p. 183.
[4]) Lib. 5. Hist. c. 17.
[5]) Lib. 10. c. 23.
[6]) Cod. 115. 116.

Digitized by Google

vatam tantum, mysticam illam tamen, coenam comedisse, atque ex ea discipulis panem et calicem porrexisse, quae fuit nonnullorum ex SS. Patribus sententia: tametsi, inquit Photius [1]), Joan. Chrysostomus et Ecclesia legitimum Pascha perfecisse doceant, antequam mysticam instituerat coenam. Prior Anonymus disputationem potissimum instituit contra Judaeos, unaque sentientes haereticos, et Quartadecimanos, qui primo Hebraeorum mense Sanctum Paschatis Festum non celebrabant. Alter idem ferme quod Paschalis nostri scriptor argumentum prosequitur: nam de Bissexto et mense intercalari, Solisque ac Lunae Epactis, et Decemnovennalibus Cyclis, et de ratione ac methodo haecce investigandi, singula excutiendo, dilucide tradit. De mensibus perinde et Neomenia, et hebdomade, ejusque diebus, et quinam Circulares anni appellantur, quique Embolimaei seu interjecti anni, disquirit. De curriculo praeterea Solis octodecennalis Cycli agit, et decemnovennalis Lunae, et decimaquarta ejusdem. Rursum de mensibus lunaribus et solaribus, et Neomenia mensis cum lunaris, tum solaris, qui lunari sit par, deque mense aequabili Lunae, et mense exacto: de annorum denique mundi supputa-
P 26 tione multa congerit, in quo quidem libro, quem auctor Theodoro cuidam inscripsit, simplici dictione styloque apertissimo exarato, Metrodorum saepe reprehendit, ut testatur idem Photius.

De Paschali Metrodori. XXXI. Scripserat autem Metrodorus decemnovennalium cyclorum viginti octo in seipsum recurrentium computum, ducto a Diocletiano exordio: in quo quingentorum triginta trium annorum dies Festos colligit, idque quantum videtur, secundum accuratam illam, quam vocant, Quartae-decimae Lunae computationem. Ex istis igitur Photianis colligere saltem liceat, ea qua scriptores isti de Paschate commentarios ediderunt tempestate, varias de hacce festivitate ortas agitatasque fuisse quaestiones et controversias, quae harum scriptioni occasionem praebuerint, tum de coena Domini XIII. Lunae, tum etiam de utroque Paschate, typico et Christiano, quas ii varia methodo pertractarint, atque in his postremus ille Anonymus, qui idem argumentum quod auctor Paschalis Chronici quod edimus, simili perinde ratione est persecutus, temporum a mundo condito computatione, rebusque proinde aliis Chronologicis non omissis. Quinetiam aetate Metrodori, cujus meminit Photius, cyclum Victorianum DXXXII. annorum apud Orientales utcunque obtinuisse inde pariter advertere est: quem alias secutum auctorem Paschalis Chronici supra monuimus. Hoc porro Metrodori nomine aliquot alii oc-

[1]) Vide Praef. Auctoris, et Casauboni Exercitat. in Baron. p. 464. Cedren. p. 175. et Glycam p. 215.

Digitized by Google

currunt, quibus forte id operis ascribi possit, ac in primis Metrodorus Marcionis sectae Presbyter, cujus meminit Eusebius [1]): Metrodorus Persa Philosophus, qui ob pietatis existimationem a Constantino Magno, quo demum imperante agitatae praesertim illae de Paschate controversiae, intra Palatii sacraria admissus legitur. Sed an illius ejusmodi institutum extiterit, dubitare liceat ex iis quae de eo narrant Cedrenus et Anonymus in Chron. MS. ab Adamo ad Leonem sapientem an. XXI. ejusdem Constantini. Occurrit praeterea Metrodorus Episcopus in Chron. Paschali inter alios Episcopos, a quibus damnatus est Macedonius. Alterius denique Metrodori sub Juliano et Joviano Ammianus, et alterius insignis Mathematici et Grammatici sub Justiniano, Agathias meminerunt. Sed quisquis fuerit Metrodorus iste Photianus, scriptor antiquus videtur, idemque Alexandrinus, vel Aegyptius, tum quod aeram Diocletianam, quae Alexandrinorum erat propria, diuque inter illos obtinuit, unice sectatus sit, tum quod Photius scribat ipsum collegisse κατὰ τὴν λεγομένην ἀκριβῆ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ψηφιφορίαν ἡμέρας, ὅσα τὸ δοκεῖν ἑορταστικὰς, Paschales scilicet Festivitates, licet, subdit ille, οὔτε νῦν ἐκκλησία, οὔτε ἡ παλαιὰ παράδοσις ταύταις φαίνεται κεχρημένη. Unde patet computum illius Ecclesiasticum ac Paschalem non usquequaque ab omnibus fuisse receptum. V 24

XXXII. Quippe post agitatas illas in Synodo Nicaena de Paschate disputationes, *magna extitit in omni Ecclesia, Praetorio ac Palatio confusio: diversi item cycli per totum orbem diffusi et disseminati, qui etiam Alexandrinorum animos inconcusse possederunt*, ut testatur Cyrillus Alexandrinus: quasi dicat tam Alexandrinos, quam alios, nec omnes eodem usos cyclo, scilicet cyclo DXXXII. annorum, quem Magnum annum vulgo vocant. Auctor est enim Anatolius, Patribus Nicaenis paullo superior, fuisse in diversis Ecclesiis alium cyclum atque alium, alium Gallis, alium Africanis, alium suis Syris, et forsan Alexandrinis. Testatur etiam Chronici Paschalis scriptor [2]) Paschales cyclos annorum DXXXII. a plurimis esse descriptos, mixtoque cum veritate mendacio scandali ac turbae praebuisse occasiones simplicioribus. Cumque nullum hactenus invenisset, qui scripturis sacris in omnibus conveniret, alium ejusmodi semet confecisse subdit. Cyclum autem istum jam ante Victorium, quem primum excogitasse volunt Scaliger [3]) et alii, extitisse apud Orientales, inde praeterea colligit Bucherius, quod Theophilus, qui sub Theodosio Magno De Cyclo DXXXII. annorum apud Graecos. P 27

[1]) Lib. 4. Hist. c. 1. Hieron. in Chron. Cedren. p. 295. Lib. 5.
[2]) In Praefat.
[3]) Lib. 5. de Emend. temp. p. 559.

Digitized by Google

scripsit, cyclum suum ccccxxxvii. annorum, si Pauli Middeburgensis lectio, inquit, admittatur, ab ejusdem Imperatoris anno i. qui est Christi vulgaris ccccclxxx. incoepisse tradatur: quibus si a i Diocletiani anno ad ejusdem Theodosii exordium anni xcv. qui jam effluxerant, addantur, plane perfectum Solis ac Lunae cyclum annorum dxxxii. texuerit Theophilus: cum ea denique aetate Paschalis Alexandrinorum cycli Decemnovennalis exordium a i. Diocletiani anno passim et vulgo repeteretur, quod et fecit Metrodorus. Et sane scribit alibi Scaliger [1]) Aegyptios Christianos auctores esse hujus magnae Periodi, in quibus doctissimi Monachi Annianus et Panodorus de hac, Arcadio imperante, et sub annum xxii. Theophili Alexandrini Praesulis, libros ediderant: contra quam putavit Bucherius [2]) hunc cyclum Graecos a Victorio accepisse scribens. Ejusmodi autem est ista Periodus, ut xxvii. cyclis solaribus et lunaribus constet, Magni anni, ut diximus, nomenclatura vulgo donata: et a quovis anno illius initium ducatur, evolutis iis annis, in Epactis, in Concurrentibus, sive cyclis decemnovennali, vel lunari, nec non termino Paschali, ac Dominica Paschae, cum Luna ipsius diei, qualis fuit primus, talis sit annus qui alterius periodi initium conficit. Unde non mirum si varia istius Periodi principia pro libito cepere cyclorum Paschalium confectores. Georgius Syncellus [3]), ex quo hausit quae de Christi Passionis anno refert Symeon Logotheta, a primo anno mundi conditi primam orditur, ita ut post binas exactas, tertia succedat anno mlxv. Christus denique passus dicatur anno ccxiii. undecimae: Descripsit idem Scaliger lib. vii. de Emendat.
V 25 temp. ut et Petavius post computum Ecclesiasticum S. Maximi, Temporum dinumerationem et collectionem, in qua, sub finem recensentur Periodi xi. a mundo condito dxxxii. annorum, quarum postrema in annum xxiv. Constantini desinit, mundi v. mdccclii. qui juxta calculum Chronici Paschalis est duntaxat v. mdcccxxxvii. Eandem undecimam Periodum auctor Chronici, quod Alexandrinum appellamus, expletam scribit anno quo Julianus Imperium invasit, Constantio scilicet xi. et eodem Juliano Caesare iii. Coss. ut is ait: *Eodem anno completi sunt decem* (leg. ut infra *undecim*) *cycli saeculares ab anno quingentesimo trecentesimo* (tricesimo) *secundo: fiunt vero ab Adam, usque ad Con-*
P 28 *sulatum hujus anni omnis* v. mdccliv., ubi Herwartius in Chronol. cap. cxciv. recte emendat v. mdcccli. ob similitudinem notarum iv. et ii. hoc est juxta calculum Aegyptiacum, seu Panodori, qui Natalem Christi in annum mundi v. mccccxciii. rejicit. Primam suam Periodum expletam ait scriptor Chronici Paschalis

[1]) L. 3. Can. Isag. p. 180.
[2]) Bucher. p. 182. Syncel. p. 315.
[3]) P. 16. 36. 320.

Digitized by Google

anno Justiniani XXXV. Indict. X. anno Christi vulgari DLXII. quam a Christi baptismo, Ind. IV. orditur: ita ut sequentis Periodi annus primus sit Christi DLXIII. Servatur in Bibliotheca Regia Chronicon MS. ab Adamo ad Michaelem Theophili filium, in quo sub annum VII. Justini Junioris haec scribuntur: *ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐπληρώθη κύκλος εἷς τοῦ ἁγίου Πάσχα φλβ'. ἐξ ὅτου ὁ Κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστὸς ἐσταυρώθη, Ινδικτιῶνος ἕκτης, ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ςξέ.* Quae totidem verbis habentur in Chronologia Nicephori Patriarchae Constantinopolitani.

XXXIII. Ut Graeci, ita neque Latini computistae in ejusmodi Periodorum exordiis consenserunt, diversis saepe usi principiis. Victorius enim a Januario, Dionysius a Martio suos duxere. Ac rursus ille a passione, vel baptismo Christi, iste a Natali. Victoriana desinit in anno Christi DLIX. sumpto scilicet initio a Kalendis Januariis anni in quem contulit baptismum Christi, qui erat, ut ipse putavit, XV. Tiberii, Consulatu duorum Geminorum, anno Christi XXIX. vel XXVIII. Dionysius vero Exiguus, dum Victorii Periodum emendare aggreditur, initium illius cepit ab anno I. Christi, ut ipse et sibi et posteritati persuasit, seu, ut ait Beda [1]), ab anno DXXXII. Incarnationis, perducto opere usque ad MLXIII. ejusdem sacrosanctae Incarnationis annum: unde hactenus ab interpolatore Dionysiana nuncupatur. Is autem secundam Periodum inchoavit ab anno VI. Justiniani, Christi DXXXIII. ut verba Bedae capienda recte censet Florentius Wigorniensis [2]). Ut porro Victor Capuanus Episcopus et Dionysius Victorii, ita ejusdem Dionysii errores detexere alii: adeo ut non mirum sit, quod hujusce Chronici nostri scriptor, et omnibus qui sua aetate supererant Paschalibus DXXXII. annorum cyclis, nullum sibi occurrisse scribat [3]), qui rerum naturae ac Ecclesiasticis regulis universe concineret. Nam et si in sacri Paschatis die quidam ex iis non fallerentur, plerosque tamen in caeteris, quas Ecclesia celebrat, Festivitatibus, plurimum aberrare contendit, quod sane in Dionysiano advertit Scaliger [4]). Unde forte colligere licet, utramque Periodum Victorii et Dionysii censura sua notare, quas ab illo visas argumento esse queat, quod addat fstos, quos carpit, cyclorum confectores, in cyclo DXXXII. annorum a mundo condito, annos praeterea apposuisse ab Christi Domini Incarnatione, et ab ejus resurrectione: quibus verbis Victorium V 26 et Dionysium intellexerit, siquidem auctor Praefationis, sit ille continuator Chronici Paschalis, cum illius primus scriptor vixis-

De eodem Cyclo apud Latinos.

[1]) Beda de natura rer. c. 65.
[2]) Wigorn. et Sigebert. an. 532. 1064.
[3]) In Proleg.
[4]) P. 301.

Digitized by Google

se existimetur sub Constantino, aut sub Constantio, vel certe Annianum et Panodorum in suis Paschaliis: nam et ita libros suos inscripsisse testatur Georgius Syncellus [1]).

Paschalia alia, et Tabulae Pascschales, apud Graecos.

XXXIV. Alia praeterea extitere Paschalia, de quibus non semel agit Paschale quod edimus Chronicon: veluti eo loco P 29. ubi illius scriptor, ab anno III. Olympiadis CXVII. Syromacedonum seu Apamiensium annos putari εἰς τὸ Πασχάλιον, ab anno I. Diocletiani observat. Ita alibi scribit a Consulatu Diocletiani Augusti et Aristobuli, seu anno Christi CCLXXXV. τὰ Διοκλητιανοῦ ἔτη τάσσεσθαι. Idem denique anno VI. Focae certam ait se annorum rationem assecutum τῷ Πασχαλίῳ καὶ τοῖς Ὑπαταρίοις ἐντυχόντα. Quae quidem Paschalia alia non sunt, si bene conjicio, ab indiculis illis Paschalibus, qui apud Occidentales singulis annis affigi solent Cereis, quos inde Paschales dicimus, quod tabula illa, in qua, quo die celebranda esset sacra Paschalis Festivitas, annotatur, Cereis ipsis Paschalibus appendatur. Nam, ut supra attigimus, cum in Concilio Nicaeno decretum esset, ut eodem omnes tempore Ecclesiae Pascha celebrarent [2]), datumque esset Alexandrinis negotium, caeteris in ordinandorum temporum scientia peritioribus, ut legitimum celebrandi Paschatis diem sedulo inquirerent, eorumque Praesul caeteris Ecclesiis indicaret, Summi deinceps Pontifices Patriarchis, Patriarchae Archiepiscopis et Episcopis, ii vero singularum Ecclesiarum praepositis, idipsum denuntiabant, scriptis ad singulos Paschalibus, uti vocabant, Epistolis: quibus acceptis, Epiphaniorum die, vel Christi Natalitio, in Ecclesia denuntiabatur qui dies esset ille Paschatis, ut est in Concilio Aurelianensi IV [3]). Erant autem eae Epistolae Encyclicae: cum enim ad omnes toto orbe diffusas Ecclesias subinde mitterentur, tum ab Alexandrino Praesule, tum a Summo Pontifice, atque inde a Patriarchis, non modo diem inventum Paschalis solemnitatis, sed et annum in quem dies ille incidebat, aliasque temporum notas continebant. Nam cum in plerisque Provinciis annorum putandorum varia esset ratio: verbi gratia, alii per Consules et Indictiones, alii a mundo condito, alii ab annis Alexandri, alii ab aera Dioclesiana, alii ab Incarnatione, vel Nativitate, vel Baptismo, aut Passione Christi: urbes denique aliquot ab anno consecutae αὐτονομίας, seu libertatis, vel etiam earum conditus, annos suos putarent, necesse erat ut Epistolae illae Encyclicae hos omnes temporum characterismos continerent, quo quaelibet Ecclesia

---

[1]) P. 35.
[2]) Gloss. med. Lat. in v. *Paschales Epistolae.* Can. Eccl. Afr. c. 51.
[3]) Can. 1.

Digitized by Google

annum suum agnosceret. Atque inde factum, ut deinceps istiusmodi Paschalibus notae istae omnes Chronologicae apponerentur, quarum caeteroquin origines et characterismos Chronicis suis demonstrationibus interseri debere censuerunt deinde cyclorum conditores. Atque hinc usus invaluit ut hac ipsi uterentur methodo ad temporum, quibus eorum potissimum nituntur regulae, certiorem rationem investigandam.

XXXV. Ex missis igitur ad singulas Ecclesias quolibet anno Epistolis istis Encyclicis, describebantur in Tabula, quae in aedibus sacris appendebatur, praeter diem, quo celebrandum erat Paschale Festum, annus ipse quo eae uti solebant, ac caeteri deinde annorum characterismi, varias apud gentes vel civitates recepti, ut vel inde pateret in peragendo Paschate perpetuum esse Ecclesiae consensum, nullamque extare in toto orbe diversitatem. Neque aliunde variarum civitatum ac Provinciarum annorum initia hausit scriptor hujusce Chronici, Aegyptiorum, Seleuciensium, Ascalonitarum, Philadelphiensium, Gazensium, Antiochenorum, Syromacedonum et Apamiensium, Comagenorum, Samosatensium, Petraeorum et Bostrenorum, atque adeo annorum Diocletiani, quam ab ejusmodi populorum et civitatum Paschaliis, quod ipse satis testatur, ubi de iisdem annis Diocletiani loquitur, loco paullo ante allato. Hinc etiam docemur cur notati interdum legantur menses Aegyptiorum in rerum Chronologicarum narrationibus, quia scilicet eae desumptae sunt ex Paschalibus Alexandrinorum, quod etiam dicendum de rebus Antiochenorum, quorum res et anni saepiuscule describuntur. Eum autem invaluisse in Graecanicis Ecclesiis morem satis ipse innuit Chronici Paschalis scriptor [1]), dum ait cyclorum confectores ac repertores, non illos modo in commentarios retulisse, sed etiam descriptos in tabulis in Ecclesiis appendisse. Apud Latinos vero pariter observatum testantur in primis Indiculi illi, seu *Breviculi*, uti vocantur in Concilio Bracarensi III. [2]) quos cereis suis annuatim eae appendere solent, de quibus prae caeteris Beda, et alii quos laudamus in Glossario mediae Latinitatis [3]): a quo quidem ritu a Graecis observato profluxit alter qui nunc perstat, Paschalia sua concinnandi, in quibus annotantur dies utriusque Paschatis, legalis et typici, aliorumque Festorum mobilium, quae scilicet a Paschalis Festi die pendent, cum jejuniis seu Quadragesimis a Graecis vulgo observari solitis. Ejusmodi est Paschale, quod ab anno mundi conditi juxta eos-

Tabulae Paschales apud Latinos.

V 27

P 30

[1]) In Praefat.
[2]) Can. 9.
[3]) In v. Cereus.

Digitized by Google

dem Graecos VII. MXLIV. Christi MDXXXVI. ad annum mundi VII. MLXIII. Christi MDLX. perducitur, quod Horologio edito Venetiis anno MDXXXV. subjicitur, in quo, primo loco ponitur *παραμονὴ τῶν Χριστοῦ γεννῶν*, seu vigilia Natalis Domini: secundo, *Κρεωφαγία*, hoc est dies omnes a Natali ad Dominicam Sexagesimae, quae *Ἀπόκρεως* vocatur: tertio *Τριῴδιον*, id est Dominica proxime praecedens Dominicam Septuagesimae: quarto, Dominica *Ἀποκρέου*, seu carnisprivii, vel Sexagesimae a qua Graeci a carne abstinere incipiunt: quinto legale Pascha: sexto Christianum Pascha: septimo Dominica Sanctorum omnium: octavo denique jejunium SS. Apostolorum, singulis annis additis Indictionibus, annis solarium et lunarium cyclorum, ex quibus utcunque colligere est quae olim fuerit veterum ejusmodi Paschalium formula, quae hodie Horologiis suis inserere solent, ut Latini suis precationum libellis, vel uti vocant breviariis: in quorum praeterea specimen praestat hic describere initium alterius quod Evangelistario subjicitur in Cod. Colberteo IV. MDLVI. ab anno mundi conditi VI. MDCCCCXL. (Christi 1432.) ad an. VII. M. (Chr. 1492.) Ex his igitur primus annus, cui caeteri quoad formulam concinunt, haecce complectitur: *ἔτους ,ςϡμ. ἰνδίκτου ι΄. ἡλίου κύκλος κδ΄. σελήνης κύκλος ε΄. θεμέλιον σελήνης κή΄. ἡ παραμονὴ τῶν Χριστοῦ γεννῶν β΄. ἑσπερινὸν κρεωφαγία. εὐδομάδι ή΄. καὶ ἡμέρᾳ ϛ΄. Τὸ τριῴδιον ἄρχεται φεβρουαρίου ι΄. ἤτοι τοῦ τελώνου καὶ φαρισαίου. ἦχος πλαγίου. ἑωθινόν. ε΄. ἡ ἀπόκρεω φεβρουαρίου κδ΄. τοῦ εὐαγγελισμοῦ τρίτῃ τῆς δ΄. εὐδομάδος τῶν νηστειῶν. νομικὸν φάσκα ἀπριλλίου ιή΄. ἡμέρᾳ παρασκευῇ. Χριστιανῶν πάσχα ἀπριλλίου κ΄. τοῦ ἁγίου Γεωργίου τῇ νεᾷ τετράδι. τῶν ἁγίων πάντων Ἰουνίῳ ιε΄. ἤτοι ἡ ἀπόκρεω ἡ νηστεία τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἡμέρᾳ ιγ΄. καὶ ἡ μνήμη αὐτῶν ἡμέρᾳ κυριακῇ.*

P 31 Habetur aliud brevius ejusmodi Paschalion in Cod. Regio ab anno mundi VI. MDCCCXXX. (Chr. 1322.) ad ann. VII. M. (Chr. 1492.)

Fasti Consulares Paschalibus additi.

XXXVI. Jam vero inter certiores illas temporum notas, quas hactenus observarunt rerum praesertim Romanarum scriptores, atque adeo quotquot in designandis annorum characterismis certas sibi regulas praefixerunt, extitere Fasti Consulares, seu series Consulum Romanorum. Neque enim inter privatam quandam regionem vel provinciam, aut rempublicam, sese continuit putandorum per Consules annorum ratio, sed ubique fere propagata est, cum per orbem universum, Romanum protenderetur Imperium: *Κεῖται γὰρ οὐκ ἐν μιᾷ τινι πόλει, καθάπερ Ἀθήνησιν Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριστογείτονι τῇ τῆς πόλεως ὑποκείμενον τύχῃ, μετὰ ταύτης σωζόμενόν τε καὶ διαφθειρόμενον*, ut de Consulis nomine loquitur Libanius [1]): sed, ut idem infra subdit,

[1]) Orat. in Consul: Juliani Imp.

Digitized by Google

τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἡλίου δίκην ἐπέχει τῇ προσηγορίᾳ, καὶ πάντων ἀνθρώπων ἐν στόμασί ἐστι τοὔνομα. Rursum: *Ὁ δὲ Πατος ἓν πανταχοῦ,' καὶ πολὺν χρόνον, ἐλάττω καὶ πλείω διορίζων, οὐκ ἐῶν τοὺς νεωτέρους τὰ τῶν πρεσβυτέρων ἔχειν.* Unde S. Epiphanius [1]), ubi Christi priores XXX. annos percensuit, haec subdit: *καὶ ὁρᾷς ὅτι τριακονταέτης ἐστὶ χρόνος, διὸ ἐφιλοτιμησάμεθα τὰς καθεξῆς ὑπατείας ἀκριβῶς θέσθαι, εἰς τὸ τοὺς διερχομένους ἰδεῖν, ὅτι οὐκ ἔστι τι παραπεποιημένον ἐν τῷ θείῳ δόγματι τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβείας τὰ πάντα τῇ Ἐκκλησίᾳ κεκήρυκται· τὶς γὰρ ἀριθμῆσαι τὰς μὴ δυναμένας σφαλῆναι καθ' εἱρμὸν ὑπατείας, οὐ καταγνώσεται τῶν νομιζόντων διαφωνίαν εἶναι;* Fastos igitur Consulares in putandis annis adhibuere Paschalium confectores, veluti praecipuum ac certum temporum Canonem, in firmandis Christianae religionis argumentis. Quemadmodum Theophilus Antistes Alexandrinus Laterculum per centum annos digestum conscripsisse dicitur, a primo Consulatu Theodosii Augusti et Gratiani v. in quo annumerans ab VIII. Idus Martii usque in diem Nonas Aprilis, quolibet medio hujus temporis spatio, natam perhibet Lunam facere primi mensis initium, ut scribunt Victorius et Idatius: unde Chronici nomine eundem Laterculum donat Joannes Sarisberiensis [2]), quod in eo Consulum Catalogus digeratur. Hanc etiam Paschalia scribendi rationem attigit Senator [3]), hisce verbis: *A Bruto et Tarquinio usque ad Consulatum vestrum, sicut ex Tito Livio et Aufidio Basso, et Paschale virorum clarorum auctoritate firmato colligimus, anni sunt* MXXX. Non mirum proinde videri debet, si auctor Chronici Paschalis eadem in consignandis temporum et annorum notis utitur methodo, sua aetate recepta, et a Paschalium confectoribus hactenus usurpata.

Et Lustra Juliana et Olympiades.

XXXVII. Caeterum per quadriennia, seu *τετραετηρίδας*, quas Olympiadas vocat, Consules is digessit, quomodo habentur in Fastis antiquis, quos laudat Cuspinianus, in Fastis Victorii, ut testatur Bucherius, et in fragmento Fastorum ab anno Christi CCCV. ad annum CCCLIV. et in Paschali centum annorum initium ducente a Consulatu Constantini II. et Licinii II. ab eodem Bucherio [4]) editis, ubi singula quadriennia ita distinguuntur, ut annus illorum primus sit semper Bissextilis, litera B. ideo notatus, adjectis praeterea Kalendis Januarii et Epactis, ut in Cod. Colberteo CCXL. cycli Decemnovennales digeruntur per P 31
Bissextos, initio ducto ab anno Bissextili DXXXII. quos omisit

[1]) Haer. 51. n. 22.
[2]) Epist. 178.
[3]) In Fast.
[4]) Bucher. p. 11.

Digitized by Google

Joannes Noviomagus in laterculo eorundem cyclorum post Bedam de Natura rerum. Ita Hieronymus in Chronico Eusebiano Consules digessisse per lustra Juliana, Olympiadum nomine etiam donata, idque ab Africani temporibus obtinuisse, observat Scaliger [1]), qui recte monet studiosos cavere debere, ne Olympiadem Julianam cum Iphitea confundant apud eundem Africanum, Ausonium, Socratem, et alios, in quibus est auctor Chronici Paschalis, a quo Consules pariter digeruntur per lustra Juliana, quae Olympiadum nomine ab eo etiam donantur, et Idatius in Chronico a Sirmondo edito. Verbi enim gratia idem Idatius ait Theodosium ingressum Constantinopolim in primo Consulatu suo, quem cum Gratiano agebat Augusto, Olympiade CCXC. qui erat annus Olympiadis seu lustri Juliani primus, quartus vero Iphiteae CCLXXXIX. Apud eundem scriptorem, Theodosius invaletudine hydropis apud Mediolanum defunctus dicitur anno regni sui XVII. (Christi scilicet CCCXCV.) ex ante diem XVI. Kal. Febr. Olybrio et Probino Coss. qui quidem Consulatus in annum IV. Olympiadis seu lustri Juliani CCXCIII. incidit, qui erat III. Iphiteae. Tum haec addit: *Et ipse annus, qui Theodosii* XVII. *ipse Arcadii et Honorii in initio regni eorum primus est. Quod ideo indicatur, ne Olympiadem* V. *annorum turbet adjectio, in hoc loco tantum propter regnantum inserta principium* [2]). Dicitur porro Theodosius vita excessisse anno Regni XVII. ut qui levatus fuerit Sirmii ex ante diem XIV. Kal. Febr. anno Christi CCCLXXIX. extinctus vero ex ante diem XVI. Kal. Febr. a quo regnare coeperunt Arcadius et Honorius. Denique apud eundem Idatium, ut et scriptorem Chronici, Honorii VIII. et Theodosii, Arcadii filii, III. Consulatus refertur ad annum I. Olympiadis CCXCVII. qui fuit annus II. Iphiteae.

Ausonius explicatus.

XXXVIII. Sed et neque Olympiadum nomine aliud intellexit Ausonius, quam lustrum Julianum, in eo Epigrammate, in quo Fastos Consulares se conscripsisse testatur, ubi satis innuit sua aetate hos per Olympiadas fuisse digestos [3]):

Urbis ab aeternae deductam Rege Quirini
Annorum seriem quum, Procule, accipies,
Mille annos centumque, et bis fluxisse novenos,
Consulis Ausonii nomen ad usque leges.
Fors erit ut lustrum cum se cumulaverit istis,
Confectam Proculus signet Olympiadem.

Id est, forte eveniet, ut praedictis ab U. C. exactis annis, qui-

---

[1]) In Not. ad Graeca Euseb. p. 22. et lib. 5. de Emend. temp. pag. 384. 385.
[2]) Sic Cod. MS. non *Principum*, ut est in edit.
[3]) Censorin. c. 8. Scalig. de emend. temp. p. 482.

Digitized by Google

bus Olympiadis CCLXXXIX. annus IV. qui III. fuit Iphiteae, conficitur, Proculus suo Consulatu proximam signet Olympiadem: anno enim IV. Olympiadis Ausonius Consul fuit. Unde in sequenti Epigrammate Consulatum suum esse ait *quartum ab imo*, ubi quamvis satis obscure aut improprie loquatur, inquit Scaliger, satis ostendit anno IV. Olympiadis se fuisse designatum Consulem, ut est in Fastis Chronici. Longe quippe verisimilior P 33
Scaligeri videtur interpretatio Ausoniani Epigrammatis, quam Petavii [1]). Quicquid enim is contra velit, Lustrum et Olympias in eo Epigrammate idem sonant. Sed major est difficultas in conciliandis Olympiadibus cum lustris illis Julianis apud Socratem, cujus locos uterque expendit, et de quibus invicem digladiantur: quibus quidem controversiis inter magnos illos viros dirimendis, neque judicium meum interponere ausim, neque si velim id quoad rem praesentem haud magni interest. Illud duntaxat observare sufficiat eo spectasse Georgium Syncellum [2]), dum ait non omnium apud omnes eandem fuisse Olympiadum rationem: ὅθεν, inquit, καὶ τοῖς Ἐκκλησιαστικοῖς ἱστορικοῖς οὐ συμπεφώνηται, ὡς ἐστι μαθεῖν τοῖς βουλομένοις τοῖς ἐκείνων γράμμασιν ἐντυγχάνοντας, quod, ut alibi addit, non earum sit μία καὶ αὐτὴ θέσις. In eo tamen Scaliger et Petavius conveniunt, quod Consulatus per quadriennia componi solitos in citimae vetustatis annalibus tradant propter Julianam tetraeteridem, V 30
de qua ii pluribus agunt [3]), quod tum primum coepisse fieri vero simile est, quando Paschales isti Cycli cum nomenclatura Consulum sunt adornati, in quibus notati sunt Bissexti quovis quadriennio instar Olympiadum recurrentes. Scribit Symeon Logotheta [4]) Olympiades tum primum desiisse numerari sub Theodosii Magni initia, quibus inquit successere Indictiones: Ὀλυμπιὰς σημαίνει τὴν τετραετίαν· ἤρξατο ἡ τοιαύτη πανήγυρις, ὅτε Μανασσῆς τῶν Ἰουδαίων ἐβασίλευσε, καὶ ἐφυλάττετο ἕως τῆς ἀρχῆς τοῦ Θεοδοσίου, εἶτα ἤρξατο ἀναριθμεῖσθαι Ἰνδικτος. Atqui palam est longe ante Theodosium obtinuisse Indictiones [5]). Enimvero quod Eusebius post CCL. Olympiadem has numerare desierit, id fecit quod in istam desineret Africani Historia, quam totam descripsit. Nam deinceps etiam numeratas vel inde colligitur, quod Dexippus CCLXII. Olympiadis, qua Historiam suam scribebat sub Claudio, meminerit: ac Julianus Imperator in Olympiadis CCLXXXV. ludicrum sumptus contulisse legatur.

---

[1]) Petav. l. 9. de Doctr. temp. cap. 40. Scalig. de Emend. temp. p. 484. 485.
[2]) Pag. 196. 228.
[3]) Scal. p. 176. 178. 384. 405. Petav. lib. 10. et 20.
[4]) In Chron. MS.
[5]) Vide Gothofr. ad l. 3. Cod. Theod. de Indulg. debit.

Digitized by Google

Hinc ista ejusdem Augusti apud Chrysostomum Homil. II. in S. Babylam: *Ολύμπια μὲν οὐ μάλα πόῤῥω· συγκαλέσει δὲ ἡ πανηγυρις τὰς πόλεις, αἱ δὲ ἥξουσι βοῦς ἄγουσαι τῷ Απόλλωνι θυσίαν*, etc. Denique Basilius Seleuciae Episcopus, qui Theodosio Juniore imperante vixit, in Olympia Homiliam scripsit, quum videret Christianos non minus quam Gentiles circa Olympiorum caeterorumque Circensium spectacula insanire: ita ut nec verum sit quod paullo aliter in eodem Theodosio refert Cedrenus [1]), desiisse *τῶν Ολυμπιάδων πανήγυριν, ἥτις κατὰ τετραετῆ χρόνον ἐπετελεῖτο*, vel eas numerari, iisque successisse Indictiones, quod vult Logotheta: sed et quod tradit nuperus scriptor [2]), Constantinum M. abrogatis agonibus Capitolinis, atque adeo Olympicis, quod cum multis Deorum sacris impiis celebrarentur, Indictionum usum instituisse.

Unde Fasti Chronici Paschalis exscripti.

XXXIX. Fastos Consulares exscripsisse aut secutum fuisse auctorem Paschalii, vel Cuspinianeos, vel alios quosvis per Olympiades aut Bissextos digestos, par est existimare, vel eos certe qui sub Idatii nomine editi sunt a Labbeo, quorum exemplar non modicae, ut supra monuimus, antiquitatis in Bibliotheca Collegii Patrum Societatis Jesu Parisiensis asservatur, nullo tamen auctoris titulo praenotati, tametsi absque Bissextis, vel Olympiadibus, quae alias Chronico Idatiano a Sirmondo edito
P 34 subjiciuntur. Ita porro Bissextos se copulasse ait Victorius, *quo manifestius*, inquit, *appareret, utrum sibi vel Bissextorum ratio, vel dierum tam Kalendarum Januariarum, quam* VIII. *Kalendarum Aprilium, quo mundus traditur institutus, continuata concinerent* [3]) *disputatione.* Et alio loco: *Bissextorum necessitate decursa, etc.* At licet Fastos suos Consulares scriptor Paschalis digerat per lustra Juliana ab ipso Consulum initio, et a I. Julii Caesaris anno Indictiones iis praemittat, ac Olympiadum et Indictionum perpetuam ac continuam seriem describat, singulis quadrienniis praefixo Olympiadum numero, quasi chronologiae cujusdam indubiae speciem referat: fatendum tamen nullam fere eorum esse habendam rationem quae ad temporum certos characterismos inveniendos conducunt. In recensendis enim Consulibus complures praetermittit, alios falso intrudit, quod de Senatore observat Panvinius, atque eosdem pene omnes quos Idatius, adeo ut pro certo mihi sit utrumque scriptorem Fastos suos ab eodem fonte hausisse, uti non semel attigimus. Interea tamen quasi nihil intercedat, vel omittatur, seriem suam

[1]) Pag. 326.
[2]) Grandamicus in Chronol. Christ. parte 3. p. 90. 104.
[3]) Cod. MS. Petav. et Colberteus, *continerent.*

Digitized by Google

uterque persequitur: ac scriptor quidem Paschalis Chronici, tum in lustris Julianis seu Olympiadibus, tum in Indictionibus, in quibus nulla ideo certa erui potest temporis nota, praeterquam V 31
in iis quae ab imperio Constantini initium ducunt, ubi paullo accuratior haberi auctor videri potest, licet in caeteris sua laude minime careat, ac in iis maxime quae ex probatis minusque notis scriptoribus refert. Quapropter id operae pretium adhibendum duximus, ut hiatus, seu omissiones in Consulum serie lectori indicarentur, ne dum cursim librum evolvit, nullas esse, continuamque seriem recte se habere existimet. Ut porro id evidentius advertat, Olympiades Iphiteas, earumque annos ad latus singulorum Consulatuum, ex Panvinio, Scaligero et aliis addidimus, ut statim utriusque Olympiadis discrimen quivis percipiat. Harum autem quartus annus fere semper in primum lustri Juliani incidit, ubi praesertim Chronici scriptor accuratior esse incipit in serie Consulum, et ubi nullos omittit, ut ab Imperio Constantini Magni. Proinde ut series integra Consulum hic reperiatur, praetermissos subinde inseruimus, minutiori caeteroquin charactere descriptos, quibus et annos Urbis conditae, et aerae Christianae pariter praefiximus, quo perpetua etiam annorum series Chronico lucem accommodet. Publicavit nuper V. C. Henricus Dodwellus Fastos Consulares ab anno Christi CXXXVIII. quos Theonis Alexandrini esse existimat, in quorum laterculo describuntur anni ab Alexandro et ab Augusto, praeterea epactae seu embolismi et τετραετηρίδες, seu singula quadriennia, notata per quatuor priores Alphabeti literas, quorum quartus annus semper desinit in primum lustri Juliani, ut Olympiades Iphiteae in Chronico Paschali et Idatiano, adeo ut illas designari admodum probabile sit [1]): licet vir doctissimus scribat hanc τετραετηρίδα, non pro IV. annorum intervallo, sed pro sexta Epagomena intercalari quarti cujusque anni propria intelligi debere. Quid autem intelligatur ἐπαγομένων voce non uno loco docet Scaliger in libris de Emendatione temporum.

XL. Fastos a Labbeo editos, ab ipsomet Idatio conscri- P 35
ptos jure, opinor, censet Sirmondus, non quod in eodem dun- An ex Fastis
taxat codice, Idatii ejusdem Chronico subjiciantur, sed quod Idatianis.
rerum et verborum in utroque opere affinitas et cognatio, ut et scriptionis color et genius eundem utriusque auctorem fuisse satis ostendant: tametsi auctoris nomen nullum praeferat Inscriptio, quae his verbis ibi concepta est: *Declaratio Consulum, ex quo primum ordinati sunt.* Procedunt porro hi Fasti ad secundum usque Anthemii Consulatum, id est ad ea tempora, quibus vixit

[1]) Vide Syncellum p. 512.

Digitized by Google

Idatius, cum decessisse legatur Leone M. imperante, in quae cadit secundus Anthemii Consulatus, qui est annus Christi vulgaris CDLXVIII. quo etiam, vel certe sequenti, ejusdem Idatii Chronicon finitur. Adde quod Hispanum fuisse Fastorum istorum scriptorem, vel ex eo colligitur, quod aerae Hispanicae ab ejus initio in marginibus perpetuo iis ascribantur, quas etiam interdum adhibet Idatius in Chronico. Horum autem editionem a Labbeo confectam cum eodem quo usus est codice, quem vir doctissimus Joannes Harduinus nobis communicavit, contulimus, et quamplura ex eo emendavimus, cum essent parum fida vel accurata manu descripta: quibus etiam varias lectiones ejusdem laterculi Consularis, quem edidit Arnaldus Pontacus post Chronicon Eusebii ex Codd. Fuxensi et Fr. Pithoei, qui quidem in annum duntaxat Christi L. desinit, addidimus, tametsi in plerisque mendosas. Hos autem vel similes Fastos, a quibus suos hausit Idatius, vidisse aut secutum fuisse Epiphanium, atque ut
V 32 mox diximus, auctorem Paschalii, vel inde docemur, quod in Consulibus recensendis, fere semper cum iis concinant, adeo ut Idatius et idem scriptor quosdam ex Consulibus insititiis recenseant, quod subinde in Notis indicamus, eosdemque etiam omittant Consules: sed et quod in Nomenclatura Consulum Romanorum sub annum III. Olympiadis LXXXIX. scriptor Chronici tradat eo anno *Ἀρχοντας Ρωμαίους* tum primum appellari coepisse [1]), quod ipsummet per vocem, *Proceres*, exponitur in Fastis, quos Idatianos appellamus, et in Pithoeanis seu Arnaldi Pontaci, idque apud nullos alios, quod sciam, rerum Romanarum scriptores reperiatur. Quinetiam ubi de morte Neronis, ita ait: *His Coss. Nero non comparuit*, quod simili locutionis formula in Chronico Paschali habetur: *ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἀφανὴς ἐγένετο Νέρων*, ut locos aliquot alios praeteream, praesertim ubi uterque scriptor attigit tempora Christianorum Imperatorum. Sed an Idatius ipse, siquidem horum auctor haberi debeat, a Graecis vel Latinis quibusdam scriptoribus suos hauserit, haud promptum est definire: id tantum constat, Idatianos, ut et Fastos Paschalis Chronici pessime interdum esse descriptos. At cum Idatianos longe fere aliter quam in laudato Codice ediderit Labbeus, ipsos hic rursum damus prout jacent, hoc est cum naevis ipsis, quos ad examen revocare, et emendare cuivis liberum erit. Neque enim omnibus usquequaque probatur, ea quam sibi arrogant immutandi licentia in veterum scriptorum editionibus viri eruditi, quas tum primum in lucem emittunt: cum ex prava ista, uti putant, antiquariorum scriptura sanum aliud quidpiam eruere doctioribus persaepe contingat, notaque

[1]) Vide Notas p. 511.

Digitized by Google

sit ea Pythagorae lex apud Synesium: ὁ νόμος οὐκ ἐᾷ τοῖς βι- P 36
βλίοις ἐπιποιεῖν, ἀλλὰ βούλεται μένειν αὐτὰ ἐπὶ τῆς πρώτης χει-
ρὸς, ὅπως ποτὲ ἔσχε τύχης ἢ τέχνης. Unde longe satius videtur conjecturas vel emendationes marginibus adscribere, quam in textum ipsum, temere saepe, immittere, donec aliud emendatius occurrat exemplar, ex quo castigatior tandem editio prodeat. Nam cum hocce quod recudimus Chronicon non modo Paschale dici debeat, sed et Consulare appellari possit, quod universam Fastorum Consularium seriem complectatur, quicquid in iis illustrandis conferre potest, huic subjungendum duximus, atque in primis Fastos illos Graecos quos supra laudatus Dodwellus publicavit.

XLI. Certe alios ab iis extitisse Consulares Fastos, a quibus suos haurire potuerit scriptor Chronici, dubitare non licet. Auctor est enim Theophilus lib. III. ad Autolycum [1]) Fastos conscripsisse Chryserotem Nomenclatorem, ac Marci Antonini Veri Imperatoris libertum, quos ille ab U. C. ad Veri patroni sui mortem perduxit, descriptis nominibus Consulum, et annis U. C. Ita enim Theophili locum pridem emendarunt Casaubonus, Scaliger, Meursius, Petavius, etc. Sed et a compluribus aliis Fastos Consulares fuisse conscriptos palam est. Capitolinorum, quorum auctorem Marcum Valerium Flaccum ex Suetonio in Grammaticis illustribus opinatur Panvinius, fragmenta pridem edita in manibus omnium versantur. Eusebium in Chronico suo seriem Consulum descripsisse sat validis argumentis probat Scaliger [2]): ex quo suos male digestos fortean exscripserit auctor Chronici quod Alexandrinum appellamus. Hanc seriem Consulum a se, ut opinor, contextam Chronico Graeco ejusdem Eusebii inseruit idem Scaliger usque ad Consulatum Constantini Caesaris V. et Basilii. Integri ex Anonymo MS. ad Gotthorum V 33
tempora per quadriennia digesti laudantur non semel a Cuspiniano. Ausonius annos ab U. C. Consulumque seriem ad suum usque Consulatum descripserat, atque ut videtur, per lustra Juliana digestam, quam eandem esse vult Scaliger quam Eusebius Chronico suo inseruerat. Senator seu Cassiodorus Fastos usque ad sua tempora pariter perduxit, quos a Livio et Aufidio Basso partim se hausisse ait, partim ex Paschalibus, (unde patet omnino in Paschales illatos Consulares Fastos, uti monuimus,) uterque Prosper, Marius Aventicensis, Victor Tunnunensis, Marcellinus; praeterea Victorius, Anonymus de Praefectis urbi, Auctor Paschalis laterculi a Constantino ad Theodosium, Auctor de Pon-

De Fastorum conditoribus.

[1]) p. 157.
[2]) In Not. ad Chron. Euseb. p. 9. et 99.

Digitized by Google

tificibus Romanis a Bucherio editi, laterculus denique Fastorum Consularium ab Ausonii et Olybrii Consulatu ad XVII. Consulatum Basilii ex Cod. Petri Pithoei qui asservatur in Bibliotheca Colbertea cod. MCCCXCVIII. idem qui editus ab Arnaldo Pontaco, et alii forsitan Fastorum duntaxat partem tradidere. Consularia, quibus insertae subinde res historicae, laudantur a Gregorio Turonensi Episcopo [1]): *Πατάρια* in Chronico Paschali anno VII. Focae.

De Fastis Dodwellanis et aliis. P 37

XLII. Fastos Graecos ab anno Christi vulgari CXXXVIII. ad annum CCCLXXII. ac rursum alios ab anno CCXXXII. ad annum DCXXX. utrosque cum annis Alexandri, Augusti et Diocletiani, et *τετραετηρίδων*, ex MSS. Codicibus eruit et edidit supra nominatus H. Dodwellus. Priores Savillianos appellamus, quod ex Savillii Codice eruti sint, qui quidem, ut diximus, initium ducunt a I. Antonini Pii anno, et ex paullo recentioribus Fastos integros deinde exaravit Marianus Scottus: ab Augusto vero ad Justinianum Florentius Wigorniensis. Fastos autem Consulares jam tum florentis Reipublicae temporibus mendosissimos ac parum inter se consentaneos fuisse Romanorum Historicorum monumenta confirmant [2]). Saepius enim ex diversis Annalium scriptoribus diversa Consulum paria eosdem in annos injiciuntur, tum nonnulli omittuntur quos Dionysius aliique commemorant, et omnino multi hac in parte Fasti discrepant, quod ex Capitolinis, Cassiodoreis, ac Paschalis nostri, et si qui sint antiqui vel recentiores Consulum laterculi, perspicuum est. *Tanti quippe errores implicant temporum*, inquit Livius [3]), *aliter apud alios ordinatis Magistratibus, ut nec qui Consules secundum quosdam, nec quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate, non rerum modo, sed etiam auctorum digerere possis:* quam quidem opinionum varietatem Marlianus, Cuspinianus, Sigonius, Panvinius, Glareanus, Contius, Keplerus, Petavius, Norisius, Pagius, et alii, vel ex professo, vel prout se se res obtulit, accuratissime examinarunt. Nos vero omissis istiusmodi disquisitionibus, quibus enucleandis inanis ac supervacanea poneretur opera, re jam peracta, Fastos in hoc Chronico exaratos cum Idatianis praesertim ante Caesares contulimus, quod hosce aut similes, ut attigimus, vidisse illius auctorem, atque adeo secutum esse mihi vero simillimum visum sit: ita tamen ut quae a mutatione Reipublicae, ab iis, quorum meminimus, in Fastorum Consularium comparatione enodantur difficultates et sale-

---

[1]) Lib. 2. Hist. c. 9.
[2]) Petav. l. 9. c. 49. et in Not. ad Epiph. p. 267.
[3]) Lib. 2.

Digitized by Google

brae brevi interdum annotatione indicentur, quo Lectori, si tanti sibi visum sit, hos consulere liceat.

XLIII. Hisce igitur in antecessum praemissis de scriptoris Paschalis Chronici patria vel nomine, quae quidem etiamnum incerta manent, atque adeo de ea qua in rebus pertractandis utitur ratione vel methodo, superest ut quid in hac editione Regia a nobis utcumque praestitum sit, Lector paucis admoneatur. Priusquam igitur illustrandum hoc Chronicon aggrederemur, visum est operae compendium, ut Vaticanum exemplar (ex quo forte Augustanum exscriptum fuerit, et ex eo utraque prodierit editio) velut authenticum et singulare exemplar consuleretur. Cum vero RR. PP. Joannes Mabillonius, et Michael Germanus Benedictini, viri eruditissimi, Romae nuper versarentur, quo a Rege Christianissimo conquirendorum cum editorum tum Manuscriptorum Codicum gratia missi fuerant, quibus locupletaretur ditissima alias Regia Bibliotheca, ii una cum Claudio Stephanotio ejusdem Ordinis, viro perinde doctissimo, qui Romae suae Congregationis Procuratoris Generalis officio fungitur, qua sunt erga nos humanitate et benevolentia, ac in liberales omnes disciplinas propensione, id in se ultro oneris recepere. In Vaticanam quippe Bibliothecam aditu sibi permisso a viro singularis pariter eruditionis Emanuele Schelestrato S. T. D. ejusdemque Bibliothecae Praefecto, Codicem inspexere, membraneum illum ac notae optimae, et ab annis DCC. quantum conjicere licuit, scriptum: eodem titulo, quoad Chronicon, et cum iisdem lacunis quibus deturpatur Raderiana editio, ita ut dubitare non liceat, si non ex eo, saltem ex simili Codice exscriptum fuisse Augustanum exemplar. Initio autem ejusdem Codicis Vaticani, qui numero notatur MDCCCCXLI. haecce leguntur verba: *Messanae emptum a Georgio CP.* VI. *Kl. Octob.* MDLI. Quisquis porro Georgius iste fuerit, is videtur ex quo deinde comparatus fuit codex ab Hieronymo Surita, qui postmodum, curante Antonio Augustino, in Vaticanam Bibliothecam illatus fuit. In illo vero Codice praefiguntur instar praefationis, uti jam antea monuimus, excerpta quaedam de Paschate ex aliquot SS. Patribus, quorum primus laudatur Petrus Alexandriae Episcopus et Martyr, cujus ideo nomine prodiit editio Raderiana, quod qui Augustanum exemplar descripserat, solo duntaxat ejusdem Petri Alexandrini nomine inscripto, caetera ejusdem Praefationis omiserit, praeter extremas quatuor lineas, quae eidem editioni praefiguntur.

Quid in hac Chronici Editione praestitum sit. V 34 P 38

XLIV. In ea Praefatione, post allatas Patrum de Paschate auctoritates, alia ex suo penu auctor promit de eodem argumento, ubi qua ratione investigandi singulis annis Paschalis Festi dies pluribus disquirit, ut et de cyclis decemnovennali et vigin-

De Auctoris Chronici Praefatione.

Digitized by Google

tioctennali, ac de cyclo DXXXII. annorum agit, ad quos exigendos dies Paschales contendit: tum de Solis Epactis, de Solis et Lunae cyclis, de Epactis Lunae, de quartadecima Lunae, et aliis hujusmodi, quorum omnium methodum prosequitur. In cujus argumentum ac elucidationem binas proponit tabulas, quas *Rotas* vocat, quarum prima continet cyclum vigintioctennalis Solis in seipsum semper recurrentis, quo denotantur quovis anno Epactae: altera rationem inveniendi Paschatis legalis complectitur. Inter haec, methodos in toto subinde opere daturum se deinceps pollicetur, atque ex iisdem cyclis ostensurum se, supradictis omnibus patefactis ac declaratis, quibus eorundem cyclorum annis singulae Dominicae Festivitates, seu δεσποτικαὶ ἑορταὶ, contigerint, additis qui a mundi conditu effluxere annis. Tum tractatum alium subdit de legali Paschate et Lunis, quibus
V 35 utrumque Pascha celebrari debeat. Quibus exactis, consilium suum aperit, de condenda annorum ab Adamo, seu a mundi exordio brevi historia, qui scripturae sacrae et SS. Patribus, ac rite hactenus celebratis in Sancta Dei et Catholica Ecclesia concinant. Ex quibus patet omnino Chronicon istud non esse aliud quam *Πασχάλιον*, brevi rerum gestarum ad annos singulos narratione subinde adornatum, tum ne prorsus nudum prodiret, tum etiam, quemadmodum attigimus, ut perpetuus in Christianae religionis antiquitate ac continuatione scriptorum consensus ejusmodi descriptione firmaretur. Hujus autem syntagmatis cum pleraque fuissent a Petavio edita in Uranologio ex schedis Andreae Schotti Romae antea descriptis, quae ex iis deerant ex Vaticano codice nobis describi curarunt viri iidem supradicti eruditi; neque haec modo, sed et tabulas binas alias, seu Rotas, quae ex eodem MS. codice inseruntur pag. 197. editionis
P 39 Regiae, et pag. 288. post annum scilicet primum Olympiadis CCLXXXI. ut et aliquot variantes lectiones, de quibus a me consulti fuerant, cum Raderianam integram editionem cum ipso Vaticano exemplari conferre majoris fuisset otii et laboris. Unde hisce contentus, dum forte alius hanc sibi operam proponat, caetera quae in utraque editione forsitan occurrunt *σφάλματα*, ex ingenio seu conjectura ita emendavimus, ut non nisi monito prius lectore id praestiterimus, quo divinationes nostras in examen ad arbitrium velit adducere.

De Latina versione. XLV. Cum porro Latina Raderi versio, viri caeteroquin eruditi, et cui literae multum debent, quibusvis haud arrideret, ut qui in plaerisque auctoris mentem non videretur assecutus, quod alii ante nos monuerunt, tum quod Codex quo usus fuerat, pluribus scateret mendis, nec esset probe scriptus, tum etiam quia extremam versioni manum apponere, atque adeo eam recensere, per otium non licuisset, aliam utcunque adornavimus, quae

Digitized by Google

fortasse etiam cultioribus minus placeat, sed quae, nisi ipse fallor, ad scriptionis genium propius accedat, ubi vertimus, ut sonant, verba, cum auctor plaeraque stylo humiliori ac plebeio exaraverit, unde *scriptor idiota* dicitur Scaligero, seu ipsemet sua suis, vel aliena alienis verbis ita reddiderit: quamquam ut verum fateamur, principio non tam novam, quam interpolatam interpretationem dare propositum nobis erat, sicque in locis aliquot usi sumus. Verum cum auctoris verba aliter saepe quam eruditus interpres reddiderimus, asserendae nostrae vel illius confutandae versioni immorari debere minime censuimus, tum quod sensus allata diversitas sententiam nostram, si non firmat, saltem prodat, de utraque judicandi relicto Lectori arbitrio: tum etiam quod ex alienis erratis, si quae occurrant, quod fecere viri aliquot doctissimi, qui toti fere sunt in iis notandis in aliorum versionibus, gloriam aucupari procul absit a moribus nostris. Id autem in primis praestitimus, in iis quae ex Sacris libris excerpta sunt, veterum Patrum utriusque linguae exemplo, ubi versiones receptas, quantum licuit, sumus secuti, non omissa etiam scribendi apud Hebraeos usitata ratione in nominibus appellativis reddendis, qui, ut ait Josephus, Ἓν αὐτῶν σχῆμα, καὶ τελευτὴν μίαν semper servant, contra quam Graeci ac Latini, qui ea διὰ τὸ τῆς γραφῆς εὐπρεπές, suis linguis accommodant. Adde quod, quando Latinae linguae lepores et munditias plus quam par est sectatur interpres, vertendo saepe evertat, ut censet Hieronymus: cum praeterea τῆς ἑρμηνείας μόνη ἀρετὴ sit σαφήνεια, ut ait Galenus [1]). In quam sententiam praeclare Clemens Alexandrinus [2]), ἡ μὲν λέξις οἷον ἐσθὴς ἐστι σώματος, τὰ δὲ πράγματα, σάρκες εἰσὶ καὶ νεῦρα. οὐ χρὴ τοίνυν τῆς ἐσθῆτος πρὸ τῆς τοῦ σώματος σωτηρίας κήδεσθαι, *dictio veluti vestis est corporis. Res autem ipsae, carnes sunt et nervi, non igitur prae corporis salute vestium habenda cura.* V 36

XLVI. Quoad vero Notas, quas illustrando utcunque scriptori nostro subjecimus, in eo argumento ita sumus versati, ut loci qui lucem aliquam expetere viderentur, brevi duntaxat dilucidarentur annotatione: aut si ab aliis vel ex professo, aut alia qualibet occasione res de qua agitur esset pertractata, Lectori tantum indicaretur, ne actum dicamur agere, vel aliorum observationibus nostras infarcire: cum alias minime persequi eorum potius sit qui ne satis multa, quam qui ne satis utilia scribant ve- De Notationibus P 40

---

[1]) Galen. l. 9. de simpl. medic. p. 121.
[2]) Lib. 1. Strom.

Digitized by Google

rentur: ac denique aliud sit notas, aliud commentarios scribere. Unde saepe ad Scaligerianas in Chronicon Eusebii, ex quo plerasque vel certe plurima hausit scriptor, lectorem amandamus, cum in iis explicandis vir omniscius nihil omiserit, quibus etiam eas addere Lector poterit quas Arnaldus Pontacus ejusdem Eusebii Chronico subdidit; ut et ad Petavium, Salianum, caeterosque ejusmodi rerum Chronologicarum eruditos et accuratos scrutatores, ex quibus si quid naevi aut dubii suboleat, illius enodationem haurire quivis facile possit. Scriptores quippe qui universalem historiam aliquatenus complectuntur, cujusmodi sunt Chronologi, qui prolixioribus Commentariis adornare aggrederetur, supervacaneam ac inanem, vel certe importunam luderet operam, uti nuper monuimus in Praefatione ad Joannis Zonarae Annales, cum quae ii in tanta rerum varietate levi manu attigere, pluribus longe verbis enucleare necesse haberet, et commentariorum mole lectorem, cujus fastidiis potius quam aliorum tarditati occurrendum in hoc genere est, penitus obrueret. Eapropter multa praetermisimus ex iis quae fortasse potuissent illustrari, ut sunt quae sacros libros spectant, atque in primis Annales illos Ecclesiasticos ex veteri Testamento, quod id argumenti multa cum eruditione pridem pertractatum sit ab eruditis illius interpretibus, iisque qui data opera Historiam Sacram ab ipso mundi conditu per annorum seriem, vel aliter sunt persecuti, qui nihil fere intactum vel intentatum reliquere. Ab iis vero quae descriptionem urbis Constantinopolitanae, vel illius aedes ac regiones spectant: atque adeo a Graecobarbaris, aut insolentis notionis vocabulis, quibus passim hocce inspergitur Chronicon, illustrandis vel enodandis consulto abstinuimus, cum aliud nihil nobis occurreret, quod in Constantinopoli Christiana, et in Glossario mediae et infimae Graecitatis a nobis hactenus editis illustratum vel explicatum non fuerit, rerum ac verborum duntaxat confecto indice, quae in utraque lucubratione plene, opinor, pertractata Lector reperiet. Notis nostris varias lectiones et conjecturas eruditissimi Holstenii, quarum supra meminimus, subinde inseruimus, quo nihil praeteriretur ex iis quibus hocce Chronicon possit illustrari. Chronologicis vero calculis, qui crebrius in eo occurrunt expendendis, interdum et prout se se obtulit occasio institimus, nec tamen semper, tum quod haec majus otium ac diligens examen efflagitent, quibus examinandis immorari minime debere visum est, cum satis esse arbitraremur si quae ab aliis subinde essent in hanc rem annotata duntaxat indicarentur, via caeteroquin aliis relicta, quo ignota e suis loculis proferant, ac
V 37 iis praesertim qui in hisce studiis operam suam collocarunt. Sed et neque, ut fateamur quod res est, numeros toties passimque descriptos scrupulosius ad calculos revocavimus, vel an in his auctor vel antiquarius peccaverit, examinavimus, utraque dun-

Digitized by Google

taxat editione recensita, ac invicem quantalibet cum fide collata et exhibita.

XLVII. Ut porro temporum certiores essent notae, in Consulum Fastis annos ab U. C. a Palilibus Varronianis ad Christi Nativitatem, deinde a Nativitate annos Dionysianos singulis paribus Consulum, annos etiam mundi juxta Graecos, in margine bus subinde adscripsimus, prout hos suo codici edito adscripserat Antonius Allenus vir doctissimus. In recensendis vero Regum vel Imperatorum annis, cum in editione Raderiana Indictionibus ii subjicerentur, in Scaligeriana vero, (nescio an etiam in MS. codice) praeponerentur, in hoc ut commodiorem Scaligerianam sumus secuti. Cum denique lectorem nosse intersit, qua apud artis istius computisticae scriptores recepta methodo ac ratione usus sit idem auctor Paschalis, ut quae apud illos varia sit, nec proinde unica, tum in putandis Mundi conditi, vel Christi annis ac Indictionibus, vel in inveniendis Epactis, Noviluniis, Paschalibus aliisque Festis, quae in id argumentum observata sunt a Petavio praesertim, qui ejusdem auctoris Chronici Paschalis computos ad censuram et examen saepe adduxit, in Selectis subjicienda duximus. Neque haec duntaxat, sed et viri doctissimi observationes quasdam Chronologicas ad idem Chronicon quae serius in manus nostras pervenerunt, huic Praefationi subdidimus. Ex illorum enim et aliorum Chronologorum scriptis, veluti fontibus, omnium qui deinceps in istis controversiis versati sunt disputationes et commentarii profluxerunt: cum nihil fere post illos sit allatum, quod non inde promptum ac derivatum fuerit, ut qui ea quae illi attigerunt legerit, istorum omnium ut et nostram industriam non magnopere desideret. Sed et addidimus Selecta aliquot quae ad Chronici illustrationem aliquatenus necessaria visa sunt, partim ex editis partim ex MSS. codicibus eruta, vel cum iis collata, de quibus fere omnibus actum est vel in hac nostra Praefatione, vel in Notis ad idem Chronicon Paschale. Hisce denique Laterculum Mensium Macedonicorum adjunximus, quibus perpetuo auctor Chronici utitur, quos fere semper cum mensibus a Latinis receptis comparare solet, adjectis Idibus, Nonis, et Kalendis. Atque hos quidem menses Macedonicos mediae vetustatis scriptores, praesertim Christiani, cum Syromacedonicis, quos et Asianorum menses appellant, ut plurimum confundunt[1]), cum apud Priscos scriptores, Syromacedonum, seu Antiochenorum, seu denique *Συροελλήνων*, quos et *Ἕλληνας* interdum nude vocant, mensium alius in anno situs quam Macedonicorum fuerit, non modo veterum, quos lunares fuisse opinatur

P 41 De annis a mundo condito, ab U. C. et a Christi Natali Chronico additis.

[1]) Concil. Socrat. Evagr. Suid.

Digitized by Google

Petavius [1]), atque adeo recentiorum ac fixorum, ut observatum pridem a viris eruditis [2]). Sed et alii adnotarunt Scaligerum menses Macedonicos et Syromacedonicos perperam existimasse semper fuisse Julianos, cum antequam haec aequatio facta esset, mensis Macedonicus aliqua sui parte menses duos Julianos attingeret, ac deinde ad eum mensem totus accommodatus sit, quem longe maxima ejus pars antea occupabat.

---

[1]) Petav. ad Epiphan. p. 132. 138. 139.
[2]) Joan. Pearsonius dissert. 2. de annis priorum Romae Episcop. cap. 18.

Digitized by Google

ANALYSIS CHRONOLOGICA AD CHRONICON PASCHALE

EX OBSERVATIONIBUS

JOANNIS BAPTISTAE HAUTINI,

REGII IN PRAEFECTURA PARISIENSI CONSILIARII, VIRI LONGE DOCTISSIMI, AC IN RE CHRONOLOGICA PRAE CAETERIS VERSATISSIMI, QUAS MECUM COMMUNICAVIT V. C. EX FILIO NEPOS.

In hoc Chronico non eadem semper et ubique observatur supputatio annorum mundi. Nam verbi gratia Augusti mors, sive finis 56. ejus annorum, inferri videtur anno mundi 5521. *pag.* 189. *d.* (*ed. Reg.*) postea tamen ejusdem Augusti annus 39. comparatur cum anno M. 5506. *p.* 534. *c.* quo fit ut annus ejusdem 56. sive ultimus, finem habeat in anno M. tum 5523. non 521. et sic ubique semper in annis collectis est metachronismus biennii, cum in annis expansis sit prochronismus eiusdem. Notandum autem quod ab eodem anno 5523. in quo mortem Augusti constituit, etsi is vulgo putetur 6. menses praeter 56. annos imperasse, Tiberii tum primum etiam inchoat. Nam annum Tiberii 15. comparat cum anno M. 5537. *p.* 209. quod ut fiat necesse fuerit primum Tiberii annum comparare cum anno M. 5523 imo comparat 18. et *p.* 211. *a.* cum anno M. 5536. Jam dicendum est Augusti mortem eum constituere in illo primo anno qui notatus erat 5521. et Tiberii initium in 5522. sicque nullus erit metachronismus deinceps, qui deprehensus est tum in Christi Natali, ut dixi. Et vero legendum esse 5536. non 5537. apparet ex supputatione annorum infra *p.* 215. *a.* deinde secundum eandem supputationem comparat annum 19. Tiberii cum anno M. 5540. *p.* 220. *d.* et 221. et si id referat sub anno tum 18. ejusdem Ti-

Digitized by Google

berii *p.* 217. *d.* ideoque annum eius 20. bis numerat *p.* 225. et 229. Caligulae tum mortem, quae secundum hanc supputationem incidebat tum in anno M. 5547. refert anno M. 5548. *p.* 230. *b.* Indict. 8. sicque est metachronismus hujus anni et continuus, sed annos Galbae et tyrannorum confundit cum ultimo Neronis usque ad finem: itaque censendus in hoc Chronico Tiberii annus 23. non 22. ut dico infra.

Existimatur in hoc Chronico Christus natus anno 16. Cycli Lunaris I. *p.* 199. *c.* Nam etsi ibi dubiam lectionem notavi, haec tamen lectio confirmatur ex eo quod *p.* 215. *c.* annus Christi 32. comparatur cum Cyclo Lunari 9. sequitur enim inde primum annum comparari deberi cum Cyclo 16. non 15.

Existimatur item Christus natus Cyclo solari 19. nam annus Christi 32. comparatur cum Cyclo solari 22. *ibid. p.* 216. *a.* Illius autem Cycli anno 32. retro ante fuit 19.

Etsi non exprimitur in hoc Chronico qui sint anni Bissextiles, colligi tamen potest ex methodo qua in eo feriae inveniuntur: nam anno cujus feria indagatur, tot adduntur dies quot Bissexta transierunt, quod vocatur quarta pars anni quaesiti. Cum igitur ab illo anno quarta parte exacta eximi potest, sic ut nullus numerus supersit, cujus quarta pars deduci non potest, illo anno Bissextum est, ut in anno Chr. 31. qui est annus mundi 5536. quarta pars illius numeri 5536. est 1384. quae est integra et solida pars quarta illius numeri 5536. De eo enim numero 5536. nihil amplius dividendum superest, sed quatuor numeri 1384. conficiunt exacte illum numerum 5536. Itaque ille annus proculdubio Bissextilis est. Quoties vero integra quarta pars anni quaesiti eximi nequit, et de illo anno quaesito aliquis numerus superest, qui in quatuor dividi non potest, tunc ille annus non est Bissextilis, et numerus indivisibilis indicat quotus ille annus sit a Bissexto; si enim superest unum, datur intelligi illum annum primum esse a Bissexto, hoc est proxime
P 43 sequentem Bissextum, si duo supersunt, esse secundum, si tria, tertium, nunquam vero quatuor supersunt, quia quatuor in quatuor per unitatem dividi possunt, tuncque est Bissextum. Verbi gratia post illum annum 5536. qui est Bissextilis, sequitur annus mundi 5537. cujus quarta pars est item 1384. ut erat anni 5536. Sed de 37. superest unus numerus, qui in quatuor dividi non potest, et ideo indicat illum annum primum esse a Bissexto. Sic anni sequentis 5538. quarta pars item est 1384. sed de 38. duo supersunt indivisibilia, quae indicant illum annum esse secundum a Bissexto, sicut anni 5539. quarta item pars est 1384. sed de 39. supersunt tria, quae indicant illum annum esse tertium a Bissexto, et ita etiam vocatur hic *pag.* 221. *τρίτον ἔτους ὄντος μετὰ τὸ Βίσεξτον*. Trinus autem ille numerus indicat etiam diei quadrantes praecessisse, sic ut in anno sequenti quadrans ultimus

Digitized by Google

cum tribus illis praeteritis conficiat unum diem, cujus causa ille annus est Bissextilis, cum ille dies numeretur Bis sexto Kalendas Martias. Ergo quarti quique anni a conditu mundi Bissextiles sunt, hi nempe 4. 8. 12. verbi gratia, quod et confirmat Isaac Argyrus in Computo Paschali cap. 2. pag. 10. cum ait Bissextiles annos, esse quartum, octavum, et consequentes, et cum ait 16. c. 1. p. 4. primum nempe diem a primo septimanae die coepisse, secundum a secundo, tertium a tertio, quartum a quarto, quintum autem non a quinto, sed quia quartus annus fuit Bissextilis, a sexto septimanae die incoepisse.

Anni mundi hujus Chronici initium sumunt a die 21. Martii, ut hic *pag.* 72. ergo primus mundi annus per decem primos ab orbe condito menses currens in die demum 20. mensis tertii anni sequentis, hoc est mensis Martii anni secundi desinit. Itaque hic et Christus dicitur conceptus 8. Kal. Apriles anno mundi V 39
5507. *pag.* 199. *c.* et in templo susceptus a Symeone die 2. Febr. anni sequentis, qui tum erat idem annus mundi 5507. *pag.* 205. *c.* Repugnat tamen quod hic scribitur sub annum mundi 3839. *pag.* 75 *c.* Auctor enim hujusce Chronici illum annum ait fuisse mundi 3838. a die vero 21. Martii inchoatum esse annum mundi 3839. quod si est, sequitur annum mundi primum per duos tantum menses durasse et dies 20. nempe a die primo Januarii ad diem 21. Martii. Nec dicendum est illum annum ideo nuncupatum esse 3838. quia de eo cujus 10. menses praeterfluxerant anno praecedente, supererant adhuc illi duo menses, vel paene tres usque ad 21. Martii. Sic enim a minori parte annus denominaretur, et aliud absurdum sequeretur, quod secundus mundi annus primus nuncupandus esset, secundus vero tertius, et sic deinceps, decem vero primi menses nulli omnino anno attribui possent, siquidem primus annus is tum vocaretur qui a Januario post decem illos primos exactos menses inciperet. At vero usitatius est primum annum illum vocari qui constat primis illis decem mensibus, secundum qui decem ultimis mensibus anni sequentis, ita illum annum a cujus die 21. Martii exordium sumitur anni mundi magis expedit 3839. appellare, quam 3838. quia non in anno mundi 3838. incipit 3839. sed 3838. annus desinit in 3839. ut secundus annus mundi non habuit ortum in primo, sed primus annus potius finem posuit in secundo. Aliud dicendum est de annis Christi, quia ii non ortum habent a se ut anni mundi, sed ab ipsis mundi annis deducuntur et originem sumunt, ut in anno Christi 619. *p.* 388. *b.* dicitur inchoatus jam esse annus Christi 620. quia in hoc Chronico non is primus putatur annus Christi quo vel conceptus vel natus est, sicque non a se ortum habent anni Christi, sed ille tantum qui primus post Nativitatem Christi coepit et numerari et nominari, ut in hoc Chronico Christus putatur natus 25. Decembr. anno mundi 5506. qui

Digitized by Google

est mihi 5505. non is tamen primus annus Christi vocatur, sed sequens tum ortum habens a Januario proximo sequenti, nempe annus 5507. ergo et secundus Christi ortum habebit in eodem anno mundi 5507. nempe a die 25. Decembr. ejusdem anni 5507. sic et annus Christi 5620. ortum habet a die 25. Decembr. anni mundi 6125. qui est mihi 6124. in quo et desinit annus Christi 619.

Sed his omissis, aliud oritur dubium solutu difficilius de anno qui sensim et sine sensu in hoc Chronico irrepsit. Etenim per deductionem annorum ab ipso mundi exordio, annum quo Christi natales signantur reperio incidere in annum mundi 5505. *p.* 196. hic tamen is annus nuncupatur 5507. *ibid.* 199. *c.* quasi duo anni desiderentur, qui sive per imprudentiam omissi sunt, sive fictitie additi, certe ab hoc Chronico penitus absunt. Sequens autem annus itidem nuncupatur 5507. *p* 205. *c.* qui mihi est tantum 5506. sicque unus duntaxat annus desiderari videtur. Tamen *pag.* 209. *c.* et 210. *d.* annum mundi nominat 5536. qui mihi quoque idem est, sicque vere is est; Christum quoque natum esse anno mundi 5506. necesse est, quae est Cedreni sententia et Nicetae apud Paulo de Mildeburgo lib. IV. de die Passionis Domini p. 381. non autem anno mundi 5507. Sed auctor hujus Chronici variat; nam paullo post eundem annum quem dixit esse 5536. nominat 5537. *p.* 215. *c.* et sequentem 5538. et sic deinceps usque ad finem anno uno semper praecurrit. Quod ideo forte factum est, quia Tiberii anni tantum 22. putantur, cum sex menses praeterea imperavit, qui juncti sex mensibus qui
P 44 Augusto quoque competunt, praeter 56. annos, quorumque nulla hic habeturratio, conficiunt unum annum solidum, ita ut Tiberius dici possit 23. annis imperasse. Quod si ille annus 23. qui hic notatus non est, admittitur, recte Caligulae caedes incidet in annum mundi 5548. alias unus annus in Caligulae Imperio abundaret, ut alibi dixi. Quia igitur annus qui hic deest fini tamen Tiberii addendus est, ideo dicendum Christum natum die 25. Decembr. anno mundi 5505. primumque Christi vulgo dici et numerari annum 5506. baptizatum autem anno mundi 5536. cruci affixum anno mundi 5539. Tiberium vero Imperatorem mortem oppetiisse anno mundi 5544. non ut hic 5543. sicque Caligulae caedem recte incidere in annum mundi 5548. ut hic notata est, et sequentes propterea anni usque ad finem recte notati erunt. Annum tamen Constantini 20. ait auctor secundum priorem supputationem esse M. 5833. *p.* 283. *c.* cum si primus annus Tiberii 23. admittatur, sit 5834. Sed nunc tandem deprehendi illum annum vere esse 5833. non 5834. quod patet ex Cyclis solaribus 5. ex feriis Hebdomadarum quae infra notantur, ut in anno mundi quem scripsi 5839. *p.* 285. *a.* cum dies II. Maii dicatur esse feria secunda, id non hoc anno contigit, sed prae-

Digitized by Google

cedenti, nempe mundi 5838. ut et notavi, idemque postea ubique praestiti, cum Cyclus solaris esset 14. et litera Dominicalis D. item anno mundi 5846. *p.* 286. *d.* ubi dies 22. Maii dictus est esse feria 1. et Pentecoste, verius est et scribi debuit 5845. quo Cyclus solaris erat 21. et litera Dominicalis B. ut et infra anno mundi qui notatus est 6118. *pag.* 381. *c.* quo dicitur Aprilis dies 1. fuisse feria 3. sursum retrahendus est ad annum praecedentem, nempe mundi 6117. Illo enim tum anno 6117. Cyclus solaris fuit 13. et litera Dominicalis E, quae indicat diem primum Aprilis notatum litera G. esse feriam 3. seu diem Martis, et sic in sequentibus. Ergo ab anno mundi 5588. *pag.* 249. *a.* ubi monui emendandos esse hos numeros, unusquisque annus mundi vel Cycli lunaris solarisque minuendus est una unitate usque ad finem Chronici. Feria item recte notata est in anno M. 5490. *p.* 193. *c.* ubi dies 8. Septembris dicitur esse dies lunae: Cyclus enim solis erat 2. et litera Dominicalis E. Sed haec regula feriarum non in omnibus procedit, aut sibi constat, sed plerumque fallit. Nam *p.* 307. *d.* annus mundi 5912. cum Cyclus solis est 4. litera Dominicalis B. dies 6. Kal. Jul. sive 26. Junii dicitur esse feria Hebdomadis 2. cum tamen sit prima: qui error culpa librariorum admissus est. Nam in eodem anno dies pridie Nonas Octobr. sive 6. Octobr. recte dicitur feria 5. ibidemque dies 4. Idus, sive 12. Octobr. recte dicitur feria 4. recte item ibidem Indict. 13. *p.* 309. *b.* dies 3. Kal. Aug. sive 30. Julii dicitur esse feria 6. Cyclo solis 15. litera Dominicali C. et dies 8. Kal. Octobr. sive 24. Sept. feria 6. *ibid.* unde discitur literam Dominicalem sive Cyclum solis non mutari in initio Septembr. quod tamen putat Scaliger l. 7. de Emendat. temp. *p.* 711. *a.* Sed nomen mensis interdum aliud pro alio ponitur *μηνὶ Γορπιαίῳ πρὸ ς΄. ἰδῶν Οκτωβρίων ἡμέρᾳ κυριακῇ*, cum *Γορπιαῖος* sit September, non October. Feria tamen recte notata est secundum Octobrem, et videtur hic auctor ubique *Γορπιαῖον* pro Octobri accipere: verbi causa, *ibid. p.* 310. *b. μηνὶ Γορπιαίῳ πρὸ ς΄. Νοννῶν Σεπτεμβρίων ἡμέρᾳ σαββάτῳ*, nam in Septembri nullus est dies 6. Nonas Septembris, in Octobri vero 6. Nonas, sive 2. dies est feria 7. illo anno solis 15. At *p.* 313. *c.* Ind. 4. *Γορπιαῖος* pro Septembri accipitur, et secundum eum recte notatur feria 3. 8. Id. Septembr. Cyclo solis 21. litera Dominicali B. Sed ibidem error est, cum dies 6. Id. Jul. sive 10. Julii dicitur feria 7. erat enim Dominica, nisi si Cyclus mutetur ante Septembrem, et pro 3. 21. sit adhuc 20. ut dixi supra ex Scaligero: tunc enim cum sit litera Dominicalis C. dies 10. Julii fuit feria 7. Sed non puto, ut dixi supra, mutationem Cycli nisi in mense Januarii fieri, quod praeter exemplum supra citatum apparet in Ind. 14. *p.* 310. *b.* et Ind. 2. *p.* 310. *c.* apparet etiam *p.* 384. *b.* Ind. 15. Nam cum ibi et dies 3. Maii recte dicatur

Digitized by Google

fuisse feria 4. et dies 13. Augusti feria 1. Cyclo solis 16. litera Dominicali A. ita et post mensem Septembr. servatur, eadem litera Dominicalis idemque Cyclus, cum dies 5. Decembris dicitur fuisse feria 3. Itaque loco citato ex *pag.* 313. *c.* magis puto mendum esse ut 6. Idus Jul. scriptum sit, pro 7. Idus. Nam
V 40 pluribus aliis in locis feriae mendose corruptae sunt, ut *pag.* 313. *d.* Ind. 6. 7. Id. April. sive 7. April. dicitur fuisse feria 2. cum fuerit 7. litera G. et Ind. 3. *p.* 319. *b.* dies 25. Augusti dicitur fuisse feria 5. cum fuerit 6. Cyclo solis 22. litera Dominica A. et *p.* 322. Ind. 3. dies 2. Sept. dicitur feria 4. cum sit 5. Cyclo solis 9. litera Dominic. C. Et *p.* 385. *b.* Ind. 2. dies 28. Octobr. dicitur feria 7. cum sit 2. Cyclo solis 18. litera F. et *p.* 390. *a.* Ind. 9. dies 5. Junii dicitur feria 1. cum sit 6. Cyclo solis 25. litera D. Et quia hoc in Chronico frequenter anni initium constituitur in die 21. Martii, quo aequinoctium a Patribus stabilitum, ut infra *p.* 72. *b.* ubi omnino sciendum neque post 21. Martii Cycli solaris vel literae mutationem fieri, ut patet *p.* 382. *b.* Ind. 13. ubi dies 20. Martii recte dicitur feria 6. Cyclo solis 14. litera D. et consequenter dies 22. dicitur 16. feria 1. et consequenter item dies 3. Octobr. feria 7. ita ut eo anno a 20. Martii usque ad 3. Octobr. eadem proculdubio sit litera Dominicalis. Initium enim anni secundum Romanos est a Januario, ut patet ex *pag.* 379. Cycli tamen solares et lunares paene omnes uno an-
P 45 no ante scribuntur quam oriantur, ut in anno mundi 5504. *p.* 194. *c.* dicitur esse Cyclus 14. cum sit tantum 13. quia nimirum putatur esse annus 5505. non 5504. Sic et anno mundi 5505. Cyclus lunaris dicitur esse 16. cum sit tantum 14. quia videlicet existimatur esse annus M. 5507. non 5505. *pag.* 199. *c.* sic et *pag.* 215. *b.* annus M. 5537. Cyclus lunaris dicitur esse 9. et solaris 22. quia existimatur esse annus M. 5538. cum sit tantum 5537. et Cyclus lunae 8. et solis 21. et annus M. 5539. *pag.* 220. *d.* cum sit annus 10. Lunaris, dicitur quidem esse φύσει decimus, θέσει vero undecimus, quod nondum capio, et consequenter annus mundi 5540. *p.* 229. *c.* dicitur esse Cyclus lunaris 11. κατὰ φύσιν, cum secundum consequentiam praecedentium debuerit esse 12. sed θέσει tantum videlicet.

Christi ortum secundum hoc Chronicon deducendum esse ab anno mundi 5507. ut dixi, non 5506. ex eo confirmatur primum, quod annus qui mihi est Christi 619. de quo supra illi est proculdubio 620. Deinde annus Herodis 35. quo dicit Christum natum *p.* 191. *b.* exacte incidit in annum mundi 5507. quia annos Herodis deducit ab anno mundi 5473. Itaque primum annum Christi comparabo in meo Chronologio cum anno mundi 5507. non ut in hoc Chronico, cum anno mundi 5506. Vere enim hujus Chronici haec mens est Christum natum esse 25. Decembr. anno

Digitized by Google

mundi 5506. primumque annum Christi componendum cum anno mundi 5507.

Caeterum adjunxerat Codicis sui Raderiani marginibus vir eruditissimus seriem accuratam non modo annorum a mundo condito, sed et a Christi Nativitate, et a Resurrectione, atque adeo Antiochenorum, additis praeterea uniuscujusque anni Cyclis lunae et solis: quae quidem alias passim habentur apud ejusmodi Annalium et Ephemeridum scriptores.

Sed et subinde iisdem marginibus notas quasdam breviores, ac locorum collationes adscripserat, ex quibus aliquot excerpsimus, quas hic exhibemus, ne his lector fraudetur.

Pag. *ed. Bonn.* 119. 7. *Μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας*] Imo est primus. Nam Exodus contigit anno Moysis 81. *pag.* 168. 10. anno 2. et ita sentit ipse *pag.* 133. 14. ergo hic caput 2. Exodi notat. V 41

Pag. 258. 2. *Ηταγή*] Quasi *τεταγμένον ὄψον*, ut ap. Plutarch. in Lycurgo tom. 1. pag. 82. d.

Pag. 265. Sequentium Regum Romanorum, nempe Servii Tullii et Tarquinii Superbi, nec nomina nec anni exprimuntur. Sed et plusquam 60. Consulatus deficiunt. Itaque sufficiet deinceps annos U. C. annotare, et numerum Consulatuum, ubi eos attigerimus.

Pag. 310. 18. *Ρωμαῖοι Ἄρχοντες*] Intelligit Tribunos militum qui creari coepti ann. U. C. 310. Olympiadis 84. an. 1. Censores etiam tunc creati. an. U. C. 311. Onuphr. de Tribunis. Vide Sigon. fastos pag. 40. c. an. U. C. 309. (*Atqui hoc cadit in an. U. C.* 265. *quo Proceres Romani dicti hic leguntur.*)

Pag. 312. 2. *Ξέρξης*] Pertinet ad primum Xerxem. Mox, iste Sogdianus mensibus tantum, non annis septem regnavit, et alio loco hic ponitur, cum successerit non Dario notho, sed Xerxi 2. filio Artaxerxis Longimano fratri suo.

Pag. 320. 2. *Ἀρσίοχος*] Legendum *Ἀρσῆς Ὤχου*.

Pag. 323. 17. *Ψηφίζονται*, etc.] Infra *pag.* 591. 7.

Pag. 323. 18. *Ἀπαμέων*] Nam tres Apameas condidit Seleucus, a cujus anno primo creditur haec Epocha deduci. App. in Syriacis pag. 66. et 12. anno regni sui condidisse notat Syncellus, qui est illi duodecimus a morte Alexandri.

Pag. 340. 8. *Ετη λ.*] Legendum *λγ.* ut infra *pag.* 357. 18.

Pag. 346. 9. *Ιωάνθης*] Alii omnes habent *Ιωάννης*. Eusebius tamen unico tantum in loco Jonatham vocat nu. 1913. pag. 149. (1. ed.)

Pag. 348. 9. *Ο νἱος*] Chronic. Scalig. barbarolat. pag. 285. e. et Diodorus Siculus lib. 2. Biblioth. hist. pag. 41. a. et Velleius Paterculus. De Antonio pag. 47. et Athenaeus lib. 4. pag. 148. d.

Pag. 354. 19. *Πρώτης ἐπινεμήσεως*] Infra *ead. pag.* 6.

Digitized by Google

Pag. 358. 6. *Χριστοὶ* Pontifices] Imo ab octavo anno Darii Hystaspis, supra *ead. pag. a.* et *p.* 272. 4. qui est secundus Olympiadis 183.

Pag. 359. 3. Sed templi instauratio permissa Judaeis a Cyro, simulque libertas iis reddita anno ipsius Cyri primo, supra *pag.* 265. 13. sed incursationibus vicinarum gentium prohibiti Judaei templi instaurationem absolvere nequiverunt nisi post 46. annos. Supra *pag.* 272. 4. et 270. 20. nempe illo 8. an. Darii. *ibid.* et *pag.* 273. 3. illam autem instaurationem serio tandem aggressi sunt an. 2. ejusdem Darii. *ibid.* et *pag.* 272. 4. 270. 20.
P 46 et 269. 3.

Pag. 375. 13. *Εννεακαιδεκαετηρίδος ἔτος*] At sup. *p.* 368. 2. dixit anno praecedenti qui est M. 5506. Cyclum fuisse tantum 14. *sup. pag.* 140. 10.

Pag. 382. 18. Semel tantum in hoc Chronico mentio fit anni a Nativitate Christi 619. i. in an. ab Ascensione 586. *pag.* 710.

Pag. 391. 14. *Ετη υπη'*] Imo 599. ab A. M. 4936. ad 5535. imo non a Cyro sed a Dario putandum. Vide *pag.* 356.

Pag. 392. 17. *Ετους αψ'.*] Ab Exodo, supra *pag.* 117. est enim annus 3836.

Pag. 393. 14. *εφλς'.*] Reprehendit Epiphanius haeresi 51. pag. 196. *εἰκοστῷ*, imo 30. sup. *p.* 360. et in hoc Chronico manifeste annus M. 5507. concurrit cum anno 42. Augusti.

Pag. 431. 4. *Τετάρτῳ*] Legendum *πέμπτῳ* ut sequentia indicant.

Pag. 464. 18. Sequentes numeri pro uno minus accipiendi sunt ut pro Cyclo lunari 2. scribendum 1. pro solari 16. scribendum 15. pro anno M. 5588. scribendum 5587. et rationem annorum M. dixi in Caligula usque ad finem. Id denique praestiti, nam omnia emendavi, itaque nunc nihil est amplius mutandum.

Pag. 515. 1. Scaliger in Can. Isag. p. 1280. 1. edit. legit *ἀνγούστων.*

Pag. 522. 19. A Consulatu Volusiani et Aniani, i. *pag.* 685. 9. Anno CCXCV. Reparatur error qui sup. 512. 11,

Pag. 562. 9. Reparatur error qui sup. *p.* 529. 11.

Digitized by Google

EPISTOLA

P 49
V 43

STEPHANI BALUZII TUTELENSIS

AD VIRUM CLARISSIMUM

EUSEBIUM RENAUDOTUM

DE VITA ET MORTE CAROLI DUFRESNII CANGII.

Extinctus his diebus amicus noster summus *Carolus Dufresnius Cangius* [1]) id a nobis exigit, *Eusebi Carissime*, ut amicitiam nostram, quam si vera fuit, uti certe fuit, firmam et perpetuam praestare ei debuimus, integram erga defunctum conservemus, et pro nostra virili elaboremus ut posteritas scire possit quis fuerit vir ille cujus nunc exitum deflemus. Itaque cum inter nos de ea re colloqueremur, tuque, ut assoles, virum multis laudibus extulisses, ego vero dixissem decrevisse me aliquid scribere de vita ejus, qui illum non solum publice, ut verbis utar Plinii, sed etiam privatim, quantum admirabar, tantum diligebam, tu non solum laudasti consilium illud meum, sed etiam hortatus es ut id quamprimum efficerem. Pareo lubens hortationi tuae. Haec ergo sunt quae scire posteros volo.

Ortus est *Carolus*, uti domesticis memoriis compertum habemus, ex antiqua et nobili gente Dufresniorum apud Samarobrivam Ambianorum clarissimam civitatem in provincia Belgica secunda; eaque gens clarioribus quibusque ejusdem urbis ac circumpositae regionis familiis inserta est per connubia et affinitates. Non immorabor in recensendis *Caroli* majoribus, cum neque genealogiam texere velim, nec satis otii mihi concessum sit ad excurrendum per memoriam eorum. Illis virtute sua, absit verbo invidia, praeluxit *Carolus;* ad quem festinans, de patre pauca dicam. Fuit is Ludovicus Dufresnius Toparcha Fri-

[1]) Charles du Fresné Seigneur du Cange.

Digitized by Google

gidae - vallis [1]) et Praepositus Belliquercus [2]), quae splendida est administratio in ea Belgicae secundae parte quam posterior aetas vocavit Picardiam, vir, ut ex filio audivisse me memini, doctus, et bonarum literarum amantissimus, et qui Graecae quoque eruditionis expers non esset. Duo ille matrimonia expertus est. Ex priore tres liberos habuit, Hadrianum, qui ei in magistratu Belliquercus successit, Joannem Advocatum in supremo senatu Parisiensi, et Ludovicum medicum, omnes doctrinae et eruditionis fama claros. Ex iis ego Joannem novi, virum bonum, gravem, prudentem, Juris civilis ac municipalis, ut etiam lucubrationes ejus editae, quae in omnium manibus versantur, ostendunt, peritissimum, isthic Lutetiae defunctum ante aliquot annos. Ex posteriore, quod anno MDCVI. postrid.
V 44 Kal. Jul. contraxit cum Helena Relya [3]) filia Ludovici Relyi Toparchae Framicurtis [4]) et Margaritae Fosseae ex nobilitate Normannica, tres quoque habuit, Michaelem et Franciscum instituti Societatis Jesu professores, omnibus honoribus in ea functos, et
P 50 hunc *Carolum*. Optimas haec matrona, ut hoc quoque detur memoriae insignium virorum, orta erat ex vetere et illustri familia Relyorum apud Atrebates [5]): quae, praeter ceteros, aevo Caroli VIII. Regis Francorum protulit virum magni per eas tempestates nominis Joannem Relyum Episcopum Andegavensem. Ipsa vero ex postremo puerperio mortua est anno MDCXIII. prid. Non. Mart. decimo die postquam peperit, annum agens aetatis suae trigesimum secundum. *Carolus* igitur, ut ad id redeamus unde digressi sumus, in lucem editus est apud Samarobrivam anno MDCX. XV. Kal. Januar. circa horam septimam matutinam; eodemque die gratiam Christi consecutus est in Ecclesia paroeciali sancti Firmini quam vocant ad Petram [6]). Prima studiorum rudimenta posuit in Collegio Ambianensi Patrum Societatis Jesu; apud quos certum est eum, licet admodum puerum, magnam diligentiae doctrinaeque laudem esse adeptum. Tum ad celebrem academiam Aurelianensem missus ut Juri discendo daret operam, postea in Advocatorum ordinem cooptatus est Lutetiae anno MDCXXXI. v. Idus Augusti; ac mox in patriam reversus, cum se totum dederet studiis bonarum literarum, brevi ad famam pervenit, laetante multum patre ac gaudente quod talis ei filius obvenisset. Excessit ille e vivis septuagenarius anno MDCXXXVIII. v. Idus Januar. assidente ei per omne tempus morbi,

---

[1]) Froideval.
[2]) Beauquesne.
[3]) De Rely.
[4]) Framicourt.
[5]) Vide familias Picardiae Adriani de la Morliére pag. 323.
[6]) Saint Firmin à la Pierre.

Digitized by Google

quod annuum fuit, *Carolo* amantissimo filio. Hac conjunctissima, jucundissima, et utilissima societate contentus *Carolus* hactenus de nuptiis non cogitaverat. Sed tum, cum ei amici suaderent ducendam esse uxorem, pluresque ei generosae puellae offerrentur, praetulit Catharinam Bosiam Drancurtiam [1]) splendidis natalibus apud Ambianos ortam, eamque duxit anno MDCXXXVIII. XIV. Kal. Augusti. Credunt plerique obesse literarum culturae vinculum conjugale, eamque esse studiorum rationem ut ab iis tantum tractentur qui caelibem vitam ducunt, qui libero lectulo, ut Cicero aiebat, utuntur, id est, nullis impedimentis, nulla rei familiaris aut liberorum educandorum cura distinentur. *Cangii* tamen studiis nihil morae aut tarditatis attulit uxor, quam ex animi sui sententia habuisse eum hinc liquet quod per quinquaginta et quod excurrit annos una vixere concordia admirabili. Superest etiamnum singularis exempli femina in liberorum subsidium simul et solatium. Anno dein MDCXLV. IV. Idus Jun. Quaesturae [2]) dignitate ornatus apud suos, eam retinuit donec Samarobrivam relinquere decrevit ob pestilentiam quae illic grassabatur, ut Lutetiam in hanc sedem studiorum se cum uxore, liberis, et libris transferret. Anno itaque MDCLXVIII. captum ab eo est consilium quod nobis totique reipublicae literariae maximas commoditates attulit. Nam tum, quod in aliis urbibus contingere nemini potest, paratum habuit omne genus librorum seu manuscriptorum seu typis editorum, cum ei omnes bibliothecae tum publicae tum privatae paterent, nemoque esset qui non cum illo lubenter communicaret quicquid ei poterat esse conducibile et utile ad perficiendas perpoliendasque lucubrationes suas. Etiam summi in republica viri ei impense faverunt, adeo ut affirmare liceat nulli alii homini privato majorem honorem habitum ab illis fuisse. Viginti annis isthic nobiscum vixit, semper studens, semper aliquid scribens. Hinc P 51 V 45 Cinnami historia, hinc annales Joannis Zonarae, descriptio Constantinopoleos et familiarum Byzantinarum, Glossaria mediae et infimae Latinitatis et Graecitatis, et Chronicon Paschale sive Alexandrinum; cui edendo dum incumbit, incidit in hunc gravem ac diuturnum morbum qui nobis eum abstulit. Fuit hic morbus urinae crebra cupiditas, sed magna difficultas, quam dysuriam vocant, qua is extinctum quoque patrem suum meminerat. Ea autem laborare primum coepit IV. Idus Jun. hujus anni adeo graviter ut per decem dies continuos necessario indiguerit ope chirurgi ad exonerandam vesicam ejiciendamque urinam. Tum induciae per aliquot menses, sed parum tutae, pa-

[1]) Du Bos Seigneur de Drancourt.
[2]) Thresorier general de France.

Digitized by Google

rum firmae. Nam mox bellum, et illud quidem saevum et atrox, XVI. Kal. Septembr. Intellexit vir prudens imminere sibi fatalem ac supremum diem. Itaque transactis inter manus medicorum aliquot diebus cum summis doloribus, quamquam nondum desperatus, accersiri sacerdotem jussit, eique sua peccata erroresque suos placide sedateque confessus, sacra se Corporis Domini nostri *Jesu Christi* communione muniri postulavit. Quod ei datum III. Kal. Octobris. Gravescere interim valetudo ejus; et inordinati quidam horridique rigores indicio fuere abscessum alicubi latere, qui mox deprehensus est in regione renum. His accessit febris continua duplici tertianae vehementissimae conjuncta, et sitis ardens. Inter haec tamen tormina ac noctes insomnes gravesque et alvi profluvium dirissimum, nam haec quoque mala aliis accessere, retinuit constantiam dignam viro forti. Miratus esses, si interfuisses, qua patientia hanc ipsam valetudinem toleravit, ut dolori restiterit, ut incredibilem febrium ardorem immotus opertusque transmiserit, ut uxorem liberosque afflictos consolatus sit, moriendum esse cunctis dictitans, et sibi actam longam aetatem, ad quam pauci admodum pervenirent. Amicos etiam, cum dolores remittebant, admittens, suaviter et comiter ut antea excipiebat, nulla ferme mentione malorum suorum, tamquam vereretur vir optimus ne illis molestiam exhiberet per commemorationem eorum. In illa animi tranquillitate ac securitate, sana semper mente, etiam usque ad extremum anhelitum, cum videret adesse sibi supremum diem, viatico se instruxit et extrema unctione XVI. Kal. Novembris. Post quae uxori ac liberis valedicens, tamquam moriturus, eis benedictionem suam peramanter impertiit, eosque amplexatus, ad extremum hortatus est uti post mortem suam concordia inter ipsos esset perpetua quemadmodum se vivo fuerat. Inter has cogitationes et eas quae Christiano homini in mentem venire solent cum proficisci parat ad Deum, cum dolores semper acres essent et vehementes, deficerentque vires, placida compostus pace quievit X. Kal. Novembr. circa horam sextam vespertinam; et VIII. Kal. sepultus est in Ecclesia sancti Gervasii, magno concursu eorum qui dediti sunt studiis literarum. Annum octavum et septuagesimum ferme explevit in altissima tranquillitate, pari veneratione. Firma et incorrupta valetudine per quinquaginta et quinque postremos annos vitae suae usus est donec is morbus eum corripuit. Liberos ex uxore habuit omnino decem, sex masculos, feminas quatuor. Ex his hodie supersunt mares duo,
P 52 feminae totidem. Philippus natu major est Franciae Quaestor apud Pictavos. Alter, cui Francisco nomen est, nondum elegit vitae statum. Catharina et Joanna juxta matrem et fratres sunt. Quod si habitum quoque ejus posteri noscere velint, sta-
V 46 tura fuit paulo infra mediocrem, capite apto, oculis venustis

Digitized by Google

et igneis, decorus aspectu, forma denique praestantissima, et specie liberali. Sanguis et bilis in eo praevalebant, mirabili temperatione ad morum facilitatem et comitatem et ad excellendum in iis studiis in quibus se exercuit. Robustum in tenui gracilique corpore fuisse haec res probat quod in ambulationibus, quantumvis longis, ne in aestate quidem fatigabatur, neque quietem poscebat. Opibus nimiis non gaudebat, speciosae contigerant; neque unquam majores concupivit, dictitans iis contentum esse debere hominem literatum quae victum et vestitum darent liberaliter et sumptus ad emendos libros. Amicos, quos multos habebat, ex animo amabat, observantia et officiis retinebat. Inimicos, si quos habuit, contempsit. Toto vitae tempore aequabilis, nulli molestus, nulli gravis, totum se praebens iis qui ejus opem implorabant, facile communicans fructus studiorum suorum, et ad bene merendum quam reposcendum propensior.

Factum est, *Eusebi Clarissime*, quod imperasti. Habes imaginem senis optimi meo penicillo adumbratam. Habes heic expressa signa virtutum ejus. Et quamquam monitore non indigeas, quippe qui quotidie exempla bene vivendi praebes iis qui rectam semitam sequi volunt, hortor tamen te ut semper intuearis in hanc imaginem, semper illius memineris qui te et diligebat et plurimi faciebat. Vale.

Lutetiae Parisiorum Kal. Novembr. MDCLXXXVIII.

CATALOGUS LIBRORUM EDITORUM ▼ 47

A VIRO CLARISSIMO CAROLO DU FRESNE DOMINO DU CANGE.

Histoire de la Conqueste de Constantinople composée par Geoffroy de Ville-Hardouïn, avec la suite composée par Philippes Mouskes. *A Paris de l'Imprimerie Royale* 1657. *fol.*

Traité Historique du Chef de Saint Jean Baptiste. *A Paris chez Sebastien Cramoisy* 1665. 4°.

Histoire de Saint Louïs IX. du nom, Roy de France, écrite par Jean Sire de Joinville, avec des Observations

Digitized by Google

et Dissertations historiques. *A Paris chez Sebastien Mabre-Cramoisy* 1668. *fol.*

Joannis Cinnami Historiarum Libri VI. et Pauli Silentiarii descriptio S. Sophiae, cum Notis in Nicephorum Bryennium, Annam Comnenam, et Cinnamum. *Parisiis e Typographia Regia* 1670. *fol.*

Glossarium ad Scriptores mediae et infimae Latinitatis. Accessit Dissertatio de Numismatibus Imperatorum Romanorum. *Parisiis apud Ludovicum Billaine* 1678. *fol.* 3. *vol.*

Cyrilli, Philoxeni, aliorumque veterum Glossaria Latino-Graeca et Graeco-Latina. *Parisiis apud Ludovicum Billaine* 1679. *fol.*

Historia Byzantina duplici commentario illustrata. *Parisiis apud Ludovicum Billaine* 1680. *fol.*

Joannis Zonarae Annales, cum Notis. *Parisiis e Typographia Regia* 1687. *fol.* 2. *vol*

Glossarium ad Scriptores mediae et infimae Graecitatis. *Lugduni apud Anissonios* 1688. *fol.* 2. *vol.*

Chronicon Paschale sive Alexandrinum, cum Notis. *Parisiis e Typographia Regia* 1688. *fol.*

Digitized by Google

SELECTA

AD

ILLUSTRATIONEM

CHRONICI PASCHALIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

SELECTA QUAEDAM AD ILLUSTRATIONEM CHRONICI PASCHALIS.

EORUMDEM INDEX.

I. *Χρόνων ἀριθμησις καὶ ὁμάς.*
Temporum putatio et summa. *Ex Scaligero lib.* VII. *de emendat. temp. et Uranologio Petavii.*

II. *Δήλωσις τῶν ὑποκειμένων κεφαλαίων, πότε καὶ ἐπὶ τίνος αὐτῶν ἕκαστον ἐπληρώθη.*
Explicatio subjectorum capitum, quando et sub quo unumquodque contigit. *Ex Uranolog. Petavii.*

III. Imperatorum Romanorum Catalogus ab Augusto ad Constantinum Monomachum. *Vide Notas ad pag. Chronici* 187.

IV. Liber generationis ab Adam usque ad ordinem quae (*sic*) continetur in hoc libro. *Opus quod Hippolito Portuensi adscribi posse duximus in Praefatione: ex editione Henr. Canisii et Philippi Labbei, ad fidem Codicis Collegii Paris. Soc. Jesu recognitum.*

V. Fragmentum ex Eusebii Chronicis. *Ex Codd. Reg.* 2431. *fol.* 17. *et* 2919. *et Colberteo* 1350.

VI. Ex Hesychio, in Nativitatem Christi. *Ex iisdem Codd.*

VII. Ex Anonymo, de Christi Nativitatis et Passionis annis. *Ex Cod. Reg.* 2431. *fol.* 172. *v.*

Digitized by Google

VIII. *Σύγγραμμα Ἐκκλησιαστικὸν περὶ τῶν ο' μαθητῶν τοῦ Κυρίου, Δωροθέου Ἐπισκόπου Τύρου, ἀρχαίου ἀνδρὸς*, etc.

Dorotheus de LXX. Discipulis Domini etc. *Ex Codd. Reg.* 2760. et 2819.

IX. *Τῶν ιβ' Ἀποστόλων αἱ πατρίδαι, καὶ τὰ ὀνόματα Τῶν γεννησάντων.*

Duodecim Apostolorum patriae, eorumque nomina, ex quibus sunt nati. *Ex Cod. Reg.*

X. Theodoritus Episcopus Tyri, de baptismo Sanctorum Apostolorum et Deiparae. *Ex Chron. MS. Symeonis Logothetae.*

XI. Fragmentum ex Fastis Cuspinianeis, in omissorum specimen.

XII. Descriptio Consulum ex quo primum ordinati sunt, Fastorum Idatianorum lemmate hactenus edita, *ad MS. exemplar Collegii Parisiensis Soc. Jesu recognita, et cum Arnaldi Pontaci Episcopi Vasatensis editione collata.*

XIII. Fasti Graeci ab an. Chr. CXXXVIII. ad annum CCCLXII. *Ex Cod. Savilliano, et Editione V. C. Henr. Doduelli in Append. ad Dissert. Cyprianic.*

XIV. Fasti Graeci alii, ex apographo Vossiano, ab anno CCXXII. ad annum DCXXX. *Ex edit. ejusdem Doduelli.*

XV. Fragmentum Fastorum ab anno Christi CCV. ad annum CCCLIV. *Ex Bucherio.*

XVI. Ex temporibus Gallieni, quis, quantum temporis Praefecturam Urbis administraverit, ab anno Christi CCLIV. ad annum CCCLIV. *Ex Bucherio.*

XVII. Catalogus Pontificum Romanorum, in quo Fasti aliquot Consulares recensentur. *Ex Bucherio.*

XVIII. Paschalis centum annorum, ab anno Chri-
V. 322 sti CCCXII. ad annum CCCCXI. *Ex Bucherio, ubi emaculatus datur.*

XIX. Laterculus Fastorum Consularium, ab Ausonii et Olybrii Consulatu, ad XVII. Post-Consula-

Digitized by Google

tum Basilii. *Ex Cod. Colbert.* 240. *et ex edit. Arnaldi Pontaci post Notas in Eusebii Chronicon.*

XX. Laterculus alter Consulum, post Chronicon Senatoris. *Ex eodem Cod. Colbert.*

XXI. Methodus qua invenitur cujusque mensis quaecumque dies, et in quam septimanae feriam incurrit, et in quem annum incidit Bissextus. *Ex Commentario Heraclii Imperatoris in προχείρους Ptolemaei Canones, ex edit. Doduelli V. C.*

XXII. Variae Lectiones ad binas Epistolas Dionysii Exigui de ratione Paschae. *Ex variis Codd. MSS. Regio, Colberteo et Petaviano.*

XXIII. De Paschate Judaeorum. *Ex Cod. Colberteo.*

XXIV. Argumenta Aegyptiorum, quorum meminit Dionysius Exiguus in Epistola ad Petronium, et Victorius in Canone Paschali. *Ex Cod. Colberteo* 240. *post Epistolam Paschasini Episcopi ad Papam Leonem.*

XXV. De triplici Graecorum aera, et ea qua utitur Auctor Paschalis Chronici. *Ex Petavio lib.* IX. *de Doctr. temp. cap.* III.

XXVI. De duabus Epochis Christi, etc. *Ex eodem Petavio, lib.* VIII. *Auctarii cap.* I.

XXVII. Methodus Epactarum, et Novilunii investigandi ratio, qua utitur Auctor Chronici Paschalis. *Ex eodem, lib.* IX. *de Doctr. temp. cap.* V.

XXVIII. Methodus ad Paschales terminos sive Judaica Paschata cognoscenda, qua Auctor Chronici Paschalis utitur. *Ex eodem, lib.* VIII. *Auctarii cap.* XI.

XXIX. Laterculus mensium Macedonicorum.

Digitized by Google

P 404
V 323

I.

ΧΡΟΝΩΝ ΑΡΙΘΜΗΣΙΣ ΚΑΙ ΟΜΑΣ.

	Ἀδάμ	—	—	—	—	ἓτη	σλ′	
	Σήθ	—	—	—	—	—	σε′	υλε′
	Ενως	—	—	—	—	—	ϙ′	χκε′
	Καϊνάν	—	—	—	—	—	ρο′	ψϟε′
	Μαλελεήλ		—	—	—	—	ρξε′	ϡξ′
	Ιαρέδ	—	—	—	—	—	ρξβ′	,αρκβ′
	Ενώχ	—	—	—	—	—	ρξε′	,ασπζ′
	Μαθουσάλα		—	—	—	—	ρξζ′	,αυνδ′
	Λάμεχ	—	—	—	—	—	ρπη′	,αχμβ′
	Νῶε	—	—	—	—	—	φ′	,βρμβ′
	Σήμ	—	—	—	—	—	ϙ′	
	Αρφαξάδ		—	—	—	—	ρλε′	
	Καϊνάν	—	—	—	—	—	ρλ′	
	Σάλα	—	—	—	—	—	ρλ′	
	Εβερ	—	—	—	—	—	ρλβ′	
	Φάλεγ	—	—	—	—	—	ρλ′	
	Ραγαῦ	—	—	—	—	—	ρλβ′	
	Σερούχ	—	—	—	—	—	ρλ′	
	Ναχώρ	—	—	—	—	—	σο′	
	Θάῤῥα	—	—	—	—	—	ο′	
	Αβραάμ	—	—	—	—	—	ϙ′	
	Ισαάκ	—	—	—		—	ξ′	
	Ιακώβ	—	—	—	—	—	πε′	
	Λευί	—	—	—	—	—	μζ′	
	Καάθ	—	—	—	—	—	ξβ′	
	Αράμ	—	—	—	—	—	οε′	
	Μωϋσῆς	—	—	—	—	—	π′	
	Εν τῇ ἐρήμῳ		—	—	—	—	μ′	
	Ιησοῦς	—	—	—	—	—	λβ′	
	Οἱ πρεσβύτεροι		—	—	—	—	ν′	
γρ. ν′	Χουσαρσαθέμ		—	—	—	—	*η′	,ϡθ′
	Γοθονιήλ	—	—	—	—	—	ν′	,ϡνθ′
	Αἰγλώμ	—	—	—	—	—	ιη′	,ϡοζ′

Digitized by Google

I.

TEMPORUM PUTATIO ET SUMMA.

Adam	ann. 230		
Seth	— 205	435	
Enos	— 190	625	
Cainan	— 170	795	
Malaleel	— 165	960	
Jared	— 162	1122	
Enoch	— 165	1287	
Mathusala	— 167	1454	
Lamech	— 188	1642	
Noe	— 500	2142	
Sem	— 100		
Arphaxad	— 135		
Cainan	— 130		
Sala	— 130		
Heber	— 132		
Phaleg	— 130		
Ragau	— 132		
Seruch	— 130		
Nachor	— 270		
Tharrha	— 70		
Abraam	— 100		
Isaac	— 60		
Jacob	— 85		
Levi	— 47		
Caath	— 62		
Aram	— 75		
Moyses	— 80		
In deserto	— 40		
Jesus	— 82		
Seniores	— 50		
Chusarsathem	— 50	3909	
Othoniel	— 50	3959	
Aeglom	— 18	3977	

Digitized by Google

	Λαὼθ	—	—	—	—	ν′	,δκξ′
	Σεμεγὰρ	—	—	—	—	κ′	,δμξ′
	Ιεβουσαῖοι	—	—	—	—	κ′	,δξξ′
	Δεββώρα	—	—	—	—	μ′	,δρξ′
	Ωρὶφ καὶ Ζὴφ	—	—	—	—	ζ′	,δριδ′
	Γεδεών	—	—	—	—	μ′	,δρνδ′
	Αβιμέλεχ	—	—	—	—	γ′	,δρνζ′
	Θώλα	—	—	—	—	κβ′	,δροθ′
	Ιαὴρ	—	—	—	—	κβ′	,δσα′
	Αμμανῖται	—	—	—	—	ιη′	,δσιθ′
	Ιεφθαὲ	—	—	—	—	ϛ′	,δσκε′
P 405	Εσσεβών	—	—	—	—	ζ′	,δσλβ′
	Αἰλὼν	—	—	—	—	ι′	,δσμβ′
	Αβδών	—	—	—	—	η′	,δσν′
	Φιλιστιείμ	—	—	—	—	μ′	,δσϟ′
	Σαμψών	—	—	—	—	κ′	,δτι′
	Αναρχίας καὶ εἰρήνης	—	—	—	—	μ′	,δτν′
	Ηλὶ ἱερεύς	—	—	—	—	κ′	,δτο′
	Σαμουὴλ ἱερεύς	—	—	—	—	κ′	,δτϟ′
	Σαούλ	—	—	—	—	μ′	,δυλ′
	Δαυίδ	—	—	—	—	μ′	,δυο′
V 324	Σολομών	—	—	—	—	μ′	,δφι′
	Ροβοὰμ	—	—	—	—	ιζ′	,δφκζ′
	Αβιὰ	—	—	—	—	γ′	,δφλ′
	Ασὰ	—	—	—	—	μα′	,δφοα′
	Ιωσαφὰτ	—	—	—	—	λθ′	,δχι′
	Ιωράμ	—	—	—	—	η′	,δχιη′
	Οχοσίας	—	—	—	—	α′	,δχιθ′
	Γοθολία	—	—	—	—	ζ′	,δχκϛ′
	Ιωὰς	—	—	—	—	μ′	,δχξϛ′
	Αμασίας	—	—	—	—	κθ′	,δχϟε′
	Οζίας	—	—	—	—	νβ′	,δψμζ′
	Ιωαθάμ	—	—	—	—	ις′	,δψξγ′
	Αχάζ	—	—	—	—	ις′	,δψοθ′
	Εζεκίας	—	—	—	—	κθ′	,δωη′
	Μανασσῆς	—	—	—	—	νε′	,δωξγ′
	Αμὼς	—	—	—	—	β′	,δωξε′
	Ιωσίας	—	—	—	—	λα′	,δωϟϛ′
	Ιωαχὰς	—	—	—	—	α′	,δωϟζ′
	Ιωακείμ	—	—	—	—	ια′	,δϡη′
	Ιεχονίας	—	—	—	—	α′	,δϡθ′
	Σεδεκίας	—	—	—	—	ια′	,δϡκ′
	Ναβουχοδονόσορ	—	—	—	—	κδ′	,δϡμδ′
	Ουἀλαμαδαράχ	—	—	—	—	ε′	,δϡμθ′
	Βαλτάσαρ	—	—	—	—	γ′	,δϡνβ′
	Δαρεῖος καὶ Αστυάγης	—	—	—	—	ιζ′	,δϡξθ′

Digitized by Google

Aoth	50	4027
Semegar	20	4047
Jebusaei	20	4067
Debbora	40	4107
Oriph et Ziph	7	4114
Gedeon	40	4154
Abimelech	3	4157
Thola	22	4179
Jaer	22	4201
Ammanitae	18	4219
Jephtaë	6	4225
Essebon	7	4232
Aelon	10	4242
Abdon	8	4250
Philistaei	40	4290
Sampson	20	4310
Interregni et pacis	40	4350
Heli Sacerdos	20	4370
Samuel Sacerdos	20	4390
Saül	40	4430
David	40	4470
Solomon	40	4510
Roboam	17	4527
Abia	3	4530
Asa	41	4571
Josaphat	39	4610
Joram	8	4618
Ochozias	1	4619
Gotholia	7	4626
Joas	40	4666
Amasias	29	4695
Ozias	52	4747
Joatham	16	4763
Achaz	16	4779
Ezechias	29	4808
Manasses	55	4863
Amos	2	4865
Josias	31	4896
Joachaz	1	4897
Joacim	11	4908
Jechonias	1	4909
Sedecias	11	4920
Nabuchodonosor	24	4944
Valamadarach	5	4949
Baltasar	3	4952
Darius et Astyages	17	4969
	6	

Digitized by Google

	Κῦρος ὁ Πέρσης — — — —	λβ′	,εα′
	Καμβύσης — — — — —	η′	,εθ′
	Δαρεῖος ὁ Μῆδος — — — —	κη′	,ελζ′
	Ξέρξης — — — — —	κα′	,ενη′
	Ἀρταξέρξης — — — —	λγ′	,ελα′
	Δαρεῖος — — — — —	ιθ′	,ερι′
	Ἀρταξέρξης — — — —	λδ′	,ερμδ′
	Ὦχος — — — — —	κα′	,ερξε′
	Ἀρσῆς Ὦχος — — — —	β′	,ερξϛ′
	Δαρεῖος — — — — —	ϛ′	,ερογ′
	Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών — — —	ιβ′	,ερπε′
	Πτολεμαῖος ὁ Λίγύπτου — — —	πδ′	,εσθ′
	Πτολεπαῖος Φιλαδελφος — — —	λ′	,εσλθ′
	Πτολεμαῖος Εὐεργέτης — — —	κε′	,εσξδ′
	Πτολεμαῖος Φιλοπάτωρ — — —	ιζ′	,εσπα′
	Πτολεμαῖος Ἐπιφανής — — —	κγ′	,ετδ′
P 406	Πτολεμαῖος Φιλομήτωρ — — —	λε′	,ετλθ′
	Πτολεμαῖος Εὐεργέτης — — —	κθ′	,ετξη′
	Πτολεμαῖος Φύσκωνος — — —	ιϛ′	,ετπδ′
	Πτολεμαῖος Σιδητίτης — — —	θ′	,ετϟγ′
	Πτολεμαῖος, ὁ καὶ Ἀλέξανδρος — —	γ′	,ετϟϛ′
	Πτολεμαῖος ὁ Σωτήρ — — —	η′	,ευδ′
	Διόνυσος ὁ νέος — — — —	κη′	,ευλβ′
	Κλεοπάτρα — — — —	κβ′	,ευνδ′
	Γάϊος Ἰούλιος Ρωμαίων — — —	δ′	,ευνη′
	Καῖσαρ Αὔγουστος — — — —	νζ′	,εφιε′
	Τιβέριος — — — — —	κβ′	,εφλζ′
	Γάϊος — — — — —	δ′	,εφμα′
	Κλαύδιος — — — — —	ιδ′	,εφνε′
	Νέρων — — — — —	ιδ′	,εφξθ′
	Οὐεσπασιανός — — — —	ι′	,εφοθ′
	Τίτος — — — — —	γ′	,εφπβ′
	Δομετιανός — — — —	ιε′	,εφϟζ′
	Νέρουας — — — — —	α′	,εφϟη′
	Τραϊανός — — — — —	ιη′	,εχιϛ′
	Ἀδριανός — — — — —	κα′	,εχλζ′
	Ἄλλιος Ἀντωνῖνος — — — —	κ′	,εχνζ′
	Μάρκος Ἀντωνῖνος — — — —	ιϛ′	,εχογ′
V 325	Κόμοδος — — — — —	ιβ′	,εχπε′
* γρ.	* Σεουῆρος — — — — —	ιη′	,εψγ′
Σευῆρος	Ἀντώνιος Καρακάλλου — — —	ζ′	,εψι′
	Ἀντώνιος ἄλλος — — — —	δ′	,εψιδ′
	Ἀλέξανδρος Μαμέας — — —	ιδ′	,εψκζ′
	Μαξιμῖνος — — — — —	γ′	,εψλ′
	Γορδιανός — — — — —	ϛ′	,εψλϛ′
	Φίλιππος — — — — —	ϛ′	,εψμβ′

Digitized by Google

Cyrus Persa	32	5001
Cambyses	8	5009
Darius Medus	28	5037
Xerxes	21	5058
Artaxerxes	33	5091
Darius	19	5110
Artaxerxes	34	5144
Ochus	21	5165
Arses Ochus	2	5167
Darius	6	5173
Alexander Macedo	12	5185
Ptolemaeus Aegypti	24	5209
Ptolemaeus Philadelphus	30	5239
Ptolemaeus Evergetes	25	5264
Ptolemaeus Philopator	17	5281
Ptolemaeus Epiphanes	23	5304
Ptolemaeus Philometor	35	5339
Ptolemaeus Evergetes	29	5368
Ptolemaeus Physconis	16	5384
Ptolemaeus Siderites	9	5393
Ptolemaeus, qui et Alexander	3	5396
Ptolemaeus Soter	8	5404
Bacchus novus	28	5432
Cleopatra	22	5454
C. Julius Romanorum	4	5458
Caesar Augustus	57	5515
Tiberius	22	5537
Caïus	4	5541
Claudius	14	5555
Nero	14	5569
Vespasianus	10	5579
Titus	3	5582
Domitianus	15	5597
Nerva	1	5598
Trajanus	18	5616
Adrianus	21	5637
Aelius Antoninus	20	5657
Marcus Antoninus	16	5673
Commodus	12	5685
Severus	18	5703
Antonius Caracalla	7	5710
Antonius alter	4	5714
Alexander Mameae	14	5727
Maximinus	3	5730
Gordianus	6	5736
Philippus	6	5742

Digitized by Google

Λέκιος — — — — —	α′	,εψμγ′
Γάλλος καὶ Βολουσιανός — — —	β′	,εψμε′
Οὐαλεριανὸς καὶ Γαλῖνος — — —	ιε′	,εψξ′
Κλαύδιος — — — — —	α′	,εψξα′
Αὐρήλλιος — — — — —	ς′	,εψξς′
Πρόβος — — — — —	ζ′	,εψοδ′
Κᾶρος καὶ Καρῖνος — — —	β′	,εψος′
Διοκλητιανός — — — —	κ′	,εψϟς′
Κωνσταντῖνος — — — —	λβ′	,εωκη′
Κωνστάντιος — — — —	κβ′	,εωνβ′
Ιουλιανός — — — — —	γ′	,εωνε′
Ιοβιανός — — — — —	α′	,εωνς′
Οὐαλεντινιανός — — — —	ι′	,εωξς′
Οὐάλης — — — — —	δ′	,εωο′
Θεοδόσιος — — — — —	ις′	,εωπς′
Αρκάδιος — — — — —	ιδ′	,εϞ′
Θεοδόσιος ὁ νέος — — — —	μβ′	,εϞμβ′
Μαρτιανός — — — —	ς′	,εϞμη′
Λέων — — — — —	ιη′	,εϞξς′
Ζήνων — — — — —	ιζ′	,εϞπγ′
P 407 Αναστάσιος — — — —	κζ′	,ϛι′
Ιουστῖνος — — — — —	Θ′	,ϛιθ′
Ιουστινιανός — — — —	λη′	,ϛνζ′
Ιουστῖνος νέος — — — —	ιγ′	,ϛο′
Τιβέριος — — — — —	δ′	,ϛοδ′
Μαυρίκιος — — — — —	κ′	,ϛϟδ′
Φωκᾶς — — — — —	η′	,ϛρβ′
Ηράκλειος — — — — —	λα′	,ϛρλγ′
Κωνσταντῖνος — — — —	α′	,ϛρλδ′
Κωνσταντῖνος — — — —	κζ′	,ϛρξα′
Κωνσταντῖνος — — — —	ιζ′	,ϛροη′
Ιουστινιανός — — — —	ι′	,ϛρπη′
Λέων — — — — —	γ′	,ϛρϟα′
Τιβέριος ὁ καὶ Αψίμαρος — — —	ζ′	,ϛρϟη′
Ιουστινιανὸς πάλιν — — —	ς′	,ϛσδ′
Φιλιππικὸς, ὁ καὶ Βαρδάνης — —	β′	,ϛσς′
Αρτέμιος, ὁ καὶ Αναστάσιος — —	γ′	,ϛσθ′
Θεοδόσιος ὁ Ατραμυτηνός — —	α′	,ϛσι′
Λέων, ὁ καὶ Κόνων — — —	κε′	,ϛσλε′
Αρτανάσδος — — — —	γ′	,ϛσλη′
Κωνσταντῖνος, υἱὸς Λέοντος — —	λα′	,ϛσξθ′
Λέων, υἱὸς Κωνσταντίνου — —	ε′	,ϛσοδ′
Κωνσταντῖνος, υἱὸς Λέοντος σὺν τῇ μητρὶ Εἰρήνῃ	ι′μβ′	,ϛσπδ′
Κωνσταντῖνος μόνος — — —	ϛ′μθ′	,ϛσϟ′
Εἰρήνη ἡ μήτηρ αὐτοῦ πάλιν — —	β′μϛ′	,ϛσϟβ′
Νικηφόρος — — — — —	η′μθ′	,ϛτα′

Digitized by Google

Decius — — — — —	1	5743
Gallus et Volusianus — — —	2	5745
Valerianus et Galienus — — —	15	5760
Claudius — — — — —	1	5761
Aurelianus — — — — —	6	5767
Probus — — — — —	7	5774
Carus et Carinus — — — —	2	5776
Diocletianus — — — —	20	5796
Constantinus — — — —	32	5828
Constantius — — — —	22	5852
Julianus — — — — —	3	5855
Jovianus — — — — —	1	5856
Valentinianus — — — —	10	5866
Valens — — — — —	4	5870
Theodosius — — — — —	16	5886
Arcadius — — — — —	14	5900
Theodosius Junior — — — —	42	5942
Marcianus — — — — —	6	5948
Leo — — — — — —	18	5966
Zeno — — — — —	17	5983
Anastasius — — — — —	27	6010
Justinus — — — — —	9	6019
Justinianus — — — — —	38	6057
Justinus Junior — — — —	13	6070
Tiberius — — — — —	4	6074
Mauricius — — — — —	20	6094
Phocas — — — — —	8	6102
Heraclius — — — — —	31	6133
Constantinus — — — —	1	6134
Constantinus — — — —	27	6161
Constantinus — — — —	17	6178
Justinianus — — — — —	10	6188
Leo — — — — — —	3	6191
Tiberius, qui et Apsimarus — —	7	6198
Justinianus iterum — — — —	6	6204
Philippus, qui et Bardanes — —	2	6206
Artemius, qui et Anastasius — —	3	6209
Theodosius Atramytenus — — —	1	6210
Leo, qui et Cono — — —	25	6235
Artavasdus — — — — —	3	6238
Constantinus, Leonis F. — — —	31	6269
Leo, Constantini F. — — —	5	6274
Constantinus, Leonis F. cum matre Irene	10, M. 2	6284
Constantinus solus — — — —	6, M. 9	6290
Irene illius mater rursum — — —	2, M. 6	6292
Nicephorus — — — — —	8, M. 9	6301

Digitized by Google

Σταυράκιος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ — — —	β′	,ϛτγ′
Μιχαὴλ καὶ Θεοφύλακτος — — —	β′	,ϛτε′
Λέων ὁ Ἀρμένης — — — —	ζ′	,ϛτιβ′
Μιχαήλ — — — — —	θ′	,ϛτκα′
Θεόφιλος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ — — —	ιβ′	,ϛτλγ′
V 826 *Μιχαὴλ, ὁ υἱὸς αὐτοῦ, σὺν τῇ μητρὶ Θεοδώρᾳ*	ιδ′	
Μιχαὴλ μόνος — — — —	ια′	
Μιχαὴλ καὶ Βασίλειος — — —	α′	
Βασίλειος ὁ Θρᾷξ — — —	ιθ′	
Λέων καὶ Ἀλέξανδρος, υἱοὶ αὐτοῦ — —	ϰϛ′	
Ἀλέξανδρος καὶ Κωνσταντῖνος — —	α′	
Κωνσταντῖνος μόνος — — —	ζ′	
Κωνσταντῖνος καὶ Ρωμανός		

P 408 ***Περὶ τῶν ἓξ χιλιετηρίδων, πότε τούτων ἑκάστη, καὶ ἐπὶ τίνος πεπλήρωται.***

Ἡ α′ ἐν τῷ τοῦ Ἰαρὲδ ἔτει — — —	μ′	
Ἡ β′ ἐν τῷ τοῦ Νῶε ἔτει — — —	τη′	
Ἡ γ′ ἐν τῷ τοῦ Ραγαῦ ἔτει — — —	ϡθ′	
Ἡ δ′ ἐν τῷ τοῦ Ἀώθ ἔτει — — —	ϰγ′	
Ἡ ε′ ἐν τῷ τοῦ Κύρου τοῦ Πέρσου ἔτει —	λα′	
Ἡ ϛ′ ἐν τῷ τῆς Βασιλείας τοῦ Ἀναστασίου ἔτει	ιζ′	

Περὶ τῶν ια′ περιόδων τῶν ἀπὸ φλβ′ ἐτῶν, πότε, καὶ ἐπὶ τίνος ἑκάστη τούτων πεπλήρωται.

Ἡ α′ ἐν τῷ τοῦ Ἐνὼς ἔτει — — —	ϡζ′	,φλβ′
Ἡ β′ ἐν τῷ τοῦ Ἰαρὲδ ἔτει — — —	ρλ′	,αξδ′
Ἡ γ′ ἐν τῷ τοῦ Λαμὲχ ἔτει — — —	ρμβ′	,αφϡϛ′
Ἡ δ′ ἐν τῷ τοῦ Νῶε ἔτει — — —	υπϛ′	,βρκη′
Ἡ ε′ ἐν τῷ τοῦ Ἑβερ ἔτει — — —	ϰγ′	,βχξ′
Ἡ ϛ′ ἐν τῷ τοῦ Ναχὼρ ἔτει — —	ϰθ′	,γρϡβ′
Ἡ ζ′ ἐν τῷ τοῦ Ἀρὰμ ἔτει — — —	νη′	,γψκδ′
Ἡ η′ ἐν τῷ τοῦ Φιλιστιαίων ἔτει — —	ϛ′	,δσνϛ′
Ἡ θ′ ἐν τῷ τοῦ Ἐζεκίᾳ ἔτει — —	ο′	,δψπη′
Ἡ ι′ ἐν τῷ τοῦ Φιλομήτορος ἔτει — —	ιϛ′	,ετκ′
Ἡ ια′ ἐν τῷ τῆς Βασιλείας Κωνσταντίνου ἔτει	ϰδ′	,εωνβ′

Digitized by Google

Stauracius, Nicephori F. — — —	2	6303
Michael et Theophylactus — — —	2	6305
Leo Armenius — — — —	7	6312
Michael — — — — —	9	6321
Theophilus, Michaelis F. — — —	12	6333
Michael, Theophili F. cum matre Theodora	14	
Michael solus — — — —	11	
Michael et Basilius — — — —	1	
Basilius Thrax — — — —	19	
Leo et Alexander, Basilii fili — —	26	
Alexander et Constantinus — — —	1	
Constantinus solus — — — —	7	
Constantinus et Romanus		

De sex millenariis, quando singuli, et in quo desinant.

I in anno Jared — — — —	40
II in anno Noe — — — —	308
III in anno Ragau — — — —	99
IV in anno Aoth — — — —	23
V in anno Cyri Persae — — —	31
VI in anno Anastasii — — —	17

De periodis XI, quarum singulae annis constant IↃXXXII. quando, et ubi unaquaeque desinat.

I in anno Enos — — — —	97	532
II in anno Jared — — — —	130	1064
III in anno Lamech — — —	142	1596
IV in anno Noe — — — —	486	2128
V in anno Heber — — — —	23	2660
VI in anno Nachor — — —	29	3192
VII in anno Aram — — —	58	3724
VIII in anno Philistaeorum — —	6	4256
IX in anno Ezechiae — — —	70	4788
X in anno Philometoris — — —	16	5320
XI in anno imperii Constantini — —	24	5852

Digitized by Google

V 327

II.

ΔΗΛΩΣΙΣ ΤΩΝ ΥΠΟΚΕΙΜΕΝΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ,

ΠΟΤΕ, ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΙΝΟΣ ΛΤΤΩΝ ΕΚΑΣΤΟΝ ΕΠΛΗΡΩΘΗ.

Εν ἔτει πα΄ Μωσέως, ἢ τ᾽ ἀπὸ Αἰγύπτου γέγονεν ἔξοδος, καὶ τὸ πρῶτον Πάσχα τῶν υἱῶν Ισραὴλ κατὰ τὸν παρ᾽ αὐτοῖς πρῶτον μῆνα, λέγω δὴ τὸν Νισάν. Ην δὲ τῶν ἀπὸ Αδὰμ τὸ* ,γωκζ.

* γρ. γωκβ΄.

Εν ἔτει ιβ΄ Ιησοῦ τοῦ Ναυῆ, εἰσῆλθεν ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ὁ Αρχιερεὺς κατὰ τὴν ι΄ τοῦ ζ΄ μηνὸς, ἤγουν τοῦ* Θερσί. Ην δὲ τῶν ἀπὸ Αδαμ τὸ ,γωξγ΄.

* Θεσρὶ

* Ιηβ... Scalig.

Εν ἔτει κε΄ τοῦ αὐτοῦ Ιησοῦ, ὁ* Ιεβουλαῖος ἤρξατο καθ᾽ Εβραίους ψηφίζεσθαι, τοῦτ᾽ ἔστιν ἡ πεντηκονταετηρίς. Ην δὲ τῶν ἀπὸ Αδὰμ τὸ* ,γωπς΄.

* γρ. γωπβ΄.

Εν ἔτει δ΄ τῆς βασιλείας Σολομῶντος, ὁ ἐν Ιεροσολύμοις ἤρξατο οἰκοδομεῖσθαι ναός. Ην δὲ τῶν ἀπὸ Αδὰμ τὸ ,δυοδ΄.

P 409

Εν ἔτει γ΄ τῆς βασιλείας Ιωακεὶμ, τὸ πρῶτον ἔτος ψηφίζεται τῆς εἰς Βαβυλῶνα τῶν υἱῶν Ισραὴλ ἀποικίας. Ην δὲ τῶν ἀπὸ Αδὰμ τὸ ,δϡ΄.

* γρ. αἰχμαλώσεως.

Εν ἔτει ια΄ τοῦ Κύρου τοῦ Πέρσου τὸ τῆς* αἰχμαλωτίας τελευταῖον ἔτος συνεπληρώθη, ἤγουν τὸ ο΄. Ην δὲ τῶν ἀπὸ Αδὰμ τὸ ,δϡο΄.

Εν ἔτει γ΄ τῆς βασιλείας Δαρείου τοῦ Μήδου, ὑπὸ Ιησοῦ τοῦ Ιωσέδεκ καὶ Ζοροβάβελ τοῦ Σαλαθιὴλ ὁ ἐν Ιεροσολύμοις αὖθις ᾠκοδομήθη ναός. Ην δὲ τῶν ἀπὸ Αδὰμ τὸ ,εια΄.

* γρ. αὐτοῦ τοῦ

Εν ἔτει β΄ τῆς βασιλείας* Αὐγούστου Καίσαρος, αἱ Ινδικτοι ἤρξαντο ψηφίζεσθαι, καὶ οἱ τῶν Ρωμαίων μῆνες οὐ πρότερον ἢ κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ πρὸς αὐτῶν ἐπινοηθέντες. Ην δὲ τῶν ἀπὸ Αδὰμ τὸ ,ευξ΄.

Εν ἔτει μγ΄ αὐτοῦ, γεννᾶται καθ᾽ ἡμᾶς ὁ ὑπὲρ ἡμᾶς μονογενὴς τοῦ Πατρὸς υἱὸς, Ιησοῦς Χριστὸς, καὶ φύσει γίνεται δι᾽ ἡμᾶς τέλειος ἄνθρωπος, φύσει τέλειος δι᾽ ἑαυτὸν ὑπάρχων Θεός. Ην δὲ τῶν ἀπὸ Αδὰμ τὸ ,εφα΄.

Εν τῇ ιε΄ τῆς βασιλείας Τιβερίου, ἐν τῷ Ιορδάνῃ βαπτίζεται, καὶ τὴν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ τοῖς πιστεύουσιν υἱοθεσίαν χαρίζεται. Ην δὲ τῶν ἀπὸ Αδὰμ τὸ ,εφλ΄.

Εν ἔτει ιθ΄ τοῦ αὐτοῦ, ἐπὶ σωτήριον ἔτει πάθος, ἀπάθειαν ἐντεῦθεν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει δωρούμενος. Ην δὲ τῶν ἀπὸ Αδὰμ τὸ ,εφλδ΄.

Εν ἔτει κ΄ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, ἡ ἐν Νικαίᾳ γέγονε Σύνοδος. Ην δὲ τῶν ἀπὸ Αδὰμ τὸ ,εωις΄, τῶν ἀπὸ Χριστοῦ δὲ τὸ τις΄.

Digitized by Google

II.

EXPLICATIO SUBJECTORUM CAPITUM,

QUANDO, ET SUB QUO UNUMQUODQUE CONTIGIT.

Anno Moysis octogesimo primo, incidit migratio Israëlitarum ex Aegypto; nec non eorum Pascha primum in primo eorundem mense, hoc est Nisan. Anno ab Adamo 3827.

Anno duodecimo Jesu filii Nave, ingressus est in terra promissa in Sancta sanctorum summus Pontifex decima die mensis septimi, qui est Tisri. Erat autem annus Adami 3863.

Anno XXV. ejusdem Jesu, Jobelaeus ab Hebraeis putari coeptus est, hoc est quinquagenarius orbis annorum. Erat annus Adami 3886.

Anno IV. regni Solomonis, coeptum est aedificari templum Hierosolymitanum, anno Adami 4474.

Anno tertio regni Joacim, primus numerari incipit deportationis Israëlitarum in Aegyptum. Erat ab Adamo 4900.

Anno Cyri Persae undecimo, ultimus captivitatis annus desiit, videlicet septuagesimus, qui est ab Adamo 4970.

Anno tertio regni Darii Medi, ab Jesu filio Josedec, et Zorobabele filio Salathielis Hierosolymitanum templum instauratur, anno Adami 5011.

Anno secundo Imperii Augusti Caesaris numerari coeperunt Indictiones, Romanique menses tum primum ab illis excogitati, anno Adami 5460.

Anno Augusti XLIII. nascitur secundum nos qui supra nos est unigena patris filius Jesus Christus, ac natura propter nos perfectus fit homo, qui natura per sese perfectus erat Deus, anno Adami 5501.

Anno XV. Tiberii in Jordane baptizatur, et adoptionem Spiritus sancti credentibus largitur, anno Adami 5530.

Anno XIX. Tiberii ejusdem ad salutiferam passionem venit, impassibilitatem ex ea naturae nostrae conferens, anno Adami 5534.

Anno Constantini XX. Nicaeae Synodus habita est, anno Adami 5816. Christi 316.

Digitized by Google

Εν ἔτει β' τῆς βασιλείας Θεοδοσίου, ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει γέγονε Σύνοδος. Ην δὲ τῶν μὲν ἀπὸ Ἀδὰμ τὸ ,εωοβ'. τῶν δὲ ἀπὸ Χριστοῦ τὸ τοβ'.

Εν ἔτει ιγ' τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ νέου ἡ ἐν Εφέσῳ τὸ πρότερον γέγονε Σύνοδος. Ην δὲ τῶν μὲν ἀπὸ Ἀδὰμ τὸ ,εϠιγ'. τῶν δὲ ἀπὸ Χριστοῦ τὸ υιγ'.

Εν ἔτει α' τῆς βασιλείας Μαρκιανοῦ ἡ ἐν Καλχηδόνι γέγονε Σύνοδος. Ην δὲ τῶν μὲν ἀπὸ Ἀδὰμ τὸ ,εϠμγ'. τῶν δὲ ἀπὸ Χριστοῦ υμγ'.

Εν ἔτει κς' βασιλείας Ιουστινιανοῦ ἡ ε' γέγονε Σύνοδος. Ην δὲ τῶν μὲν ἀπὸ Ἀδὰμ τὸ ,ϛμέ. τῶν δὲ ἀπὸ Χριστοῦ φμέ'.

P 410
V 328

III.

ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΡΩΜΗΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΕΣ,

ΟΙ ΕΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝ ΕΝ ΤΗι ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΑι ΡΩΜΗι.

Αὔγουστος Οκτάβιος. Επὶ τούτου ἐγεννήθη ὁ Χριστὸς· ἐκράτησεν δὲ Αὔγουστος ἔτη νζ'.
Τιβέριος, ἔτη κβ'.
Γάϊος, ἐσφάγη ἐν Ρώμῃ· ὃς ἐκράτησεν ἔτη δ'.
Κλαύδιος, ἐσφάγη ὁμοίως· ὃς ἐκράτησεν ἔτη ιδ'.
Νέρων, ἔτη ιδ'.
Γάλβας, ἔτη γ'.
Οθων, μῆνας γ'.
Βιτέλλιος, μῆνας η'.
Οὐεσπασιανὸς, ἔτη ι'.
Τίτος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἔτη γ'.
Δομιτιανὸς, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, καὶ ἐσφάγη ἐν τῷ Παλατίῳ, ἔτη ιε'.
Νέρουας, ἔτος α', μῆνας δ'.
Τραϊανὸς, ἔτη ιθ'.
Αδριανὸς Αἴλιος, κα'.
Αντωνῖνος, κγ'.
Μάρκος Αὐρήλιος, ιθ'.
Αντωνῖνος, καὶ Βῆρος, ιβ'.
Κόμμοδος, ἐσφάγη ἐν Παλατίῳ, κγ'.
Περτίναξ, ἐσφάγη ἐν Παλατίῳ.
Σαβῆρος καὶ Αντωνῖνος κα'.
Pag. 485. titul. *Incipit Epistola Dionysii Exigui ad Patronium Episcopum de ratione Paschali. Repetuntur.* Ita MSS. *Singulari. MSS. saeculari. Et stabilem. MSS. ac*, etc. *Festivitatis unicae. MSS. antiqua. Ordinantes.* Ita *MSS. Praeferunt. MSS.*
P 480 *expraeferent. Qui etiam.* Ita *MSS. Veneranda. MSS. reverenda. Desciverunt. MSS. discesserunt. Enneacaidecaetirida. MSS. enniacedecerida. Circulum. MSS. ciclum.*

Pag. 486. *Imo. MSS. immo. Et ultimum.* Sequitur, *per annos singulos unum numerare curabis, in eo tamen modo anno. Nos autem* CCXLVIII. *etc. Quod Circulus iste. MSS. quod Ciclus ipse. Propositam. MSS. praepositam. Ordinem.* Deest. *Annotatas. MSS. adnotatas. Decemnovennalem. MSS. . . . his. Hebdomadum. MSS. septimanae. Domini. MSS. dominicus. Hebdomadum. MSS. septemanarum. In eo tantummodo. MSS. in eo tamen modo. Bissextus. MSS. bis sextus.* Sic alibi. *In illis solis. MSS. in his solis. Proposuimus. MSS. praeposuimus. Dum temporis initium ignoratur.* Desunt in MSS.

Pag. 487. *Mensis iste.* Addunt MSS. *vobis. Legislator. MSS. lator legis. Commonet. MSS. ammonet. Noctu. MSS. nocte. Die.* MSS. Add. *mensis. Vesperum. MSS. vesperam. Mensis hic. MSS. mensis iste. Legitur. MSS. intelligitur. Venerabiles* CCC. *et* XVIII. *Exordium. MSS. initium. Tantorum. MSS. tantarum. Vernalis. MSS. vernales. Consequatur. MSS. non consequantur. Qui a duodecimo. MSS. quia* XII. *etc. In quo etiam, etc. MSS. secutus sanctioni signari dum alia supputationis in quo etiamsi luna* XIIII. *Sabbato contigerit, qui semel in* XCV. *accedere manifestum est. Paschalis festi. MSS. paschali festo. Aestimantes. MSS. existimantes. Solarem annum. MSS. solares annos. Accommodant. MSS. adcom . . . Juxta hanc.* Vocem *hanc* omittunt MSS.

Pag. 488. *Sive potius sanctionis ignari.* Haec desunt. *Perquirunt. MSS perquirant. Recedunt. MSS. recesserunt. Ut quando. MSS. ut quam. Religionis.* Addunt MSS. *a tantorum Pontificum*

Digitized by Google

constitutione. Prorsus. Deest. *Observatione. MSS. devotione. Terrarum orbe. MSS. orbe terrarum. Labor est. MSS. est labor. Secundum. MSS. sanctum. Nicaeam. MSS. Antiochiam. Protulerant. MSS. protulerunt. De Eccl. pellendos. MSS. expellendos de Ecclesia. Seorsim. MSS. seorsum. Sed plur. MSS. sed etiam. Extiterit. MSS. exstit.. Illi qui. MSS. illos qui. Dei.* Abest. *Quid velit. MSS. aliquid. Ut oportet. MSS. sicut op'.. Serventur. MSS. servantur.*

Pag. 489. *Indicitur. MSS. inditur. Despexerit. MSS. disp.. Relatione. MSS. revelatione. Athanasii.* Add. MSS. *Episcopi. Epist. Sancti Prot. MSS. Proterii Epistola Alex.. Domini.* Add. MSS. *nostri Jesu Christi. Sive. MSS. qui. Caeterique. MSS. caeteri aeque. Simili. MSS. similes. Requirantur. MSS. requirentur.*

VARIAE LECTIONES AD EPISTOLAM II. DIONYSII DE RATIONE PASCHAE. pag. 489.

V 386

Titulus. *Incipit disputatio Dionysii Exigui. Observantiae. MSS. Reverentiae. Oppugnationem. MSS. obpugnantiam. Chalced... MSS. Calcid. Huic praesenti. MSS. haec pr.. Decreta. MSS. decrevit. Quod vero in. MSS. quia vero scriptis.*

Pag. 490. *Volentibus.* Add. MSS. *veritatem. Poterna regulae. MSS. paternae regulae. Digerere. MSS. degerere. Cyclo. MSS. circulo. Incipit, etc. MSS. incipit anno Ciclo Decennovennali. Embolismis.* MSS. Add. *vero. Quia. MSS. quod. Anni solaris. MSS. solis annuum. Videtur solarem. MSS. sol. vid. Circuli. MSS. cicli. Trecenti. MSS. tric.. Octogeni. MSS. octuageni. Quadrans. MSS. quadrantes. Hendecadis. MSS. hendecades.*

Pag. 491. *Detrim. Comp. MSS. comp. detr. Dies unus. MSS. unus dies. Cycli. MSS. circuli. Finem ejus. MSS. ejusdem. Praefixos dies. MSS. dies non fixos. Ratiocinationis. MSS. rationis. Circulus* XI. *MSS. cyclus* XI. *Quot sunt dies. MSS. q. d. s. Diffinitionem. MSS. deff..*

Pag. 492. *Colligemus. MSS. colligentur. Quod quaer. MSS. quam. Communis annus. MSS. an.. com.. Quia regula. MSS. quae reg. Anno dec..* Vox *anno*, deest, et *deinceps. Sunt dies. MSS. fiunt d. Quia communis est. MSS. qui communis annus est.* Et sic deinceps, vel *qui embolismus annus est.* Ultima perioche deest in MSS. ac praesertim Colberteo, in quo sequentia subduntur.

Digitized by Google

XXIII.

DE PASCHATE JUDAEORUM.

Post biduum Pascha fiet, id est, congruum fuit Pascha Judaeorum in aequinoctio, id est, in VII. Kalend. Aprilis; ut in aequinoctio novissimo, mundi renovatio et redemptio per necem Christi; quia in aequinoctio mundi fuit contritio et compositio, ne dispar sibi invicem fieret utraque formatio. Deinde eadem longitudo facta est ex potentia Dei tribus primis diebus et noctibus. Sed addit sol cursum dierum quando inluxit in mundo IIII^to^ die. Luna contrario dempsit cursum noctium. Etenim ad venerationem et honorem aequinoctii novissimi et Paschae Christi praesignata est et facta est mundi prima constructio in aequinoctio primo. In aequinoctio quoque solutio facta est et redemptio Israël de servitute Aegyptiorum, ut in eodem aequinoctio post XII. Kalend. April. praecepit filiis Israel Pascha celebrare. Quod est typus Paschae Christi futuri per omnia in finem ex initio. Typus namque Christi agnus qui occisus est. Et manducatur cotidie agnus a VII. viris, hoc est, a VII. gradibus Ecclesiae. Tantum autem mysterium Dei scitote. Quidem non est mirum si acciderit judi-
P 481 cium, si convenerit aequinoctium, quod est VIII. Kal. Aprilis, sexta feria, luna XIIII. et Resurrectio luna XVI. Post XII. Kal. Aprilis, quod est aequinoctium vernale, hoc est initium anni solis, et ante hoc initium non facitur Pascha apud Hebraeos et Graecos et Latinos nisi in errore quod dies Dominica, in qua facta est lux, fuit ante XII. Kal. Aprilis, quod est in nocte II. feriae in anno crucis. XI. autem Kal. April. III. feria, et X. Kal. April. IIII. feria, in quo dictum est: *Post biduum Pascha fiet.* Deinde consentiunt alii quod ita fiat post biduum, id est, completionem et integritatem duorum testamentorum Pascha et transcensus ad regnum Dei, conveniente in VI. feria aequinoctio, luna XIIII. et solemnitate Resurrectionis, in die Dominica autem totius generis humani, ex quo genere virga de radice Jesse exiit: quae virga redemit Israël de Aegypto; quae conversa est in serpentem, ut liberarentur Israhelitae ab Aegypto, qui serpens homini persuasit, hoc est, diabolus, mortem. Si ergo mors a serpente, virgam serpentem, Christus in mortem, serpens exaltatur in aëre, ut sanaret vulnera corporum respicientium in serpentem aeneum, ut solveret servitutem Israhelitarum famulantium in Aegypto. Sic homines

Digitized by Google

Moysi a serpentibus sanabantur a venenis intuendo magnum Sacramentum. Quid est intuendo sanari a serpente, nisi credendo in mortuum Christum, sanari a morte peccatorum, ut liberaretur populus ab Aegypto per virgam in serpentem conversam et agnum in Pascha occisum, hoc est, Christum in mortem. Ita liberatur totum humanum genus a Pascha Passionis; qui est verus serpens occidens serpentem diabolum, et devorans virgas magorum et philosophorum et ministrorum diaboli. Quid autem conversa virga in serpentem, et praecipiente Deo eam tenere, expavit Moyses et fugit; quoniam mortificatus est Christus, expaverunt et fugerunt discipuli. Caudam adprehende, posteriora adprehende, et ut illud, posteriora mea videbis. Primo factus est Christus serpens. Sed cauda retenta facta est virga. Primo occisus est, postea resurrexit. Cauda retenta, visus est Cephae, deinde visus est XI. Et jam in cauda significatur serpentis finis saeculi, quia mortalitas generis humani ambulat per mortem diabolo inlatam; sed in fine saeculi, sicut a cauda redimus ad manum Dei, et efficimur stabilitum regnum Dei. Post haec autem omnia breviter dicamus, quod nunquam factum est Pascha apud Judaeos ante XII. Kal. Aprilis; quia luna nata in VIII. Idus Martii, XIIII. est in XII. Kal. Aprilis. Observa igitur cursum lunarem juxta regulam Graecorum more Aegyptiorum, et non secundum epactas, id est, adjectiones lunares: quia ibi pervenitur a IIII. luna ad XVI. hic autem ad XV. juxta compositionem Josepi, qui primus conscribit circulum X. et VIII. annorum, Athanasii, Theophili, Cyrilli, *Dionysiique Exigui*, usque dum scripsit Victorius Hilarii Papae urbis Romae Episcopi. Tunc cessaverunt Alexandrini disputatores et Antiocheni circulos post alios conscribere.

---

* Forte est glossema.

Digitized by Google

V 387

XXIV.

ARGUMENTA AEGYPTIORUM,

QUORUM MEMINIT DIONYSIUS EXIGUUS IN EPISTOLA AD PETRONIUM, ET VICTORIUS IN CANONE PASCHALI.

Incipit calculatio quomodo repperire possit quota feria annis singulis XIIII. luna Paschalis, id est, primi circuli decennovalis anno primo, quia non habet epactas lunares pro eo quod cum noni decimi inferioris anni XVIII. et suas XI. epactas, addito etiam ab Aegyptiis die uno, fiunt XXX. id est, luna mensis unius integra, et nihil remanet de epactis. Et quia in Aprilio mense incidit eo anno luna Paschalis XIIII. tene regulares in eo semper XXXV. Subtrahe XXX. id est, ipsa luna integra, remanent V. Quinta die a Kalendis, hoc est, Nonis Aprilis, occurrit luna XIIII. Paschalis. Tene supra scriptos V. Adde et concurrentes ejusdem anni V. Fiunt X. Hos partire per VII. id est, septies I. VII. remanent. Igitur tertia feria incurrit luna Paschalis XIIII. et Dominicus festi Paschalis dies luna XVIIII. Item praefati circuli annus secundus, a quo sumunt exordium epactae XI. et incidit in eodem anno luna Paschalis XIIII. Martii. Tene XXXVI. regulares in eo semper. Subtrahe epactas XI. remanent XXV. Vicesima quinta die mensis a Kalendis Martii, qua est VIII. Kalend. Aprilis, occurrit luna Paschalis, id est, XIIII. Tene supra scriptos XXV. Adde concurrentes ejusdem anni VI. fiunt XXXI. Adde semper in fine hujus mensis regulares IIII. Hos partire per VII. id est, septies quinque. XXXV. occurrit luna Paschalis XIIII. et Dominica dies festi Paschalis luna XV. Iterum mense Aprili saepe dicti circuli primi anno III. Tene semper in eo mense in primis XXXV. Subtrahe epactas ejusdem anni. XXXII. remanent. A XXXIII. XIII. die mensis, id est, Id. Aprilis, occurrit
P 482 luna Paschalis. Tene hos XIII. Adde concurrentes VII. fiunt XX. Adde in Aprili semper in inferius regulares VII. fiunt XXVII. Hos partire per VII. septem II. XIIII. remanent sex. VI. feria erit XIIII. luna Paschalis, et Dominicus dies Paschalis luna XVI. Ita singulis annis a primo anno usque ad XVIIII. annum calculabis. Si quando mense Martio XIIII. luna Paschalis incurrit, XXXVI. regulares in primis teneas, ex quibus
* deducas epactas cujus volueris anni *deductas, et concurrentes adjecias, et in fine semper IIII. regulares augmentis. Aprilis vero mense XXXV. semper in capite tene; ex quibus ut supra

Digitized by Google

* deductas epactas, et adjectis ejusdem anni concurrentibus suis, augmenta latius ac brevius omnia argumenta Paschalia calculabis. Hoc tamen praeterea lectori sit cognitum, quoties in utrosque menses supra scriptos in prima regula contingit ut deductas epactas amplius a xxx. remaneant, dimitte xxx. Quod si unus aut duo seu amplius superfuerint, tot dies ipsius mensis a Kalendis fit luna Paschalis xiiii. Quando autem deductas epactas infra xxx. ut puta xx. seu amplius minusve remanserint, item tot dies mensis a Kal. occurrit luna xiiii. Paschalis. Si enim deductas epactas xxx. tamen remanserint, quod semel in decem et viii. annis accedere manifestum est, xxx. die a Kalend. erit luna Paschalis xiiii. * deducas

---

XXV.

V 388

DE TRIPLICI GRAECORUM AERA, ET EA QUA UTITUR AUCTOR PASCHALIS CHRONICI.

Ex Petavio l. 9. de doctr. temp. c. 3.

Christianorum quidem veterum, qui ex lxx. Seniorum auctoritate mundi tempora digesserunt, opiniones sunt admodum variae. Posterioribus saeculis ad duo vel tria fastigia omnis illa diversitas abiit. Itaque triplex Graecorum aera celebratur. Prima est quae ab initio rerum ad natalem Christi putat annos 5493. secunda anno mundi 5501. eundem annum assignat. Tertia anno 5509. Postrema haec omnium celeberrima, qua Constantinopolitana Ecclesia, eique subjectae omnes utuntur. Itaque in Codice Juris Orientalis Imperatorum edicta hac aera consignantur. Tum Alexandrinum Chronicon, ac Graeci denique recentiores illam adhibent: secundam Georgius Monachus, Theophanes, Nicephorus, et ante hos Sanctus Maximus Monachus usurpant, quam Africani antiqui scriptoris esse capite superiori diximus. Primam autem Panodorus Aegyptius Monachus, qui Arcadio imperante vixit, amplexus est: et, ut arbitror, illius auctor fuit. Hunc enim Georgius Syncellus refert anno mundi 5493. natum asseverasse Christum.

Et horum trium intervallorum origines, et in iis disputandis Scaligeri, et aliorum errata patefaciamus. Tria quaedam in illis animadvertenda sunt. Primum annorum initium, quod alii ab autumno, alii a vere putare annos incipiunt. Alterum, Natalis Christi, in quem velut in communem terminum computi illi desinunt: tertium, cyclorum characteres an-

Digitized by Google

nis singulis attributi. Horum διόρθωσις in triplici Graecorum computo magnopere necessaria est, quorum ex neglectu vel ignoratione multiplex error admittitur.

Quod ad initium igitur annorum pertinet, alii, ut diximus, annos suos ab orbe condito ista dinumerant, ut eorum primordium in verno mense constituant. Chronici Alexandrini scriptor, qui tertiam aeram sequitur, hoc est ultra 5500. Christi natalem extendit annum, caput annorum ab aequinoctio verno et Martii XXI. deducere se profitetur: et imprudens tamen interdum orditur a Septembri, quae res et Chronicon ipsum conturbat, et lectoris confundit ingenium.

Pag. 209. Christum ecce baptizatum refert anno mundi 5536. Januarii VI. Ind. I. Tiberii decimo quinto, Rufo et Rubellino
Pag. 211. Coss. Paulo post vero annum sequentem 5537. a XXI. Martii
Pag. 211. docet incipere, eadem Indictione prima. Tum apertius deinde, Indictione II. anno Tiberii XVI. notat annum mundi 5538. ab orbe condito, et ejus initium repetit a XXI. Martii.

Pag. 211. Verum eadem pugna in qua primum Pascha tribuerat anno mundi 5537. quem et a XXI. Martii die inchoari dixerat, subinde annum eundem 5536. numerat. Neque librarii hic error est: nam et illius numeri partitio per 19. ad cyclum eruendum, et epactarum solis investigatio demonstrant, ipsummet annum, quem ab orbis initio 5537. putaverat, mox statuit 5536.

Pag. 215. Praeterea auctor idem scribit ab orbe condito, ad XXI. Martii diem ejus anni, quo baptizatus est Christus, Indictionis primae, colligi annos 5537. ac statim Indictione II. Tiberii XIV. annum 5538. iniri a XXI. Martii anno nono cycli lunaris, solaris XXII. Manifeste annum 5538. incipit a XXI. Martii, ejus
P 482 anni Juliani, in quo Christus a Joanne baptizatus est, quinque cyclis Romanis praelatus fuit, solis X. litera B. anno
Pag. 210. mundi 5537. et post tres menses, Indictione II. anno Tiberii XVI. mundi 5538. primum Pascha celebrasse: cujus decima quarta luna contigit Aprilis XV. feria VI. Fuit itaque cyclus idem, qui et antea, solis, nimirum X. lunae vero XI. Haec ambo cum Indictione II. in alium annum competere nequeunt, quam 4742. periodi Julianae, ut ex Methodo libro VII. cap. IX. intelligi potest. Igitur eodem anno Juliano desiit annus mundi 5537, die Martii XX. et sequenti, annus 5538. iniit. Atqui annus idem ille 5538. nonnisi 5536. ab eo putabatur. Quocirca duplex initium anni in animo ille scriptor habuit, et utrumque per imprudentiam permiscuit. Annus Constantinopolitanus una cum Indictione a Septembri incipit. Annus Christianus quo Chronici auctor uti se profitetur, init a XXI. Martii, VI. mensibus post civilem. Quare Christus baptizatus est anno mundi 5537. a Septembri, a Martio vero, 5536.

Digitized by Google

Chronicon vero praepostere annum illum 5537. a Martio putavit: unde sequentis Martii XXI. die 5538. iniit. Quod enim ita se res habeat, ex eo patet, quoniam anno 5507. mundi currente natum asserit Christum Lentulo et Pisone Coss. Post hos vero Coss. paria XXXI. subjicit: quorum in postremum, nempe Rufi et Rubellini, baptismum conjicit. Si ad annos 5507. currentes a Septembri addideris XXXI. annus 5538. a Septembri ordietur. At ille scriptor, quasi annus 5537. a Martio procederet, 5538. non a Septembri sequente, sed a Martio putavit. Non aliter extricari istae possunt, quam hac probabili conjectura. Quamquam in illa tota disputatione Chronologica de Natali et Passione Christi mire perplexus est, et annos duos dissimulat, ac supprimit, quod suo loco declarabitur. Ex eadem hallucinatione, Indictiones, quas a Septembri inchoari scripserat, a Martio similiter orditur. Quippe Indictionem II. una cum anno Tiberii XVI. et mundi 5538. a XXI. Martii proficisci docet.

Pag. 196. et 298.

Pag. 187.

Pag. 215.

XXVI.

V 389

DE DUABUS EPOCHIS CHRISTI, EX SENTENTIA PANODORI ET DIONYSII, AC ISAACI, SEU RECENTIORUM SCRIPTORUM.

Ex eod. Petavio lib. 8. Auctarii c. 1. p. 293.

Erit qui ad illas duas tertiam putet adjungendam, quae annum Incarnationis et Natalis computat ab Adamo 5507. quam adhibent auctores aliqui, ut Alexandrinum Chronicon, uno minus Cedrenus, qui anno 5506. id esse factum asserit; et qui anno 5500. ortum Christi, Passionem 5533. assignant, errare contendit. Sed hanc aeram ab illa, quae est Isaaci, discrepare non arbitror, sed in eodem computo diversum annum Incarnationis praestituere, puta biennio aeram communem antevertere, et si de amborum illorum sententia nihil certe consequi possimus, praeterea quod imperite omnia permiscent, et eos characterismos adhibent, qui conciliari invicem nequeunt. Adde Cap. v.

Digitized by Google

XXVII.

Ex eodem Petavio lib. 19. de doctr. temp. c. 5.

METHODUS EPACTARUM ET NOVILUNII INVESTIGANDI RATIO, QUA UTITUR AUCTOR CHRONICI PASCHALIS.

Chronicon Alexandrinum aliquot locis epactarum metho-
Pag. 75. dum ac novilunii investigandi rationem explicat: quam quidem a Martio mense deducit, et ab ejus XXI. die. Nam XX. primos dies perpetua lege ad epactas adjicit. Epactas autem non
Pag. 199. eodem modo computat. Quippe alibi populari calculo decem
Pag. 216. ad aureum cyclum lunae labentem adjungit: alias ex Dionysii, Bedae, caeterorumque computistarum praescripto decem ad anni superioris cyclum addit. Exempli causa anno mundi 3838. quo exodum consignat, cyclum lunae XIX. numerat, eique tribuit epactas XXX. haec est plebeia epactarum methodus. At vero 5507. in quem natalem Christi confert, cyclum lunae computat XVI. epactas vero XV. Ubi epactas appellat dies residuos ex anno superiore, ac jam praeterito, quomodo et Dionysius ac Beda usurpare solent. Ita cyclo X. epactas assignat IX. et cyclo IX. epactas XXVIII. Hoc igitur modo cum
P 484 et a Martio epactarum ratiocinia procedant, et praeteriti anni residui dies assumantur, falsa erit Scaligeriana methodus, quia iccirco decurtatam aeram annis XIV. existimat, ut a Septembri epactarum progressione facta, novilunia diebus suis redderentur. Nam in illa Chronici doctrina, epactae solae absque regularibus illis, cum diebus mensis copulatae neomenias exhibent in primo mense. In caeteris regulares adhibentur: Aprili videlicet, I. Maio, II. etc. Septembri, VIII. Doceamus hoc uno aliove exemplo. Esto cyclus Dionysianus XII. Constantinopolitanus X. epactae ex Alexandrino Chronico erunt IX. Eae porro cum XXII. Martii die, dant XXXI. sive novilunium. At in Septembri iisdem cyclis, epactae IX. cum XV. die Septemb. et regularibus VII. totidem dies conficient, nempe XXXI. Item cyclo Dionysiano XI. Constantinopolitano IX. epactae XXVIII. ex Alexandrini Chronici methodo cum tertio Martii dant novilunium. In Septembri eaedem epactae XV. cum regularibus VII. et IX. diebus Septembris idem novilunium ostendunt. Apparet ergo nulla computi mutilatione opus esse ad lunares epactas procudendas, quae cum ποστιαίᾳ mensis et regularibus neomenias exhibent: siquidem aera illa communis, cujus in annum

Digitized by Google

5509. Dionysianus Natalis competit, citra diminutionem ullam, idoneas ad lunarem methodum epactas efficit. Quod si epactarum calculus a Septembri initium sumeret, tum quidem additis ad cyclum Dionysianum tribus, epactae propagarentur, quae cum ποστιαίᾳ mensis et uno praeterea regulari, XXXI. constarent. Sed ex eo minime sequitur Constantinopolitanos computum istum illius rei causa annis XIV. mutilasse: cum, ut ostendimus, annus Natalis vulgaris non in annum 5495. aerae illius decurtatae, sed in 5493. incidat. Postremo si in eadem aera, cujus annus 5509. vulgari Natali congruit, epactas plebeio more formaveris, additis ad cyclum anni labentis decem, tum praeter epactas, regulares assumendi erunt, et quidem plures: quemadmodum et in Dionysiano cyclo accidit, in quo epactae quae ex aureis numeris consurgunt, regulares omnibus numeris exigunt. Esto cyclus Dionysianus IX. Constantinopolitanus VII. epactae XVII. cum XVIII. die mensis, relinquunt V. Addendi igitur regulares XXVI. Sed haec methodus minus est priore illa probabilis.

XXVIII.

V 390

METHODUS AD PASCHALES TERMINOS, SIVE JUDAICA PASCHATA COGNOSCENDA, QUO AUCTOR CHRONICI PASCHALIS UTITUR.

Ex eod. Petavio lib. 8. *Auctarii cap.* 11.

Est Graecorum Computatorum et alia methodus ad Paschales terminos, sive Judaïca Paschata cognoscenda, quam Chronicon Alexandrinum sequitur: cui non multum dissimilis est ea quae in Computo Andreae Hierosolymitani legitur, cujus declaratio ad ea quae capitibus antecedentibus explicata sunt non parum conducet.

Annis ab Adamo per XIX. distributis, cyclum lunae, et ei congruentes epactas, invenire jubet. His deinde dies XIII. addere τὰς πρὸ τῶν φωστήρων, quae antecedunt luminaria. Item προσελήνους, *antelunares* VII. Tum ad complendam decimam quartam, quot opus est dies adjicere. Facilis est methodus, a Kalendis Martiis, ad VIII. usque diem, quae prima est Neomenia Paschalis, dies sunt VII. Ii propterea προσέληνοι vocantur, quia primam Neomeniam praecedunt. Inde ad XX. Martii, dies XIII. qui πρὸ τῶν φωστήρων appellantur, eo quod primam ac citimam omnium decimam quartam proxime antecedunt, quae est XXI. Martii. Luminarium autem oppositio fieri ab illis putabatur in termino Paschali. Itaque citra am-

Digitized by Google

bages, dies XX. ad epactas addendas esse praescribi poterat. Jam si conflata dierum summa minor sit quam XLIV. reliquos adjice, donec XLIV. compleas: quicquid additum erit, post XX. Martii putabitur, ostendetque Paschalem terminum. Sin dies XLIV. aut plures etiam numerentur, tantum adde dierum, quantum necesse est, ut diebus ablatis, quatuordecim resideant: et id ipsum quod adjeceris, post XXI. Martii putare incipe. Etenim decima quarta quaelibet citra Martii XXI. incidens nondum Paschalis est: ob id calculus ultra propagandus est. Esto cyclus Constantinopolitanus XIV. qui est Romanus XVII. epactae sunt IV. quae cum viginti Martii conficiunt XXIV. Ut autem ablata integra syzygia, reliqui sint dies XIV. adde XX. fiunt XLIV. dies. Porro addititii illi XX. a XXI. Martii ad IX. Aprilis perveniunt: quo die XIV. Paschalis convenit cyclo lunae Nicaeno XVII. Rursus cyclo V. Constantinopolitano Romano VIII. epactae XXV. quae cum XX. diebus Martii dant XLV. Ut igitur LXXIV. dies existant, addendi XXIX. fient LXXIV. Detractis LX. residui sunt XIV. Caeterum ad XX. dies Martii additis XXIX. et ex summa XLIX. deductis XXXI. Martii, restat Aprilis XVIII. in quam terminus Paschalis Nicaenus congruit, cyclo VIII.

P 485
V 891

XXIX.

LATERCULUS MENSIUM MACEDONICORUM,

QUOS SCRIPTOR CHRONICI PASCHALIS, UT ET MEDIAE VETUSTATIS SCRIPTORES CHRISTIANI CUM SYROMACEDONICIS SEU ANTIOCHENIS CONFUNDERE SOLENT.

Ἀὐδηναῖος,	Januarius.
Περίτιος,	Februarius.
Δύστρος,	Martius.
Ξανθικὸς,	Aprilis.
Ἀρτεμίσιος,	Maius.
Δαίσιος,	Junius.
Πάνεμος,	Julius.
Λῶος,	Augustus.
Γορπιαῖος,	September.
Ὑπερβερεταῖος,	October.
Δῖος,	November.
Ἀπελλαῖος,	December.

Digitized by Google

NOTAE

IN

CHRONICON PASCHALE.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTAE

P 489
V 395

IN

CHRONICON PASCHALE.

Pag. ed. Bonn. 32. 4. *Ομοῦ*] Occurrit haec vox crebrius in hoc Chronico, pro collectione temporum exactorum, quam *ἀριθμησιν χρόνων καὶ ὁμάδα*, seu *summam*, vocant Graeci computatores, ut Eusebius in Chronico, et ex eo Georgius Syncellus, qua ea temporum designantur intervalla in quibus quicquid per annos expansos, qui iisdem Graecis *ἁπλᾶ ἔτη* dicuntur, supra digestum est, unico numero colligitur, ut pluribus observant Josephus Scaliger lib. VII. de Emendat. temp. statim initio, et in Animadversionibus ad eundem Eusebium pag. 10. 2. edit. quam hic sequimur, Petavius in Auctario librorum de Doctrina temporum libro VIII. cap. I. et alii. Observandum tamen Holstenium hanc *ὁμάδα*, seu vocem *ὁμοῦ*, adscribere duntaxat annis vel aetatum, vel imperii aut regni cujusvis, cum iis qui annos mundi conditi designant, vocem *κόσμου*, pro *ὁμοῦ* adscribat, non quod Codex quem vidit ita praeferat, sed, ni fallor, ex ingenio, uti mox, ubi de filiis Noe agitur. Minor enim numerus horum natalem, alter mortis tempus a mundo condito indicat: nihil tamen mutandum duximus ab editione, satis esse de hisce monuisse lectorem arbitrati.

Pag. 35. 11. *Περὶ τῆς προφητείας Ενὼχ*] Libro scilicet apocrypho, cujus prae caeteris meminit Georgius Syncellus in Chron. ubi de Angelis *ἐγρηγόροις*, et de quo Salianus anno DCCCCLXXXVII. n. XIV. et alii, quos is laudat.

Pag. 36. 10. *Μαθουσαλὰ*] Vide Petavium lib. IX. de Doctr. temp. cap. VIII.

Pag. 36. 18. *Καὶ ,βσξβ'.*] LXX. Seniorum epocham XX. annis ampliorem epocha Africani, Nicephori Patr. Constantinopolitani, Honorii Augustod. et aliorum hic observat Scaliger

Digitized by Google

lib. v. de emendat. temp. quem consule, ut et Petavium lib. ix. de Doctr. temp. cap. x. et xi. ubi multa de diluvii epocha; de qua sic Joannes Antiochenus, *ἔτη ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ, ,βφνβ'.* nisi mendum sit in Cod. Reg.

Pag. 38. 4. *Οὓς ὠνόμασεν*] Filios illos Dei, qui filias hominum adamasse dicuntur Genes. vi. corporeos esse persuasum habuisse plerosque, ut inter caeteros Augustinum, observant pariter idem Petavius ad Epiphanium Haer. lxiv. n. xxi. Salianus n. i. xlii. et alii.

Pag. 38. 21. *Συναφθέντες*] Vide Cotelerium ad lib. v. Recogn. cap. xxix. et Stephanum *Le Moine* to. ii. Varior. Sacror. pag. 650. et seqq.

Pag. 39. 9. *Ἀλωρος, καὶ μετ' αὐτὸν Ἀλαπρος*] Georgius Syncellus pag. 18. *Ἀλασπρος* habet. Vide Salianum in scholiis ad an. mxlii.

Pag. 39. 14. *Βήρωσος*] Ea verba desumpta sunt ex Josephi lib. i. contra Apionem pag. 1048. quae hic restituimus, non vero ex lib. i. Antiq.

Pag. 39. 19. *Καὶ τί με δεῖ*] Haec absunt a Cod. Holstenii usque ad voces, *καὶ τὸν Σήθ.*

Pag. 40. 15. *Κλημίῳ*] Leg. *Κλήμεντι*, uti restituimus, vel *εἰς τὰ Κλημέντια*, ut infra. Locus extat in Recognit. lib. iv. n. xii. xiii. et in Clementin. Homil. viii. n. xxvii. Hic vero Ruffini versionem fere summus secuti.

P 490 *Ibid. Ἐνί τινι*] Ita emendavimus ex laudata Homilia, cum *ἓν τινι* editum esset.

Pag. 40. 16. *Μετὰ τῶν ἐξ αὐτοῦ*] Clementina viii. *Μετὰ τῶν ἐξ αὐτοῦ τριῶν, σὺν ταῖς αὐτῶν γυναιξίν.* Proinde hic legendum, *σὺν ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν.* Ita rursum lib. i. Recogn. n. xxix.

Ibid. Νῶε σὺν τοῖς ἐξ αὐτοῦ] Haec delet Holstenius.

Pag. 41. 6. *Ἐν τάξει κατάρας*] Notanda haec locutio, *ἐν τάξει*, qua rursum Auctor utitur infra.

Pag. 42. 9. *Αἱ δὲ τῶν*, etc.] Ex Epiphanio Haer. i. n. iv. ex quo caeteri qui de haeresibus scripserunt. Vide Scaligerum ad Graeca Eusebii pag. 411. Caeterum haec omnia Epiphanii delet Codex Holstenii, ut additicia, usque ad vocem *ἐγένετο.*

V 396 *Pag.* 42. 17. *Ἐκ τῶν προπεμένων*, etc.] Post hanc periochen, sequitur alia in Cod. Holstenii. *Αἱ τῶν αἱρέσεων*, usque ad vocem, *ἀπέθανεν·* deinde, *εἰς τὸν Νῶε*, etc. Et post vocem *ἐκτελούμενα*, alia hoc initio, *τὰ δὲ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν*, etc. Atque ita sic edidimus, cum haec praepostero omnino ordine essent descripta.

Pag. 43. 5. *Καϊνὰν*] Hunc Caïnan contra fidem Hebraïci Codicis tam Judaeorum quam Samaritanorum inter Arphaxad

Digitized by Google

et Sela insertum a LXX. Senioribus observatum ab Eusebio, et Scaligero in Prolegomenis ad eundem, qui inde expungendos CXXX. annos, quos iidem Seniores illi adscribunt, contendunt, ut recta ab Adamo ad Christum v. MCCCLXX. annorum constet epocha. Hos adeat qui haec accuratius expendere volet.

Pag. 44. 16. *Επεὶ οὖν*] Haec et sequentia usque ad pag. 110. et voces, *ἐβασίλευσαν Αἰγύπτιοι οἱ λοιποὶ*, desunt in Codice Holstenii: proinde quae subinde in hoc Chronico interseruntur, sunt Continuatoris.

Pag. 44. 20. *Εἰς τὸν Αγκυρωτὸν αὐτοῦ*] n. CXIV. et CXV. et Haer. LXVI. n. LXXXIII.

Pag. 45. 5. *Πέμπτη*] Haec Epiphanii ex Prologo ad Panarium paullo diversa sunt in edit. Petaviana: ac primum, pro *πέμπτη γενεὰ*, legitur, *πέμπτη τοίνυν γενεᾷ*.

Ibid. *Τουτέστιν*] Haec sunt Chronici Scriptoris.

Pag. 45. 8. *Γεγόνασιν*] Edit. *ἐγεγόνασιν*.

Pag. 45. 10. *Λουβὰρ*] Petavius ad Epiphan. pag. 5.

Pag. 45. 11. *Αραρὰτ*] Ibid. Petavius, ubi de hoc monte.

Ibid. *Σεναὰρ*] Idem Petavius, et Salianus an. MDCCCCIX. n. XVII.

Ibid. *Επελέξαντο*] Quae sequuntur absunt ab edito: *ἐκεῖσε πρῶτον κατοίκησις γίνεται μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τῶν ἀνθρώπων· κἀκεῖ φυτεύσας ἀμπελῶνα Νῶε ὁ Προφήτης, οἰκήτωρ τόπου γίνεται*, quae etiam, cum Chronici Continuatoris videantur, parenthesi claudenda.

Pag. 45. 16. *Συνευάσαντες*] Ita Rader. *συνδοιάσαντες*, emendavimus (de qua voce vide Gloss. med. Graecit.) ex Codice Vaticano, in quo legitur *συνδυάσαντες*· sed in hoc Cod. *υ* passim pro *οι* poni observare est.

Ibid. *Ποιησάμενοι*] Edit. *λαμβανόμενοι*.

Pag. 45. 17. *Οἰκοδομῆσαι*] Sequuntur in edito, *ἀπὸ δὲ τοῦ κλίματος τοῦ πρὸς Εὐρώπην εἰς Ασίαν κεκλικότος, ἐπωνομάσθησαν πάντες κατὰ τὴν χρόνου ἐπίκλησιν Σκύθαι*. Deinde, *πτίζουσι δὲ*, etc.

Pag. 45. 19. *Ανομίας*] Edit. *ἀνοίας*.

Ibid. *Απὸ μιᾶς*] Vide Petavium ad hunc locum pag. 6.

Ibid. *Γνώμας*] Edit. *γλώσσας*. Vide eundem Petavium.

Pag. 45. 21. *Εὑρεθέντων*] *εὑρεθέντα*.

Pag. 46. 3. *Δέον δὲ μνημονεῦσαι*] De hac terrarum et orbis partium inter filios Noe divisione agunt passim Annales sacri, qui in plerisque invicem minime consentiunt. Aliter enim iis eorumque posteris populos ac regiones attribuunt Josephus lib. I. Antiq. Judaïc. cap. VIII. Africanus, seu quivis alius apud Georg. Syncell. pag. 45. ex quo descripsit Scaliger quae Eusebii Graecis inseruit, Auctor Chronici de Divisioni-

Digitized by Google

bus gentium, quod Hippolyto adscribendum duximus, Hieronymus in Traditionibus Hebraïcis, Arnobius in Psal. CIV. Farrago Alexandrina Scaligeriana, quam Chronici Alexandrini
V 397 nomine cum Cujacio donamus, Epiphanius in Ancorato n. CXV. et Haeresi LXVI. n. XLIII. Cedrenus pag. 12. et Chronica MSS. Georgii Hamartoli et Symeonis Logothetae: quibus addenda Ecloge Historiarum MS. hoc titulo, *Ἐκλογὴ ἱστοριῶν ἀπὸ τῆς Μωσέως βίβλου καὶ τῶν ἔξω ἱστοριογραφησάντων ἐπισήμων ἀνδρῶν, καὶ τῆς θείας γραφῆς, τόμος διερχομένη μέχρι τῆς Ἀναστασίου βασιλείας.* At in Cod. Reg. II. MCDXXXI. desinit duntaxat in tempora Abraami. Neque porro dubium est quin ex iis quidam ab aliquo primaevo fonte sua hauserint, ut Auctor Chronici Paschalis, qui ex Epiphanio quae hoc loco inseruit se descripsisse testatur, nonnullis, ut idem profitetur, ex aliis Scriptoribus subinde mutuatis, ex Hippolyto forte et Chronico isto Alexandrino, quibus in multis concinit, ita ut hosce vidisse Scriptores pro certo haberi debeat. In iis autem scrupulosius exponendis immorari debere haud censuimus, tum quod res pridem acta vel tentata ab Annalium Ecclesiasticorum Conditoribus, Torniello in primis, Saliano et aliis Chronologis, sacraeque Scripturae recentioribus Interpretibus, et quod Goarus ad Syncellum divisionem hanc, quam habet Chronicon Paschale, cum ea quae apud eundem Syncellum legitur contulerit: praesertim etiam quod, ut ait Augustinus lib. XVI. de Civitate Dei cap. XI. illarum gentium, quarum apud hosce Scriptores mentio fit, vocabula, si quaedam hodie maneant, ut appareat unde fuerint derivata, complura alia
P 491 temporis vetustate sic mutata sint, ut vix homines doctissimi antiquissimas historias perscrutantes, nec omnium, sed aliquarum ex istis origines gentium potuerint reperire. Quapropter variantes quasdam, ubi occurrent, lectiones duntaxat indicabimus, ut et Scriptores a quibus istius partitionis loci sunt illustrati, ut ex iis lucem lector queat haurire. Omnes enim persequi, et notis onerare, res operosa nimium foret, ac fortasse supervacanea, cum tota fere in conjecturis et divinationibus consistat.

Pag. 46. 6. *Εως Γαδαρινῶν*] Ecloge MS. *ἀπὸ Μηδείας ἕως Γαδείρων.*

Pag. 46. 10. *Γάμερ ἐξ οὗ Κελταῖοι*] Auctor Ecloges, *ἀπὸ μὲν τοῦ Γάμερ, Γαμαρεῖς, οἱ νῦν Γαλάται.* Ita *Gamer* Hippolyto et Eusebio, qui Syncello et aliis *Gomer. Κελταῖοι* autem iidem qui *Κέλται*, Galli. Vide Salianum an. MDCCCCLXXI. et Zonarae Annales lib. I. n. V. Porro filiis Gomer diversas omnino gentes tribuit idem Hippolytus.

Pag. 46. 11. *Μαγὼγ*] Bochartus in Phalec, seu Geographia sacra, lib. III. cap. XIII.

Digitized by Google

Pag. 46. 14. *Μαδαΐ*] Auctor Eclog. *ἀπὸ Μάδω, Μῆδοι· ἐκ δὲ Ἰωνος, Ἰωνες, καὶ οἱ λοιποὶ Ἕλληνες.* Vide Salianum anno laudato n. XXIV.

Pag. 46. 15. *Ἰωυὰ*] Syncell. *Ἰωυάν.* Idem Salianus n. XXV.

Ibid. Τυράννιοι] Hippolyt. *Hiberi qui et Tyrreni.*

Pag. 46. 16. *Ἐλισσὰ*] Idem Salian. n. XXVI. in Schol.

Pag. 46. 17. *Μακουακοὶ*] Macua urbem Aethiopiae habet Plinius.

Ibid. Θόβελ] Ecloge MS. *ἐκ δὲ τοῦ Θόβελ, Θοβηλοὶ, οἱ νῦν Ἰβηρες· ἀπὸ δὲ Μελχῶ, Μελχηνοὶ, διὸ καὶ Μάζακα ἡ παρ' αὐτοῖς μητρόπολις· ἀπὸ δὲ Θήρα Θράκες, ἀπὸ δὲ Θάῤῥου Θάρσεις, οἱ νῦν Κίλικες, ἀφ' οὗ καὶ Τάρσος καὶ ἡ παρὰ Κίλιξι ἀξιολογοτάτη γενομένη τῆς δὲ τῆς δηλωθείσης διανεμήσεως.* Vide Salianum n. XXVI.

Pag. 46. 18. *Μόσοχ*] Idem Salian. n. XXVII. et in Scholiis, ubi ille Getulos absurde in Chronico a Mosocho ortos ait, cum Africa, inquit, filiis Japheti tributa sit.

Pag. 46. 19. *Θηρὰς*] Idem Salian. n. XXX. Post Theras, qui octavus filius Japhet fuit, sequitur apud Syncellum, *Χετταλείμ, ἐξ οὗ Μακεδόνες.* Post quem haec scribuntur: *οἱ υἱοὶ Γάμερ τοῦ υἱοῦ Ἰαφέθ. Ἀσχανὰς, Ριφὰθ*, et *Θόργαμα.* Deinde, *οἱ υἱοὶ Ἰωυὰν, Ἐλισσα, Θαρσεῖς, Κίτιοι*, et *Ῥόδιοι*, seu ut praefert Chronicon MS. Symeonis Logothetae, *Κίτιος* et *Ῥούδιος*, a quibus ortas alias ac diversas gentes scribit idem Africanus, et ex eo alii. Proinde in hisce nominibus appellativis non omnino invicem conveniunt.

Pag. 47. 1. *Μάζικες*] De quibus Ammianus.

Pag. 47. 2. *Ταράμαντες*] Sic etiam Cod. Vatic. Forte *Γαράμαντες*, inquit Raderus: Sauromatas ex Eusebio mavult Salianus. V 398

Pag. 47. 3. *Θοσμαγὰρ*] Cod. Vatic. *Θόργαρμα. Θορμαγὰς*, aliis. Idem Salian. n. XXXII. in Schol.

Ibid. Βοράδες] Vide Bochartum in Phalec lib. III. cap. XI. initio.

Pag. 47. 8. *Σαιτῶν*] *Saitas* Susianae populos memorat Plinius. Sed aliter hanc periochen effert Hippolytus MS. *Sunt autem ex ipsis etiam gentes quae sunt in Etiada* (Ellada) *praeter eos qui postmodum advenerunt ibi, Reges qui habitaverunt civitatem, quae apud Graecos honoratur, Athenas, et Thebeorum, quoniam Sidoniorum sunt inhabitatores, et quicunque sunt alii similiter posthaec apud Halladam transmigraverunt*, etc.

Pag. 47. 13. *Εἰσὶν δὲ τὰ τοῦ Ἰαφὲτ*] Vide Anonym. Ravennat. lib. IV. sect. I.

Pag. 47. 15. *Οὐεννοὶ*] Ita Syncellus, ubi *Οὔννους* ad

Digitized by Google

marginem reposuit Goarus: *Οὐενοσοὶ*, Logothetae, *Οὐερνοὶ*, Cedreno.

Pag. 47. 15. *Λαννεῖς*] Ita Syncell. et Cedren. *Λανεῖς*, Logotheta.

Ibid. *Κορζηνοὶ*] *Corsini*, in Chron. Alexandr.

Pag. 47. 16. *Ιππικοὶ*] Cod. Vatic. *Ιππηκοί*. *Οππικοὶ*, Syncello et in Chron. Alexandr. Vide Stephanum in *Οπικοί*.

Ibid. *Χάλυκες*] *Χάλυβες*, Syncellus et Logotheta.

Pag. 47. 17. *Ταύριοι*] Qui Epiphanio, Syncello, et Logothetae *Ταῦροι*.

Ibid. *Βάσαντες*] Ita Syncell. et Cedren. *Basantii*, in Chron. Alexandr. Epiphan. *Βενεαγηνοί*.

Pag. 47. 18. *Γαγηνοὶ*] Syncell. Logoth. Cedren. *Γαργηνοὶ*, vel *Γαργανοί*.

Pag. 47. 19. *Αμαξωνεῖς*] *Αμαζωνεῖς* in Cod. Vatic. *Αμάζονες*, Epiphan.

Ibid. *Αηγηστανοὶ*] Chron. Alexandr. *Ligistini*. Epiphan. *Λιβυστικοί*.

Ibid. *Αηνναγηνοὶ*] *Λενναγηνοὶ*, Cod. Vatican. *Λενναγινοὶ*, Syncellus, Logoth. *Dernaci*. Chron. Alexandrinum.

Ibid. *Ακύτινοι*] Epiphan. Syncell. Cedr. *Ακουϊτανοί*.

Ibid. *Μαριανδηνοὶ*] Epiphan. *Μαριανδυνοί*.

Pag. 47. 20. *Κυρτιανοὶ*] Epiphan. *Καρτανοί*. Syncell. Logotheta et Cedren. *Κυρτανοί*. Chron. Alexandr. *Cyrtanii*.

Pag. 48. 2. *Ιστροὶ*] *Ιστριοὶ*, Syncello et aliis.

Ibid. *Λυσιτάνιοι*] Epiphan. *Λυσιτανοὶ*, Cod. Vatic. *Λισιτάνιοι*.

Ibid. *Εὐρέοι*] Ita Symeon Logotheta: Epiphan. *Αὐρέοι*. At Cedrenus hoc loco habet, *Οὐακκαῖοι*, *Vaccaei*.

P 492 *Ibid.* *Βερττανοὶ*] Epiphan. *Βριτανικοί*.

Ibid. *Κῶλοι*] Ita Logotheta, et Chron. Alexandrinum: *Κολλοὶ*, Syncellus et Cedrenus. *Κολκοὶ*, legendum censent Raderus et Goarus.

Pag. 48. 3. *Οἱ δὲ ἐπιστάμενοι*, etc.] Haec ita effert Syncellus: *οἱ δὲ ἐξ αὐτῶν εἰδόντες γράμματα*. Hippolytus, *Qui autem eorum sunt literati*.

Pag. 48. 4. *Ιβηρες*] Cod. Vatic. *Ιβιρες*.

Ibid. *Ταβαρηνοὶ*] *Tabarini*, Chron. Alexandrinum: *Τεβαρηνοὶ*, Epiphanius: *Ταβιηνοὶ*, Cedr.

Pag. 48. 5. *Σκύθες*] *Σκύθαι*, Syncell. Logoth. Cedr.

Ibid. *Βασταρινοὶ*] *Bastarnae*, qui in Chronico Alexandrino *Bastarni* dicuntur.

Pag. 48. 8. *Ποταμίδος*] *Ταναΐδος*, hoc loco habet Syncellus. Hippolytus: *Sunt autem fines eorum ad Borram usque Gadiran, a Potameda fluvio usque Mastusadilion*. In Ecloge MS. *Λιβύη ἡ ἀπὸ Ποτάμεως παρεκτείνουσα μέχρις ἄκρας Σύρτεως*. Sic porro Re-

Digitized by Google

giones Japhet recenset idem Auctor Ecloges: *Μηδία, Αλβανία, Αμαζονὶς, Αρμενία τε μικρὰ καὶ μεγάλη, Καππαδοκία, Παφλαγονία, Γαλατία, Κολχὶς, Βοσπόρη, Μαιῶτις, Λερβὶς, Σαρματὶς, Ταυριανὶς, Βασταρνὶς, Σκυθία, Θράκη, Μακεδονία, Δαλματία, Μολοσσὶς, Θεσσαλία, Λοκρὶς, Βοιωτία, Αἰτωλία, Αττικὴ, Αχαΐα, Πελλήνη, ἡ καλουμένη Πελοπόννησος, Αρκαδία, Ηπειρῶτις, Ιλλυρὶς, Λυχνίτις, Αδριακὴ, ἀφ' ἧς τὸ πέλαγος τὸ Αδραϊκόν.* Sic etiam Georgius Monachus in Chron. MS.

Pag. 48. 9. *Μαστουσία*] Ita Syncell. Logoth. Cedren. Vide Ortel. in *Matusium.*

Ibid. Καθ' Ηλιον] Sic legunt Syncellus, Logoth. et Chron. Alexandrinum. Ex quibus emendandus Cedrenus, apud quem perperam legitur, *κατὰ Ιλιον*, tametsi ita videatur legisse Hippolytus, *Mastusadilion*, pro *Mastusa ad Ilion.*

Pag. 48. 10. *Αδριάβη*] Emendavimus *Αδριακὴ*, ut habent Cod. Vatic. Hippolytus, Syncellus, Auctor Ecloges, et V 399
Logoth. *Adria*, Chron. Alexand.

Pag. 48. 11. *Αδριατικὸν*] Cod. Vatic. *Αδριακόν.*

Pag. 48. 12. *Θουσκηνη*] Ita Logotheta: Syncell. *Θουσκινὴ*, *Thuscia.*

Pag. 48. 13. *Κολχὶς*] Cod. Vatic. *Κολχοί.*

Pag. 48. 14. *Σπανογαλλία*] *Celtiberia.* Anonymus Ravennas seu Langobardus in Geographia nuper edita, *Spanovasconiae* non semel meminit.

Ibid. Βοσπορινοὶ, Μαιῶτις] Haec nomina depravata leguntur apud Hippolytum: *Bosphorma, Mediaerris.*

Pag. 48. 15. *Ταυριαννὶς*] Hippol. *Tauriana.*

Pag. 48. 17. *Καὶ Βοιωτὶς*] Desunt in Cod. Vatic.

Pag. 48. 18. *Αχαρνία*] Ita Hippolytus, Syncellus et Logotheta: sed leg. *Αχαρναία*, ut est apud Cedrenum.

Pag. 49. 1. *Κύφηρα*] *Κύθηρα*, Auctor Ecloges: *Κύθειρα* Hippolytus, Syncellus, Logotheta, et Cedrenus legunt.

Pag. 49. 2. *Κόρουρα*] *Κέρκυρα* legit Auctor Ecloges: *Κόρκυρα* Hippolytus et Chronicon Alexandrinum. Hanc alii omittunt.

Pag. 49. 6. *Χὰμ δὲ*, etc.] Haec perioche abest ab Epiphanio, qui rursum incipit ab his vocibus, *υἱοὶ Χὰμ*, etc. ubi tamen quaedam alia Scriptor Chronici intermiscet. Ecloge MS. *ἕως Γαδείρων τὰ πρὸς νότον.*

Pag. 49. 9. *Φυλαὶ λα'*] XXXII. habent Eusebius et Epiphanius.

Pag. 49. 10. *Ἐξ οὗ Αἰθίοπες*] Zonaras: *ἐκ μὲν Χοῦς Κουσαῖοι· Αἰθίοπες οὗτοί εἰσι.*

Pag. 49. 11. *Οὗτος ὁ Μεσραΐμ*] De quo Cotelerius ad lib. IV. Recognit. cap. XXVII. Zonarae *Μεσρεὶν* dicitur.

Digitized by Google

Pag. 49. 16. *Διακονοίας*] Cod. Vatic. *ἐγένετο κακῆς διακονίας.* Videtur legendum *διανοίας*, vel *διχονοίας.*

Pag. 49. 17. *Ον καὶ Ζωροάστρην*] De quo consulendi Petrus Daniel Huetius V. C. in praeparat. Evangel. Propos. IV. cap. V. Cotelerius loco laudato, et Croius ad Origen. p. 30. ut alios praeteream.

Ibid. Τοῦτον ἠνίξατο] Lib. IV. Recogn. S. Clement. n. XIII. initio.

Pag. 49. 21. *Ἐξ οὗ Ἀφροι*, etc.] Hactenus in tribus aliis filiis Cham Africano et caeteris consensit Chronicon: in Chanaam vero dissentit, a quo Chananaeos ii deducunt, quibusque Symeon Logotheta in Chron. MS. aptat locum Procopii lib. II. Vandalic. cap. X. ubi de Maurusiorum gente agit.

Pag. 50. 3. *Σάβα*] Alii *Σαβάτ*, *ἐξ οὗ Σαβάτ*, vel *Σάβα. Sabadii*, apud Euseb. ubi haec addit: *ab ista terra Regina venit audire sapientiam Salomonis.* Unde pro *Ιταβηνοὶ*, legendum forte hoc Chronici loco *Σαβατηνοὶ*· nisi quis malit *Σαβῖνοι*, quos caeteri *Sabatha* adscribunt, ut Ichtyophagos *Rhegma.* Qui vero ex *Sabacata* populi prodierint, ii silent. Vide Salianum anno laudato n. LII.

Pag. 50. 9. *Μαρμαρίδες*] Alii *Μαρμαρῖται.*

Pag. 50. 10. *Λαδὰν*] Alii *Ιουδαδὰν*, *ἐξ οὗ Φοίνικες.*

Pag. 50. 11. *Καὶ Νεβρωὸδ*] Nescio cur is filiis Rhegma accenseatur apud Syncellum, Cedrenum, hicque in Chronico,
P 493 cum statim ex Genesi filius Chus dicatur, quomodo recte habetur apud Symeonem Logothetam, et in Chronico Alexandrino, ubi duo duntaxat filii Rhegma dicuntur Saba et Judadad.

Pag. 50. 17. *Εἰς τὰ Κλημέντια*] Hic porro colligit eruditus Cotelerius ex istis ab Auctore ex Clementinis, tum etiam ex aliis a Damasceno et Maximo laudatis, hosce libros fuisse interpolatos.

Pag. 50. 18. *Φησὶ γὰρ Πέτρος*] Lib. I. Recognit. Clem. n. XXX. et lib. IV. n. XXIX.

Pag. 50. 20. *Εἰς Νίνον*] Ita rursum infra, pro *Νινευί.* Euseb. *Ninus condidit civitatem Ninum in regione Assyriorum, quam Hebraei vocant Niniven.* Apud Josephum, Assur, a quo Assyrii, condidisse urbem *Νίνον* dicitur.

V 400 *Pag.* 50. 21. *Πρὸς τὸ*] Censet idem Cotelerius has voces positas pro *πρὸς τοῦτο*, quae locutionis ratio crebrius occurrit apud Graecos recentiores, ita ut *ex eo*, de nomine Babylonis regionis, urbi Babylonis nomen is imposuerit.

Pag. 51. 1. *Σέβειν τὸ πῦρ*] De igne Zoroastreo, passim Scriptores, quorum locos collegere alii, atque in primis Brissonius de Regno Persar. et idem Cotelerius ad Recogn. Clement. pag. 376.

Digitized by Google

Pag. 51. 6. *Ἐξ οὗ Λυδοὶ*] Gentes et nationes ex filiis Mesraim ortae desunt apud Syncellum, Logothetam et Cedrenum, apud quos apponitur nota defectus: sed habentur tum in hoc Chronico, tum in Alexandrino, et apud Hippolytum.

Pag. 51. 7. *Λἰνεμετιελμ*] Hippolyt. *Enemim:* Syncell. et Logoth. *Νεμετιελμ·* Cedren. *Νεμεστιελμ.* In his vero Mesraim recensendis filiis peccat non semel Auctor Chronici Alexandrini. Vide Salian. an. laudato n. LXVI.

Pag. 51. 9. *Φρύγες*] Cod. Vatic. *Φρύγαις.*

Pag. 51. 10. *Κρίταις*] Epiphan. *Κρῆτες.*

Pag. 51. 11. *Χασλωνιελμ*] Salian. anno laudato n. LXVII.

Pag. 51. 13. *Χαφθοριελμ*] Syncell. et Cedren. *Χαφθονιελμ·* Logotheta *Χαφθιριελμ.*

Ibid. Κήλικες] Leg. *Κίλικες· Cilicii*, in Chronico Alexandrino.

Pag. 51. 17. *Χετταῖον*] Supplendi Syncellus et Cedrenus ex Chronico Paschali, *ἐξ οὗ Λάρδανοι.* Sed perperam uterque habet *Χαττᾶον·* in reliquis filiis Chanaam, quoad gentes, cum eodem Chronico ii non consentiunt.

Pag. 52. 1. *Ἀρουκαῖον*] Ita caeteri: Hippolytus *Araceum:* solus Cedrenus *Ἀρυῖκον*, ut infra, *Ἀραδον* pro *Ἀράδιον* habet: quo loco Symeon Logotheta perperam legit, *Ἀράβιος, ἐξ οὗ Ἀράβιοι.* Vide Salian. anno laudato n. LXXX.

Pag. 52. 2. *Ἀσενναῖον*] Idem Salian. n. LXXIX.

Pag. 52. 8. *Ρωμαῖοι, οἱ καὶ Κιτιαῖοι*] *Citiaei* dicti *ἐξ Κίτιος* filio Jovan. Vide Suidam in *Λατῖνοι.*

Pag. 52. 5. *Ἀβαθη*] Syncellus et alii *Ἀμαθεῖς·* Hippolytus *Amathi.*

Pag. 52. 9. *Τὰ μὲν ὅρια τῶν υἱῶν τοῦ Χὰμ*] Vide Anonymum Ravennatem lib. III. sect. XII.

Pag. 52. 13. *Καὶ ἑτέρα Αἰθιοπία*] Utramque hanc Aethiopiam sic indicat Georgius Monach. in Chron. MS. *Αἰθιοπία ἡ βλέπουσα κατὰ Ἰνδούς· ἑτέρα Αἰθιοπία ὅθεν ἐκπορεύεται ὁ ποταμὸς τῶν Αἰθιόπων.* Sed de duplici Aethiopia consulendus Petavius ad Epiphanium pag. 371. praeterea Anonymus Ravennas, qui plures Aethiopias recenset.

Pag. 52. 14. *Καὶ Γήων*] Addit Auctor Ecloges: *Ἐρυθρὰ ἡ βλέπουσα κατὰ ἀνατολὰς, Θηβαῖς, Λιβύη ἡ παρεκτείνουσα μέχρι Κυρήνης, Μαρμαρὶς, Σύρτις, Λιβύη ἡ ἀπὸ Ποταμέως, παρεκτείνουσα μέχρις ἄκρας Σύρτεως, Νομηδία, Μασσουρὶς, Σύρτις, Λιβύη, Μαυριτανία παρεκτείνουσα μέχρις Ἡρακλεωτικῶν στηλῶν κατέναντι Γαδείρων.*

Pag. 52. 15. *Κορκυρίνης*] Leg. ut in Ecloge, et apud Logoth. *Κυρίνης.* Atque ita emendavimus.

Pag. 52. 16. [*Νασσαμῶνας, Μάκους*] Syncellus et Cedre-

Digitized by Google

nus, *Μασαμῶνας καὶ Μάκωνας*. Symeon Logotheta *Μάκας*. *Macos*, populos circa Araxosiam memorat Plinius.

Pag. 52. 18. *Γαδείων*] Syncell. et alii, *Γαδείρων*.

Pag. 52. 20. *Λυγδονίαν*] *Λυκαονίαν* legunt Auctor Ecloges, Syncellus, et alii.

Pag. 53. 1. *Καμιλίαν*] *Καμηλίαν* Cod. Vatic. *Καββαλίαν* Syncellus: *Καβαλίαν* Cedrenus: *Καμβαλίαν* Logotheta: *Καμαλίαν* Georgius Monachus, Hamartolus, Auctor Ecloges, et Logotheta.

Pag. 53. 2. *Φρυγίαν*] *Τὴν ἀρχαίαν Φρυγίαν*, *Αἰωλίδα*, Auctor Eclog. et Logoth.

Pag. 53. 3. *Κορσύρα*] *Κόρσουλαν* legunt Syncellus, Auctor Chronici Alexandrini, Logotheta et Cedrenus, qui tres *ἐπισήμους* insulas hoc loco praemittunt, Sardum, Cretam et Cyprum: reliquas *ἐπικοίνους*, seu ut praefert Logotheta, *ἐπικοι-*
V 401 *νοῦ*, vel ut Cedrenus, *ἐπικοινοῖ*, inter quas primum locum obtinet *Corsula*. Infra autem communes fuisse Chamo et Japheto dicuntur. Vide praeterea Anonymum Ravennatem lib. 5. sect. XXXII.

Ibid. Ταυριαννὶς] Chron. Alex. *Taurana*. Hippol. *Tauriana*. An Tauriana, de qua Strabo lib. VI.

Pag. 53. 4. *Χῶος*] *Χῖος* Cod. Vatican. Apud Epiphanium haec vox male jungitur sequenti, *Κορκουλαπάδουσα*. Chronic. Alexandr. *Corsula*, *Lampadusa*.

Pag. 53. 5. *Γαῦσος*] *Γαῦδος* Codex Vaticanus, Syncellus et alii: *Gaulus* Hippolyt. *Gaulu* in Chron. Alexandrino. Vide Ortel. in *Gaulos*.

Ibid. Γόρσκυα] *Γορτύνα* Epiphan. *Κορσύρα* Syncellus: *Γορσύνα* Cod. Vatic. Hippolytus, Logotheta, Cedrenus et Chron. Alexandrinum.

P 494 *Ibid. Νίσυρος*] *Νίσουρος* Epiphanius: *Νήσσουρος* Syncellus: *Νήσουρος* Cod. MS. Cedreni: *Νίουρις*, Editus, *Niura*, Chron. Alexandrinum.

Pag. 53. 6. *Μεγίστη*] Ita Hippolytus et Epiphanius. Lycias insula Ptolemaeo et Stephano nota.

Ibid. Κερκίνα] Epiphan. *Κέρκυρα*. Vide Not. ad pag. 33. c.

Ibid. Γαυλορήτη] *Γαυλαρίδης*, Syncellus, Logotheta et Cedrenus: *Gauloroda* Chronicon Alexandrinum. *Γαῦλος Ῥήδη* Epiphan. distinctis vocibus Hippolyt. *Cretae*, *Gaulus*. Anonymus Ravennas, *Gaulometin*, forte pro *Gauloretin*, inter insulas Lampadusae vicinas pariter recenset lib. V. sect. XXIII.

Pag. 53. 7. *Μήνιξ*] *Μήνη* Epiphanius: *Μίνη* Syncellus, Logotheta et Cedrenus: *Minus* Chronicon Alexandr. *Menis* Hippolytus. Victor in Epit. *In insula Meninge, quae nunc Girba dicitur.*

Digitized by Google

Pag. 53. 7. *Ιασσος*] *Θάσσος* Syncellus et Logotheta: *Θάσος* Cedrenus: *Jasa* Chron. Alexandr. *Ιάσος* Epiphan.

Ibid. Σαρδανὶς] Epiphan. *Σαρδάνη*, eadem insula quae mox *Σαρδανία* dicitur, *Sardinia*.

Pag. 53. 12. *Ποταμὸν*] Sic emendavimus ex Cedreno, cum *ποταμὸς* editum esset: *ποταμὸν δὲ διορίζοντα τὸν Νεῖλον, ὃς καὶ Γεὼν καὶ Χρυσορρόας λέγεται.* Ita etiam Chron. Alexandrinum.

Pag. 53. 17. *Επιφάνιος*] In Ancorato n. CXIV.

Pag. 53. 18. *Εως Ινδικῆς*] Addit Chron. Reg *καὶ Ρινοκορούρων.*

Pag. 53. 19. *Κεῖται δὲ αὐτὴ ἡ Ρινοκούρουρα*] Epiphan. *ἡ Ρινοκουρούρων*· atque sic emendavimus.

Pag. 54. 1. *Φυλαὶ κζ'*] Euseb. Logoth. etc. *κε'*.

Pag. 54. 2. *Αἰλὰμ*] Euseb. et Cedren. *Αλὰμ*· Syncell. Logoth. *Ελάμ*.

Ibid. Ελαμῖται] Syncell. et Cedren. *Ελυμαῖοι*· Logoth. *Ελαμένοι*.

Pag. 54. 4. *Αρφαξὰδ*] *Αρφασὰδ*, Cod. Vatican. Salian. anno laudato n. XCIII.

Pag. 54. 5. *Εξ οὗ οἱ Μαζῶνες*, etc.] Alii *ἀφ' οὗ Λυδοί*. Chron. Alexandr. *Elyaonii*.

Pag. 54. 6. *Οἱ Εκταὶ*] Cod. Vatic. *οἱ Αἴκται*. Quoad gentes variant omnino Scriptores in filiis Aram et Arphaxad. Epiphanius hic legit *Ενόται*, ubi Petavius monet in Cod. Reg. haberi *ἔνται*. Hippolyt. *unde Ethes*.

Pag. 54. 8. *Καϊνὰν*] Salian. anno laudato n. XCVII.

Pag. 54. 10. *Μαδιναῖοι*] Epiphan. *Μαδιηναῖοι*.

Pag. 54. 12. *Γαρφηνοὶ*] Cod. Vatic. Epiphan. Syncell. Logoth. Cedren. *Γεσφηνοί*. *Gosphinii* in Chron. Alexandr.

Pag. 54. 13. *Αλασσηνοὶ*] Epiphan. *Ελαμασηνοί*.

Pag. 54. 17. *Εβερ*] Salian. anno laudato n. XCIX.

Pag. 54. 18. *Φαλὲγ*] Idem Salianus n. C.

Ibid. Προπάτορος] Abest a Cod. Vatic. Sed in margine scriptum est, *προπάτωρ Αβραάμ*.

Pag. 55. 2. *Σαρμωθ*] Hippolyt. *Asarmet, de quo Arabes prioret.*

Pag. 55. 3. *Κάμπλιοι*] Epiphan. *Καμήλιοι*, li forte qui infra *Καμηλίται*.

Pag. 55. 4. *Αρρίανοι*] Epiphan. *Αριανοί*. Chron. Alexandr. *Arrianii*. Hippolyt. *Derra, de quo Mardi, et Esri, de quo Arriani.*

Pag. 55. 8. *Σαβαὶ*] Leg. *Σαβὰτ*, ut apud caeteros. *Sabal* legit Chron. Alexandr. Hippolytus, *Sabat, unde Arabi primi.*

Pag. 55. 9. *Οφειρ*] Cod. Vatic. *Ουφειρ*· Syncell. et Cedren. *Ουείρ*· Logoth. *Ουὰρ*· Chron. Alexandr. *Huir*: Hippolyt. *Ufir*. Vide Salian. an. MMCCCCXXII. n. VI.

Digitized by Google

V 402 *Pag.* 55. 10. *Οὗτοι πάντες*] Ita etiam Syncellus, Cedrenus, et alii periochen hanc efferunt.

Pag. 274. 14. *Λέον ἐν συντόμῳ*] Quae deinceps Paschali suo de Prophetis Scriptor inseruit, quo Christi *οἰκονομίαν*, seu *dispensationem*, ab iis praedictam fuisse ostenderet, desumpta sunt ex Dorotheo, auctore dubiae prorsus fidei, ut animadverterunt pridem Baronius, Possevinus, Huetius, Binius, et alii viri eruditi, cujus Graeca hactenus desiderabantur: quae, nec-
V 415 dum tamen omnia, ex hocce Paschali possunt suppleri, cum Latina duntaxat versio, quam Musculi esse aiunt, in Bibliotheca Patrum habeatur to. VII. edit. an. MDCXLIV. Priorem enim Dorothei non vidi. Quis autem hic Dorotheus Martyr, et qua aetate vixerit, docet prologus ad illius Tractatum de LXX. Apostolis: ex quo docemur, si Scriptori fides danda, in Graecis ac Latinis literis apprime fuisse versatum, et post mortem Diocletiani et Licinii Tyri factum Episcopum, ad Juliani Parabatae tempora vitam produxisse, tandemque, cum subinde illius persecutionem defugeret, in urbe Odysso ab illius ministris comprehensum, variisque tormentis vexatum, in ipsis suppliciis vitam exuisse annos natum CVII. Ita alius fuerit (si quidem is unquam extitit) a Dorotheo, qui in urbe Nicomediensi martyrium obiit sub ipso Diocletiano, ut est in Chronico Paschali anno XIX. ejusdem Augusti, atque adeo a

Digitized by Google

Dorotheo alio, quem Auctor Chronici, quod Alexandrinum dicimus, ut et Theophanes et Georgius Alexandrise martyrium sub Gratiano subiisse scribunt VII. Id. Octobr. ferarum escae traditum sub Tatiano Augustali, cui favebant haeretici. Latina autem lingua cum Romae versaretur scripsisse Dorotheum, ejusque scripta in Graecam deinde traducta colligimus ex iis quae post illius Tractatum de Apostolis habentur, siquidem is revera scripserit: nam haec ab Graeco interprete prorsus conficta constat. Atque illius quidem futilis satis licet operis pars illa, in qua, quae Prophetarum natales et vitam praesertim spectant, referuntur, sub nomine Epiphanii Episcopi Cypri prodiit, iisdem verbis Dorothei descripta, vel certe paucis admodum interpolatis: adeo ut mirari subeat cur Epiphanio adscribatur, quod alteri Scriptori subinde ab aliis tribuitur. Sic P 505
veteres spuria sua non modo venditabant, sed quo fidem iis aliquam accommodarent, praeclara ipsis indebant nomina, ut hisce opusculis, Dorothei scilicet Martyris et Episcopi, seu Presbyteri Tyri, et Epiphanii Cypri Episcopi, cum neutrius ea sint. Posterioris, Epiphanii scilicet, opus describitur in Cod. Reg. II. MDCCCCLI. fol. 228. scripto anno MCCXCI. et ex Cod. veteris Romae scripto anno DCCLIX. ut in eo annotatur, desumpto: unde colligere saltem liceat, ut et pariter ex hoc Paschali in XX. Heraclii annum desinente, haud esse nuperos hosce qualescunque Scriptores, quod quidam volunt, siquidem ante annum DCC. ii vixerint. Et certe Graecus Interpres Dorothei testatur, seu fingit, ea quae de Prophetis et Apostolis scripsit, ex ejusdem Dorothei Latinis Commentariis hausisse ac descripsisse eo anno quo Joannes Papa Constantinopoli versabatur, Philoxeno et Probo Coss. proinde Justino seniore imperante. Operis autem Epiphanii in Cod. Regio lemma ita concipitur: *Τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου Ἐπισκόπου Κύπρου περὶ τῶν Προφητῶν, πῶς ἐκοιμήθησαν, καὶ ποῦ κεῖνται.* Quem quidem tractatum excipit alter ejusdem Epiphanii de Apostolis, de quo agemus infra. Duplex autem Epiphanii istius de Prophetis editio prodiit: prima, Albani Torini an. MDXXIX. altera, Joachimi Zehneri an. MDCXII. qui et priorem recensuit, et Scriptorem fusioribus Commentariis illustravit. Quod in causa fuit cur ei elucidando immorari debere minime censuerim: cum praeterea vir singularis omnino eruditionis Petrus Daniel Huetius, Suessonensis Episcopus designatus, seu *vocatus*, ut Episcopi electi olim sese vocitabant, idce argumenti solide persecutus sit in Demonstratione Evangelica, ubi XII. Prophetarum de Christi dispensatione praedictiones accurate collegit, ac *ὑποβολιμαίων* Dorothei et Epiphanii scripta, maxime de eorum patria examinat. Proinde satis esse censuimus, si quae ex his Auctoribus in hocce Paschali excerpta leguntur, cum

Digitized by Google

ea quae habetur Dorothei latina versione, et cum Epiphanio Codicis Regii, ac Chronico MS. Symeonis Logothetae, in quo eadem fere habentur quae apud Epiphanium, conferrentur. Tertia denique editio tandem prodiit anno MDCXXII. cum operibus ejusdem Epiphanii, Interprete Dionysio Petavio. Cui quidem Epiphanio ascribitur praeterea Tractatus alius hoc ti-
V 416 tulo in Codice Regio II. MDCCCX. *Περὶ τῶν δεκαὲξ Προφητῶν, πόθεν ἦσαν, καὶ ποῦ ἐτελειώθησαν*, qui in Codice II. MCDXXXI. nullum auctoris nomen praefert: quem quidem tractatum cum noster Scriptor interdum exscribat, ex eo subinde illum emendamus. De Dorotheo vero isto fictitio agemus rursum infra ad pag. 212.

Pag. 275. 11. *Ὡς μετὰ διακονιῶν*] Leg. *ὁ*, uti edidimus. Haec porro sic vertit Interpres Dorothei: *qui cum mediocritati servierit, cum Angelis conversatur.*

Pag. 275. 12. *Ἀμιλλώμενος*] Sic reposuimus, cum editum esset *ἀμιλλώμενα.*

Pag. 276. 13. *Βελεμὼν*] Epiphan. edit. et MS. *Βελεμώθ.* Vide V. C. Huetium de Demonstrat. Evang. pag. 233.

Pag. 276. 15. *Στερέωσις*] Rob. Stephan. *oneratus*, vel *onerans* interpretatur.

Pag. 277. 6. *Θεκουὲ*] Vide eundem Huetium p. 236.

Ibid. *Συχνῶς*] Logoth. *πυκνῶς.*

Pag. 277. 7. *Ροπάλῳ*] Epiphan. cap. XIII. *ἐν ῥοπάλῳ πλήξας αὐτὸν κατὰ τοῦ κροτάφου.*

Pag. 277. 8. *Μεθ' ἡμέρας δύο*] Haec absunt ab Epiphanio.

Pag. 277. 10. *Στρατηγὸς*] Rob. Stephan. ita hanc vocem interpretatur: *quis sicut Dominus?* aut *paupertas vel humilitas Domini*, aut *percutiens Dominus*, vel *percussio Domini.*

Pag. 278. 3. *Ἀπὸ Μορασθίτης*] Epiphan. MS. *ἐγεννήθη ἐν Μωραθί.* Edit. *Μωραθεί.* Auctor MS. de XVI. Prophetis, *Μιχαίας υἱὸς Ιεραμὼς ὁ Μαραθώνιος.* In alio Cod. *ὁ Μωραθίτης.* Logoth. *ἦν ἀπὸ Μωραθέ.* Vide Huetium p. 242.

Pag. 278. 4. *Ανηρέθη*] Sic reposuimus ex Epiphanio, apud quem in Cod. MS. et edito legitur *ἀναιρεῖται κρημνωθείς.* Logoth. *κρημνῷ ῥιφεὶς ὅτι ἤλεγξεν*, etc.

Pag. 278. 5. *Ασεβείαις*] Addit Epiph. *αὐτοῦ, καὶ τῶν πατέρων αὐτοῦ.*

Pag. 278. 6. *Μόνος*] Epiph. *μονώτατος.*

Ibid. *Εν Ακεὶμ*] Epiph. edit. et Dorotheus, unica voce, *Ενακείμ.* Logoth. *ἐν Μακείμ.* Deest in Cod. Reg.

Pag. 279. 4. *Βεθομορῶν*] Epiphan. edit. *οὗτος ἦν ἐξ ἀγροῦ Βητὼρ, ἐκ τῆς γῆς Ρουβείμ.* Cod. Reg. *ἐξ ἀγροῦ Βηθώμ.* Doroth. *ex Bethomeron.* Auctor MS. de XVI. Prophetis, *ἐξ ἄγρου*

Digitized by Google

Θεβόρ. Cod. al. *ἐξ ἄγρου Θεβορῶν.* Vide eundem Huetium pag. 234.

Pag. 279. 6. *Αβδιὰν*] Leg. *Αβδιοῦ*, ut infra; atque ita edidimus.

Ibid. Δουλεύων, etc.] Hieronym. in Epist. ad Paulinum, *servus Dei.*

Pag. 279. 13. *Συχὲμ*] Ita Epiphan. edit. At MS. *Σιχέμ.*

Ibid. Βιταχαρὰμ] Epiphan. edit. et MS. *Βηθθαχάμαρ.* Logotheta, *Βριθθαχαράν.* Vide Huetium pag. 237.

Pag. 279. 17. *Ἀπολιπὼν λειτουργίαν τοῦ Βασιλέως*] Epiphan. *ἀπολιπὼν τὴν βασιλικὴν αὐτοῦ τάξιν, προσεκολλήθη τῷ Προφήτῃ Ηλίᾳ.*

Pag. 279. 20. *Δέησις Κυρίου*] Rob. Stephan. *Columba*, sive *multiplicans*, sive *depopulans.*

Pag. 280. 6. *Καριαθμαοὺς*] Ita Dorotheus: Epiphanius P 506
et Cod. Reg. *Καριαθμαούμ.* Auctor MS. de XVI. Prophetis, *ἐκ γῆς Καριασθιαμὴμ, πλησίον Ἀζώτου πόλεως κατὰ θάλασσαν.* Cod. al. *Καριαθιαρείμ.* Logoth. *Καριαθμαούθ.* Vide Huetium V. C. p. 239.

Pag. 280. 9. *Σουρ*] Dorotheus, *Assur.*

Pag. 280. 10. *Αφελῶ*] Ita Auctor MS. Epiphan. *ἀφῶμαι τὸν ὀνειδισμόν·* sed emendandus ex aliis.

Pag. 280. 12. *Αχαὰβ*] Epiphanius addit, *Βασιλέα Σαμαρίας.*

Pag. 280. 15. *Ηὐλόγησεν*] Epiphan. et Cod. Reg. *εὐλόγησεν.*

Pag. 280. 16. *Ηθέλησε γὰρ*] Haec ab Scriptore Chronici truncata vix intelligat quispiam, quae clarius his verbis describit Epiphanius: *καὶ γενόμενος ἡλικίας ὁ Ιωνᾶς ἀπεστάλη εἰς Νινευὴ πρὸς τοὺς Ασουρίους, καὶ ἐζήτησεν Ιωνᾶς ἀποδράσαι Κύριον, καὶ κατεποντήθη ὑπὸ κήτους.*

Pag. 280. 20. *Γενεζέου*] Epiphan. *τοῦ Κενεζείου.* Cod. Reg. et Logoth. *τοῦ Κενεζαίου.* Interpres Dorothei: *Sepelivit eam prope montem Libanum: mortuus autem et ipse in Saar, ac sepultus in spelunca Cenezei, qui Judex fuerat unius Tribus.*

Pag. 281. 1. *Ιδωσι*] Ita Epiphan. *Εἴσωσιν*, Cod. Reg.

Pag. 281. 3. *Αφανισθήσεται*] Auctor MS. *ἐδαφισθήσεται.*

Pag. 281. 4. *Παράκλησις*] Hieron. *Consolator orbis.*

Pag. 281. 10. *Ελκέσε*] Epiphan. edit. *Ελκεσεί.* Cod. Reg. *Ελκέσιν.* Dorotheus *Ekesi.* Deinde Epiphan. *πέραν τοῦ Ιορ-* V 417
δάνου εἰς Βηγαβὰρ ἐκ Φυλῆς Συμεών· Ita edit. et MS. Vide Huetium p. 243.

Pag. 281. 11. *Τῇ Νινευῇ*] Epiphan. *ἐπὶ Νινεύι.*

Pag. 281. 13. *Σεισμῷ*] Epiphan. *ἐν σεισμῷ, καὶ πῦρ ἐκ τῆς ἐρήμου ἐπελθὸν πάντα τὰ ὑψηλότερα αὐτῆς ἐνέπρησε μέρη.* Logoth. *ἐν συγκλεισμῷ.*

Digitized by Google

Pag. 281. 17. *Περίληψις*] Hieronym. *Luctator fortis et rigidus.*

Pag. 282. 7. *Βῆθι τοῦ Χὰρ*] Logoth. *Βητουχάρ.* Dorotheus, *Biticuchar.* Epiphan. edit. *Βηθζοχήρ.* Cod. Reg. *Βυζζουχάρ.* Auctor MS. *Βιδζούχαρ.* Cod al. *Βδζουχάρ.* Vide Huetium p. 246.

Pag. 282. 9. *Οτε ἦλθεν*] Rectius Epiphanius, *καὶ ὅτε ἦλθε*, etc. *Εἰς Οστρακίνην.* Logoth. *εἰς Ρότνην.*

Pag. 282. 10. *Καὶ ἦν πάροικος*] Epiphan. edit. et MS. *καὶ ἦν ἐκεῖ πάροικος εἰς γῆν Ισμαήλ.* Logoth. *ἐν γῇ Ισμαήλ.*

Pag. 282. 13. *Ελαβε*] Logoth. *ἔψησε.*

Pag. 282. 15. *Ελεύσομαι*] Epiphan. *ἐπανελεύσομαι.* Mox, *ἐνέγκατε.* Epiphan. *ἀπενέγκατε φαγεῖν τοῖς θερισταῖς.* Ita etiam Logoth.

Pag. 282. 16. *Απέστη*] Epiphan. *παρέστι·* Logotheta, *ἐπιστρέψας ἐπέστη*, atque sic emendavimus.

Pag. 282. 20. *Λαοῦ*] Epiphan. et Logoth. *ναοῦ*, atque ita reposuimus pro *λαοῦ.*

Pag. 282. 21. *Δυτικὸν*] *Δυτικοῦ*, Epiphan. et Logotheta, qui addit, *γενήσεται ἡ πόρθησις τοῦ ναοῦ ἐν Ιερουσαλήμ. Τότε ἄπλωμα τοῦ Δαβεὶρ εἰς μακρὰ ῥαγήσεται, καὶ τὰ ἐπίκρανα τῶν δύο στύλων* (Ita etiam Epiph. pro *στήλων*) *ἀναιρεθήσεται*, etc.

Pag. 283. 2. *Αγγέλου*] Epiphan. *ἀγγέλων.*

Pag. 283. 3. *Εν αὐτοῖς*] Logoth. *ἐν αὐτῷ γνωθήσεται καὶ ἔτι λέγει ὁ Κύριος, ὅτι φωτήσουσι τοὺς διωκομένους ὑπὸ τοῦ ὄφεως, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς, καὶ διασώσει αὐτοὺς ὁ Κύριος ἐκ σκότους καὶ σκιᾶς θανάτου, καὶ ἔσονται ἐν σκηνῇ ἁγίᾳ.* Vide Epiphan. Edit. et MS.

Pag. 283. 19. *Σαβαρθαθὰ*] Epiphan. Edit. et MS. *Σαραβαθά.* Auctor MS. *υἱὸς Χουσὶ, ἦν ἐξ ἄγρου Σαβαραθᾶ*, etc. Logotheta, *ἀπὸ ὄρους Ενβαραθά.* Vide Huetium pag. 248.

Pag. 283. 20. *Ισραὴλ*] Logoth. *ἐθνῶν.*

Pag. 284. 1. *Εορτὴ*] Hieronym. *Festivus et laetus.*

Pag. 284. 8. *Εκ Βαβυλῶνος*] Vide V. C. Huetium p. 251.

Pag. 284. 12. *Μνήμη Θεοῦ*] Hieronym. *Memor domini sui.*

Pag. 285. 4. *Ηλθεν*] Addit Auctor MS. *εἰς Ιερουσαλήμ.*

Pag. 285. 5. *Οὗτος*] Sic emendavimus ex Epiphan. et Logotheta, pro *ὡς*, sed locus adhuc mancus manet, qui integer legitur apud Epiphan. *οὗτος εἶπεν τῷ Ιωσεδὲκ, ὅτι γεννήσεται υἱὸν, καὶ ἐν Ιερουσαλὴμ ἱερατεύσει.* Sic ultimam hanc vocem emendavimus, tum ex Epiphanio, tum ex Auctore MS. et Logotheta, cum prave editum esset *ἱεράτευσεν.* Logotheta habet, *γεννήσει.*

Pag. 285. 8. *Καὶ ἐπὶ Κύρου*] Epiphan. *καὶ ἐπὶ Κύρου τοῦ Βασιλέως Περσῶν τέρας ἔδωκεν εἰς νίκην περὶ Κροίσου τοῦ Λυδίων Βασιλέως, καὶ περὶ Αστυάγους τοῦ τῶν Μήδων Βασιλέως.*

Digitized by Google

Logoth. *εἰς νίκην τοῦ Κροίσου τοῦ Λυδίου, καὶ περὶ τῆς*, etc. Vide Huetium V. C. p. 253.

Pag. 285. 9. *Ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ*] Auctor MS. *ἐν*, etc.

Pag. 285. 11. *Ἐθνῶν*] Addit Auctor MS. *καὶ Ἰσραήλ.*

Pag. 285. 12. *Ἱερέων καὶ διπλῆς*] Ita Epiphan. MS. Editus vocem *καὶ*, Logotheta vero vocem *περὶ* omittunt.

Pag. 286. 12. *Μετὰ τὴν ἐπιστροφὴν*] *Τοῦ λαοῦ ἀπὸ Βαβυλῶνος τίκτεται ἐν Σοφᾷ ἐν γῇ Ζαβουλὼν, καὶ ἔτι νέος ὤν*, etc. Ita Epiphanius, ex quo Chronicon emendavimus, cum legeretur, *κεῖται ἐν Σοφίᾳ*, tametsi ita legerit Logotheta. Theophylactus habet *ἐν Σοφιρᾷ*. Dorotheus, *nascitur in Supha.* Auctor MS. *ἐν Σοχᾶ*. Vide Huetium p. 254.

Pag. 286. 14. *Ὁ ἑρμηνεύεται Ἄγγελος*] Amphilochius in Carm. ad Seleucum: *δεώνυμόν τε, Ἄγγελον Μαλαχίαν.*

Pag. 286. 15. *Καὶ τῷ εἴδει*] Addit Auctor MS. *καὶ τῷ λόγῳ.* P 507

Pag. 286. 17. *Ἐν ἡμέραις*] Addit Epiphan. *τῆς ἀναρχίας, ὡς γέγραπται ἐν Σχοφθελμ, τουτέστιν ἐν βίβλῳ Κριτῶν, νέος δὲ ὤν*, etc. Cod. Reg. *ἐν Σφαρφωθείμ.* Idem Epiphanius lib. de Mensur. et Ponder. n. XXIII. *Διασωφθελμ, ἢ τῶν Κριτῶν.* Logotheta, *ἐν Φαρφαθὲ, τουτέστιν ἐν βιβλίῳ Κριτῶν.* Apud Eusebium lib. VI. Hist. Eccl. cap. XXV. ex Origene, *Σωφετλμ*, et apud Hieronymum in Prologo galeato.

Ibid. Επεδευτέρωσεν] Ita Epiphanius editus et MS. Pro- V 418
inde evanescit conjectura Raderi, atque adeo Holstenii, qui *ἐπαιδευτέρωσεν* legendum censebant. Interpres Dorothei: *quaecunque in Prophetia dixit, eo ipso die secundo visus est dicere Angelus Domini, etc.* Zehnerus: *quaecunque in Prophetia dixit, eo ipso die Angelus apparens vaticinium ejus tradidit, aut repetiit.* Auctor MS. habet *ἐβεβαίου*, quod idem valet. Huetius V. C. *iterabat*, rectius vertit.

Pag. 286. 20. *Λοιπὸν ἐπὶ*] Ex Dorotheo.

Pag. 290. 16. *Εἰς δύο*] Addit Auctor MS. *ξυλίνῳ πρίονι.*

Ibid. Ρογὴλ] Epiphan. Edit. et MS. *Ρωγήλ.*

Pag. 290. 19. *Ὀλιγωρήσας*] Ita Epiphan. MS. Editus vero, *ὀλιγοψυχήσας.*

Pag. 291. 1. *Ισαίου*] Epiphan. *τοῦ Προφήτου Ησαίου.*

Pag. 291. 2. *Ἐν συγκλεισμῷ*] Ita emendavimus ex Epiphanio edito et MS. cum perperam editum esset, *ἐν συκαῖς Μοάβ.* Epiphanio consentit MS. licet paulo secus haec describat: *ἐποίησέν τε λάκκους καὶ κολυμβήθρας· μικρὸν γὰρ ἦν τὸ ὕδωρ, ἐξεληλυθὸς ὅτε ἦν ὁ λαὸς ἐν συγκλεισμῷ.*

Pag. 291. 5. *Αντλεῖν*] Hanc vocem supplevimus ex Epiphanio. Aliter totam hanc pericopen describit Symeon Logoth. in Chron. MS. *ἠρώτησαν γὰρ οἱ πολέμιοι, Πόθεν πίνουσι; καὶ ἔχοντες τὴν πόλιν, περιεκαθέζοντο τῷ Σιλώαν. Καὶ ἐὰν μὲν Ἰού-*

Digitized by Google

δας ἦλθεν, ἐξήρχετο τὸ ὕδωρ· εἰ δὲ ἀλλόφυλος, οὐδαμῶς, ἐπειδὴ σήμερον αἰφνιδίως ἐξέρχονται, ἵνα δειχθῇ τὸ μυστήριον.

Pag. 291. 12. *Ἐχομένως*] Logoth. *ἐχόμενα.*

Pag. 291. 15. *Γαβαὼν*] Ita Logoth. At Epiphan. edit. et Cod. MS. *Γαβαώθ.* Mox, pro *σταδίων*, *στάδια* habet idem Logotheta.

Pag. 291. 16. *Εποίησεν δὲ*] Logoth. *καὶ ἐποίησε σκολίαν εἴσοδον ἀνεπινόητα.*

Pag. 291. 21. *Οστᾶ τόπου*] Leg. *ὀστᾶ τῶν πατέρων.* Logoth. *καὶ ἐπεὶ ὁ Ἐζεχίας ἔδειξε τοῖς ἔθνεσιν τὸ μυστήριον Δαβὶδ καὶ Σολομῶνος, καὶ ἐμίανε ὀστᾶ τῶν προπατόρων αὐτοῦ, διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς ἔθετο εἰς δουλείαν τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ ἄκαρπον αὐτὸν ἐποίησε ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.*

Pag. 292. 1. *Επειρώσατο*] Mendum in hac voce. Rasurus emendat, *ἐχειρώσατο.* Sed Logotheta legit *ἔθετο.* Cod. vero Vatic. *ἐπειράσατο.* Malim *ἐπηράσατο*, *imprecatus est*, atque ita edidimus.

Pag. 293. 3. *Εξ Αναθὼθ*] Ita Dorotheus, Epiphan. edit. et Logotheta. At Cod. MS. Epiphanii, *ἐξ Αμαθώθ.*

Ibid. Καὶ Τάφναις] Epiphan. edit. Auctor MS. et Logoth. *ἐν Τόφναις.* Cod. alter Reg. *ἐν Τάφνας.*

Pag. 293. 4. *Βληθεὶς*] Sic ex Auctore MS. et Logotheta emendavimus, cum editum esset, *λίθοις δὲ ὑποβληθείς.*

Pag. 293. 5. *Εὐεργετηθέντες*] Addit Logoth *ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.*

Pag. 293. 6. *Τῶν γὰρ ὑδάτων*] Epiphanius: *ἀσπίδες γὰρ, καὶ τῶν ὑδάτων θῆρες, οὓς καλοῦσιν οἱ Αἰγύπτιοι Νεφὼθ, Ἕλληνες δὲ Κορκοδείλους*, etc. ubi Cod. Reg. habet *Κορκονήλους.* Vide Gloss. med. Graecit. Sequuntur deinde verba aliquot quae in Chronico desiderantur, et mutilam sententiam resarciunt: *ἦσαν αὐτοὺς θανατοῦντες, καὶ εὐξαμένου τοῦ Προφήτου Ιερεμίου, ἐκωλύθη ἐκ τῆς γῆς ἐκείνης ὁ θυμὸς τῶν ἀσπίδων, καὶ ἐκ τοῦ ποταμοῦ ὡσαύτως τὸ ἔνεδρον τῶν θηρίων.* Porro Dorotheus *Μενεφὼθ* etiam legit, ut et Auctor MS. de xvi. Prophetis, unde Scriptor noster quae hic narrat exscripsit, cujus verba hic afferemus, ut ex iis Chronicon liceat emendare: *κεῖται δὲ πλησίον τῆς οἰκίας Φαραὼ, ὅτι Αἰγύπτιοι ἐδόξασαν αὐτὸν ἐνεργηθέντες δι' αὐτοῦ· ηὔξατο γὰρ, καὶ αἱ ἀσπίδες* (Cod. al. *καὶ οἱ κροκόδειλοι*) *αὐτοὺς ἔασαν, καὶ τῶν ὑδάτων οἱ θῆρες, οὓς καλοῦσιν οἱ Αἰγύπτιοι Μενεφὼτ, Ἕλληνες δὲ Κροκοδήλους, οἱ ἦσαν αὐτοὺς θανατοῦντες* (Cod. al. *οἳ ἐθανάτουν αὐτούς*) *καὶ εὐξαμένου τοῦ Προφήτου, ἐκωλύθησαν ἐκ τῆς γῆς τὰ γένη τῶν ἀσπίδων, καὶ ἐκ τοῦ ποταμοῦ ὡσαύτως τὸ ἔνεδρον τῶν θηρίων, καὶ ὅσοι εἰσὶν πιστοὶ Θεοῦ ἕως τοῦ νῦν εὔχονται ἐν τῷ τόπῳ ὅπου κεῖται· καὶ λαμβάνοντες τοῦ χοὸς τοῦ τόπου, δήγματα ἀσπίδων θεραπεύουσιν, καὶ τὰ θηρία τοῦ ὕδατος φυγαδεύουσιν. Ἡμεῖς*

Digitized by Google

δὲ ἠκούσαμεν ἐκ τῶν παιδῶν Αντιγόνου καὶ Πτολεμαίου γερόντων τινῶν, ὅτι Αλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἐπιστὰς τῷ τάφῳ τοῦ Προφήτου, καὶ ἐπιγνοὺς τὰ εἰς αὐτὸν μυστήρια, εἰς Αλεξάνδρειαν μετέστησεν αὐτοῦ τὰ λείψανα, περιστείλας αὐτὰ ἐνδόξως, καὶ ἐκωλύθη ἐκ τῆς γῆς αὐτῆς τὸ γένος τῶν ἀσπίδων, καὶ ἐκ τοῦ ποταμοῦ ὡσαύτως τὰ θηρία.

Pag. 293. 13. *Τῷ τόπω*] Sic Logotheta: at *τάφῳ* legit Auctor MS. de XVI. Prophetis. V 419

Pag. 293. 16. *Καὶ οὕτως ἐνέβαλλον*] Leg. *καὶ οὕτως ἐνέβαλεν*, ex Suida in *Αργόλαι*, qui hunc locum Epiphanii viderat: *καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὸν ποταμὸν πρὸς ἀναίρεσιν τῶν ἀσπίδων.*

Pag. 293. 18. *Τοῦ Πελοποννησιακοῦ*] Suidas, *τοῦ Πελασγοῦ*. Hunc locum porro ita vertit Interpres Dorothei: *Et serpentes hoc pacto rejecti, quos Argolaos vocant, hoc est lacertos ex Argo Peloponnesiaco, unde et Argolai vocantur populi isti, id est dextris ignavi: loquela vero sunt delicata et prorsus sinistra.* Ex quibus hic legendum videretur. *τουτέστιν Αργοὶ δεξίαις*, pro *Αργοὺς δέξιοι*, tametsi utraque lectio nihil sani habeat, ut nec illa Suidae, *Αργόλαι οὖν ἐκ τοῦ Αργους λαιοί.* Raderus haec P 508 mendose ita ediderat: *καὶ ἐκωλύθη ἐκ τῆς γῆς ἐκείνης τὸ γένος ἀσπίδων, καὶ ἐκ τοῦ ποταμοῦ ὡσαύτως, καὶ οὕτως ἐνέβαλλον τοὺς ὄφεις τοὺς λεγομένους Αργολάους, ὅ εἰσιν ὀφιομάχους, οὓς ἤνεγκεν ἐκ τοῦ Αργου τοῦ Πελωποννησιακοῦ, τουτέστιν Αργοὺς δέξιοι καλοῦνται· λαλιὰν δὲ ἔχουσιν*, etc. Nos edidimus prout habentur in Cod. Vaticano, a quo non abludit Symeon Logotheta in Chronico MS. cujus verba hic apponam: *ηὔξαντο γὰρ καὶ οἱ ὀλεθρεύοντες αὐτοὺς ὄφεις καὶ ἀσπίδες ἀπέθανον· καὶ τῶν ὑδάτων οἱ θῆρες, οὓς καλοῦσιν οἱ Αἰγύπτιοι Μενεφωθ, Ελληνες δὲ Κροκοδείλους. Καὶ ὅσοι δὲ εἰσὶ πιστοὶ τοῦ Θεοῦ, ἕως σήμερον εὔχονται ἐν τῷ τάφῳ, καὶ λαμβάνοντες ἀπὸ τοῦ χοὸς τοῦ τόπου, δήγματα ἀσπίδων θεραπεύουσι. Ημεῖς δὲ ἠκούσαμεν ἐκ τῶν παίδων Αντιγόνου τοῦ Πτολεμαίου γερόντων ἀνδρῶν, ὅτι Αλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἐπιστὰς τῷ τόπῳ τοῦ Προφήτου, καὶ μαθὼν τὰ μυστήρια, εἰς Αλεξάνδρειαν μετεστήσατο αὐτοῦ τὸ λείψανον, περιθεὶς ἐνδόξως κύκλῳ, καὶ ὠλοθρεύτη ἐκ τῆς γῆς ἐκείνης τὸ γένος τῶν ἀσπίδων, καὶ ἐκ τοῦ ποταμοῦ ὡσαύτως οἱ Κροκόδειλοι. Οὗτος τοὺς λεγομένους Αργόλας, ὅ ἐστιν ὀφιομάχους, εἰς τὴν γῆν Αἰγύπτου, οὓς ἤνεγκεν ἐκ τοῦ Αργους τοῦ Πελαγισκοῦ· ὅθεν καὶ Αργόλαι καλοῦνται, τουτέστιν Αργους εὐωνύμου· λαιὸν γὰρ πᾶν τὸ εὐώνυμον, τὸ δὲ Αργος ἐστὶν ἀνατολικόν.*

Pag. 294. 3. *Οὗτος Ιερεμίας*] Ex Epiphanio.

Pag. 294. 5. *Εν φάτνῃ*] Haec et quae sequuntur absunt ab Epiphanio: ita autem describuntur apud Logothetam: *διὸ καὶ ἕως νῦν θεοποιοῦσιν παρθένον λοχῶντα, τιμῶσι καὶ βρέφος ἐν φάτνῃ τιθέντες προσκύνουσι· ἔλεγον οἱ ἱερεῖς Αἰγύπτου, ὅτι πατροπαράδοτόν ἐστι μυστήριον ὑπὸ Οσίου Προφήτου τοῖς πα-*

Digitized by Google

τράσιν ἡμῶν παραδοθὲν, καὶ ἐκδεχόμεθα τὸ πέρας τοῦ μυστηρίου.

Pag. 294. 10. *Οὗτος ὁ Προφήτης*] Rursum ex Epiphanio.

Pag. 294. 11. *Αὐτῇ*] Addit Epiphan. *πάντα. Κατατεθῆναι.* Logoth. *καταποθῆναι.*

Pag. 294. 12. *Τοῖς παρεστῶσι*] Epiphan. *τοῖς ἱερεῦσι τοῦ λαοῦ, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις παρεστῶσιν.* Logotheta addit *αὐτῷ.*

Pag. 294. 14. *Ἐν δυνάμει*] Addit Logoth. *κοινῆς χάριτος. Ξύλον*, Logoth. *ξύλῳ.*

Pag. 294. 16. *Οὐδεὶς*] Aliter Epiphanius, *οὐδεὶς ἀναπτύξει ἔτι Ἱερέων ἢ Προφητῶν, εἰ μὴ Μωσῆς ὁ ἔκλεκτος τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ πλάκας οὐδεὶς ἀναπλώσει, εἰ μὴ Ἀαρών.* Logoth. *καὶ τὰς ἐν αὐτῇ πλάκας οὐδεὶς ἀναπτύξει*, etc.

Pag. 294. 18. *Καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ*] Logoth. *καὶ ἐν τῇ ἀναστασίᾳ*, etc.

Pag. 294. 21. *Τὸν ἐχθρὸν*] Epiphan. MS. *καὶ τὸν ἐχθρὸν φεύγοντες, ἀνελεῖν θέλονται.* Editus, *ἀνελεῖν αὐτοὺς θέλοντες.* At Dorotheus: *occident eum venientem*, ubi vox *φεύγοντες* videtur poni pro, *in fugam conjicientes*, *fugantes.* Ita Logotheta: *καὶ τὸν ἐχθρὸν φεύγοντες τὸν ἀνελεῖν αὐτοὺς θέλοντα.*

Pag. 295. 3. *Φωτεινὴ*] Deest haec vox in Epiphanio, quae habetur apud Logothetam.

Ibid. Οὐδεὶς νοεῖ τὸν τύπον] Addit Epiphanius *ἐκεῖνον.* Abest a Logotheta, apud quem *τόπον* legitur.

Pag. 295. 8. *Ἡ δόξα*] Logoth. *ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ.*

Pag. 295. 9. *Διὰ τοῦτο*] Haec et sequentia absunt ab Epiphanio: habentur vero pariter apud Logoth.

Pag. 296. 5. *Ἀριρὰ*] Auctor MS. de XVI. Prophetis, *ἐκ Σαριρᾶ.* Epiphanius edit. et MS. *ἐκ Σαρηρᾶ ἐκ τῶν υἱῶν τῶν Ἀρχιερέων· ἀπέθανεν δὲ ἐν τῇ γῇ τῶν Χαλδαίων, πολλὰ προφητεύσας περὶ τῆς ἐπιστροφῆς τοῦ λαοῦ, καὶ περὶ τῆς ἐπανόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ περὶ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας προεφήτευσαν.* Ita etiam Logotheta.

Pag. 296. 7. *Τοῦ λαοῦ*] *Ἐν τῇ παροικίᾳ αὐτοῦ ἐν Βαβυλῶνι ἐλεγχόμενος*, etc. Epiphan.

V 420 *Pag.* 296. 9. *Ἐν τάφῳ Ἰωσὴφ*] Epiphan. et Auctor MS. *ἐν τάφῳ Σὴμ*, etc. Logoth. *ἐν τάφῳ τῶν Σὴθ καὶ Ἀρφαξάδ.* Vide Georgium Syncellum p. 101. 110.

Pag. 296. 12. *Ἐξ ἐπιπεδίου*] Leg. *ἐπιπέδου.*

Pag. 296. 15. *Ὅτε ἐκλείπει*] Epiphan. *ὅτι ὅταν ἐκλείπῃ τὸ ὕδωρ αὐτοῦ ἐλπίζειν τὸ δρέπανον.* Auctor MS. *ὅταν ἐκλίποι ἐλπίζειν τὸ δρέπανον*, atque sic emendavimus, cum *ἐπελθὼν* perperam editum esset.

Pag. 296. 16. *Εἰς πέτρας*] Logoth. *εἰς πέρας.*

Ibid. Πλημμυρίσει] Epiphan. *καὶ ὅταν πλημμυρίσῃ αὐτοῦ*

Digitized by Google

τὸ ὕδωρ, τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐπάνοδον σημαίνει. Auctor MS. εἰς τὴν, etc. Logoth. καὶ ὅταν πλημμυρίσῃ, εἰσελθεῖν δι' ἐπανόδου εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ γὰρ ἐκείνην κατῴκει ὅσιος, καὶ πολλοὶ τοῦ νόμου ἀντεχόμενοι πρὸς αὐτὸν συνεστρέφοντο.

Pag. 296. 17. *Καὶ πολλοὶ*] *Πρὸς τὸν τάφον αὐτοῦ συνεστρέφοντο ἐπὶ προσευχὴν καὶ ἱκεσίαν.* Caetera paullo secus apud Epiphanium.

Pag. 296. 20. *Διαστῆναι*] Epiphan. *στῆναι τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ.*

Pag. 297. 1. *Δαψιλῆ*] Epiphan. *δαψιλήν.*

Pag. 297. 4. *Ἀπολλυμένου*] Epiphan. addit, *ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν.* Logotheta, *ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν, προσῆλθε τοῖς ἡγουμένοις τῶν Χαλδαίων, σημεῖον ποιήσας ἐπ' αὐτοὺς σκότους, ἔπαυσε τοὺς πολεμίους καταπλῆξαι αὐτοὺς οὐρανόθεν. Τότε ἦν λέγων ὁ Ἰσραὴλ,* etc.

Pag. 297. 5. *Καταπλήξας*] Epiphan. *καὶ παρενόχλησεν αὐτοὺς διὰ τεράτων.* Mox, *ὅτε ἔλεγεν τῷ λαῷ ὁ Ἰεζεκιήλ.*

Pag. 297. 6. *Ἀπόλωλεν*] Epiphan. et Logoth. *ἀπώλετο ἡ ἐλπὶς ἡμῶν·* ex quibus vocem *ἐλπὶς* addidimus, quae deerat.

Pag. 297. 7. *Επεισεν*] Logoth. *ἐπιστοποίησεν αὐτούς. ὅτι ἔσται ἐλπὶς ἐπὶ τοῦ μέλλοντος τῷ λαῷ, καὶ ὧδε καὶ ἐκείνα. Οὗτος ἐκεῖ ὢν ἐδείκνυε τῷ λαῷ τὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰ ἐν τῷ λαῷ γινόμενα.*

Pag. 297. 11. *Ελεγχον*] Sic reposuimus ex Epiphanio et Logotheta, cum *ἔλεγον* editum esset cum nota mendi. Idem Logoth. *οὗτος ἡρπάγη ἐκεῖθεν, καὶ ἦλθεν εἰς Ἱερουσαλὴμ κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν εἰς ἔλεγχον,* etc. P 509

Pag. 297. 13. *Καὶ τὴν πύλην*] Logoth. *καὶ τὴν πόλιν.*

Pag. 297. 18. *Ανήλισκον*] Logoth. *ἀνῄρουν.*

Pag. 297. 19. *Αὐτῶν*] Addit Logoth. *καὶ ἔπαυσε τὸν κατ' αὐτῶν Θάνατον. Καὶ προείρηκεν ὅτι δι' αὐτοὺς οὐκ ἐπιστρέψει ὁ λαὸς εἰς τὴν γῆν ἑαυτῶν.*

Pag. 298. 1. *Εν Μηδίᾳ*] Ita Cod. editus Epiphanii: at Dorotheus, *in Madiam.* Codex vero MS. Epiphanii, *ἀλλ' ἐν ἰδίᾳ ἔσονται.* Logoth. *ἐν Βαβυλῶνι·* paullo ante, *κτήνη,* pro *κτῆνα,* et *ἐπιστρέψει,* pro *ἐπιστρέφῃ,* ex MS. et edito emendavimus. Logoth. habet *ἐπιστρέφει.*

Pag. 298. 2. *Αὐτὸν*] Post hanc vocem sequitur apud Epiphanium edit. et MS. *ἀντέκειτο γὰρ αὐτῷ ἕως ἡμέρας τῆς τελευτῆς αὐτοῦ.* Et apud Logoth. *ἀντέκειτο γὰρ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ.* Proinde legendum, *ἀντέκειτο γὰρ αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ.* Absunt vero a Dorotheo.

Pag. 298. 14. *Τῶν ἐξεχόντων*] Epiphan. *γένους τῶν,* etc. Logoth. *γενεαῖ.*

Pag. 298. 15. *Εν αἰχμαλωσίᾳ*] Epiphan. *εἰς Βαβυλῶνα.*

Pag. 298. 16. *Βετερῶν*] Epiphan. edit. *Βεθεβορῷ.* MS.

Digitized by Google

Βεθεμωρῷ. Auctor MS. *ἦν ἐκ Βετόρων*. Corrupte Logoth. *Μηδόρω*.

Pag. 298. 17. *Σώφρων*] Logoth. *σοφὸς, σπανὸς δὲ τῷ εἴδει, ὡς*, etc. Reliqua etiam paullo secus.

Pag. 298. 20. *Ησκησεν*] Ita Logotheta et Cod. MS. Epiphanii. Edit. *ἀπέσχηκεν*.

Pag. 299. 1. *Εσθίων*] Addit Logoth. *εἰκοσιὲν ἔτος*.

Pag. 299. 4. *Εμπροσθεν*] Auctor MS. *τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ*. Epiphan. *ἐμπρόσθια*. Mox, *σὺν τοῖς ὀπισθίοις, ὡς λέων*. Ita etiam Logotheta.

Pag. 299. 8. *Υποζύγιον*] Epiphan. edit. *ὑπὸ ζυγοῦ*. MS. *ὑπὸ ζυγόν*.

Ibid. Βελιᾶ] Epiphan. et Auctor MS. *τοῦ Βελιάρ*. Logoth. *γέγονε τοῦ Βελιάρ*. Quae sequuntur paullo interpolata sunt.

Pag. 299. 10. *Εν τῇ νεότητι*] Logoth. *τὴν ἀρχήν*.

Pag. 299. 11. *Πατάσσοντες*] Ita Epiphanius edit. et MS. Perperam editum erat in Chronico, cum nota mendi, *ἀπατάσσοντες*. Logotheta, *ἁρπάζοντες, ὀλοθρεύοντες, ἀναιροῦντες, ἀσεβοῦντες*.

Pag. 299. 14. *Οὐκ ἐγένετο*] Epiphanius edit. *καὶ ἐγίνετο αὐτῷ ἀνανθρωπίνης φύσεως τρόφημα*. Cod. Reg. *καὶ ἐγίνετο*
V 421 *αὐτῷ ἀνθρωπίνης φύσεως τροφή*. Ita etiam Logotheta.

Pag. 299. 16. *Μετὰ τὴν πέψιν τῆς τροφῆς*] Epiphan. edit. et MS. *μετὰ τὴν πέψιν τῆς μάστιγος αὐτοῦ, ἐν καρδίᾳ ἀνθρώπου γενόμενος*. MS. *ἀνθρωπίνῃ. Καὶ νοῶν·* Logoth. *καὶ ἐννοῶν*.

Pag. 299. 18. *Δεόμενος*] Addit Epiphan. *τοῦ Θεοῦ Βεημὼν, ὅ ἐστιν τοῦ Θεοῦ Ισραήλ*.

Ibid. Δαίμων] Epiphan. *πνεῦμα Σατάν*.

Pag. 299. 19. *Ηρθη δὲ ἡ γλῶσσα*] Epiphan. *καὶ γλῶσσα αὐτοῦ ἐδεσμεύετο λαλεῖν, καὶ φωνὴ θηρίου ἐδίδοτο αὐτῷ*.

Pag. 299. 21. *Κρέας*] Epiphan. *καὶ ἐγίνοντο οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς κρέας ἀπὸ τοῦ κλαίειν, καὶ πολλοὶ δυνάσται καὶ πολῖται*, etc. Ita etiam Logotheta.

Pag. 300. 1. *Ηθελεν*] Epiphan. *ἠθέλησεν*.

Pag. 300. 5. *Ο Δανιήλ*, etc.] Logotheta, *καὶ τοὺς ἑπτὰ καιροὺς ἐποίησεν ὁ Θεὸς εὐχομένου γενέσθαι μῆνας ἑπτά, καὶ τὸ μυστήριον*, etc.

Pag. 300. 8. *Ετελέσθη*] Epiphan. *ἐτελέσθη ἐπ' αὐτὸν, ὅτι ἀποκατέστησεν ἑπτὰ μεσίτης*, (MS. *ἀπεκατέστησεν ἑπτὰ μεσίτας*) *ἐξ οὗ ἔτη καὶ ἐξ μῆνας ὑπέπιπτεν Κυρίῳ τῷ Θεῷ, καὶ ἐξωμολογεῖτο*, etc. Logoth. *ἐτελέσθη ἐπ' αὐτῷ, καὶ ἀποκαταστὰς ἐν ζ' μησὶ, τὰ ἐπίλοιπα ἔτη καὶ μῆνας ε' προσέπιπτεν Κυρίῳ, καὶ ἐξωμολογεῖτο τὰς ἀσεβείας αὐτοῦ, καὶ μετὰ τὴν ἄφεσιν τῶν ἀνομιῶν αὐτοῦ, ἀπέδωκεν ὁ Κύριος τὴν βασιλείαν αὐτοῦ· ἄρτον καὶ οἶνον καὶ κρέας λαβὼν τοὺς ἐξ χρόνους, καὶ τοὺς ε' μῆνας*

Digitized by Google

ἐξωμολογούμενος τῷ Κυρίῳ, ὅτι Δανιὴλ προσέταξεν ὀσπρίοις βρεκτοῖς καὶ ὕδωρ καὶ ἐλεημοσύναις ἐξιλεώσασθαι τὸν Θεόν.

Pag. 300. 13. *Καὶ χλωροῖς*] Sic emendavimus ex Epiphanio, cum editum esset, *καὶ σχόλαις*.

Pag. 300. 14. *Ὡς τὸν υἱὸν αὐτοῦ*] Epiphan. *κατὰ τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ*.

Pag. 300. 15. *Καταστῆσαι*] Epiphan. *ἀποκαταστῆναι*.

Pag. 300. 17. *Καὶ μὴ κολληθῆναι*] Epiphan. *καὶ προσκολληθῆναι*.

Pag. 300. 18. *Καὶ τοῖς ἄλλοις*] Epiphan. *καὶ ἐν τοῖς Βασιλεῦσι*.

Ibid. Οσα οὐκ] Epiphan. *ὅσα οὐκ ἐγράψαμεν ἐν τῇ βίβλῳ ταύτῃ· εἰσὶν δὲ γεγραμμένα ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Δανιήλ*.

Pag. 300. 19. *Απέθανεν*] Epiphan. *ἐν Βαβυλῶνι ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἐτάφη ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ βασιλικῷ ἐνδόξως, καί ἐστιν ὁ τάφος αὐτοῦ ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας πᾶσιν γνωστὸς ἐν Βαβυλῶνι*.

Pag. 300 21. *Εν τοῖς ὑπεράνω*] Epiphan. *ὑψηλοῖς τῆς Βαβυλῶνος, λέγων, ὅτι ὅταν ἴδητε καπνιζόμενον τὸ ἐκ βοῤῥᾶ ὄρος, ἥξει τὸ τέλος Βαβυλῶνος*.

Εὰν δὲ ἴδητε] Haec sententia brevior est apud Epiphanium et Dorotheum: *ἥξει δὲ Κύριος ἐπὶ γῆς ἐνανθρωπήσας*.

Pag. 301. 4. *Τπὸ τῶν ἱερέων*] Logoth. *ὑπὸ τῶν ἱερῶν καὶ πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ Ισραήλ*.

Pag. 301. 6. *Εὰν*] Logoth. *ὅτε*.

Pag. 301. 8. *Τοῦ Βελιᾶ*] Epiph. et Logoth. *Βελιάρ*. Logoth. *φόνος ἔσται παντὸς αἵματος ἀκαθάρτου ἐν πάσῃ τῇ γῇ*.

Pag. 301. 10. *Ηλίας*] Haec et sequentia de Elia et Elissaeo hausit Auctor ex Epiphanio cap. v. quae fusiori paullo commentario is persequitur: ubi consulendus Joachimus Zehnerus. P 510

Pag. 301. 12. *Δῶμα*] Ita Epiphan. edit. *Δόμα* Cod. MS.

Ibid. Τοῖς ἱερεῦσιν] Epiphan. addit *δεδομένη*.

Pag. 301. 13. *Σβαχὰ*] Epiphan. et edit. MS. *Σωβάκ*.

Pag. 301. 16. *Χρησμὸς*] Epiphan. edit. et MS. *χρηματισμός*.

Pag. 301. 20. *Αβελμαουλ*] Epiphan. edit. et MS. *Αβελμούθ*.

Ibid. Τοῦ Ρουβὶν] Varie hanc vocem scribi observat Cotelerius in Notis ad Homil II. Clementin. cap. I.

Pag. 302. 1. *Τέρας*] Epiphan. edit. *Τεράτιον*. MS. *Τεράστιον*.

Ibid. Δάμαλις] *Η ἐν Σιλώμ*. Ita edit. Torini, et Cod. Reg.

Pag. 302. 3. *Εἰς Ιερουσαλήμ*] Epiphan. *ἐν*, etc.

Pag. 302. 4. *Ος καθελεῖ*] Epiphan. *καὶ εἶπεν ὁ Ιερεὺς διὰ*

Digitized by Google

τὴν (Edit. τούτων) δηλῶν, ὅτι Προφήτης ἐτέχθη σήμερον, ὃς κατελεῖ, etc.

Pag. 302. 6. *Ζαχαρίας*] Tres hoc nomine recensentur Prophetae: filius Joiadae Pontificis, cujus hic mentio: alter, filius Barachiae: tertius, pater S. Joannis Baptistae. De anno illius caedis, ita subdit Scaliger ad Chronicon Eusebii: *Sed quis scit quoto anno Regis Joas interfectus sit, cum tempus a Scriptura non designetur?* Vide Salianum an. III. MCXCII. n. 6. Quae
V 422 porro de Zacharia hic habentur, accepit Auctor a Dorotheo: secus enim de illo scribit Epiphanius, a quo perperam cum patre S. Joannis confunditur.

Pag. 302. 9. *Ανὰ μέσον*] Epiphanius MS. *οὗτος δὲ ἦν ἐξ Ιερουσαλὴμ ἐξ οἴκου Λαβὶδ, ἀνὰ μέσον τοῦ Ελὰμ ἐξ οἴκου Κυρίου.* Edit. *ἀνὰ μέσον ἐλάτρευσεν ἐν οἴκῳ Κυρίου*, ex emendat. Zehneri, contra MS. fidem. Dorothei Interpres, *ἀνὰ μέσον τοῦ Ελὰμ*, *sub Elam* vertit.

Pag. 302. 17. *Αριστίδης*] Ex Eusebio, ubi adeundus Scaliger p. 101.

Pag. 303. 6. *Πίνδαρος*] Ex eod. Eusebio, ubi idem Scalig. pag. 100.

Pag. 303. 10. *Σοφοκλῆς*] Ex eod. Euseb. ubi idem Scaliger p. 102. et 108. et Selden. in Marmorib. Arundel.

Pag. 303. 13. *Εὐριπίδης*] De cujus morte infra ad Olympiad. XCIV.

Pag. 304. 2. *Εσδρὰμ*] Vide Selden. lib. I. de Success. in Pontif. Hebr. cap. VI. pag. mihi 284.

Pag. 304. 4. *Ηρόδοτος*] Ex Eusebio, ubi Scalig. p. 102.

Pag. 304. 6. *Βακχυλίδης*] Chron. Eusebii, Georg. Syncellus pag. 257. etc.

Pag. 304. 9. *Σωκράτης ἐγεννήθη*] Ex Eusebio, ubi Scalig. p. 102. et Seldenus ad Marmora Arundel.

Pag. 304. 15. *Αρτάβανος*] Georg. Syncellus p. 271. ubi et de Artaxerxe.

Pag. 305. 1. *Θεμιστοκλῆς*] Ex Eusebio, ubi Scaliger pag. 102.

Pag. 305. 2. *Μαρδοχαῖος*] Ex Eusebii Chron. pag. 131. ubi quae hic desunt in hac perioche supplentur his verbis, ex versione Hieronymi, *quod non puto.* Hic porro consulendus Scaliger, praeterea Salianus in Annalibus Eccles. an. III. MCDXXXVI. n. XXVI. et anno V. MDXCI.

Pag. 305. 12. *Ομοῦ*] Deerat summa annorum *ρβ'*. quam supplevimus.

Pag. 305. 15. *Εσδρας*] Ex Eusebio, cui *eruditissimus legis divinae* dicitur, ex versione Hieronymi, ubi Scaliger p. 106.

Pag. 306. 1. *Ηρόδοτος*] Ex Eusebio, ubi Scaliger p. 102. 104.

Digitized by Google

Pag. 306. 8. *Εμπεδοκλῆς*, etc.] Ex Eusebio, ubi Scaliger p. 103.

Pag. 306. 7. *Φερεκύδης*] Ex Eusebio, ubi Scaliger pag. 103.

Pag. 306. 9. *Νεεμίας*] Ex Eusebio, ubi Scaliger p. 106.

Pag. 306. 10. *Αρχιοινοχόος*] *Minister vinarius*, Hieronymo in Chron. Eusebii.

Pag. 307. 16. *Εβδομήκοντα*] Conferendi Eusebius in Chron. et Georgius Syncellus pag. 249. et 323. praeterea ex neotericis, Salianus an. III. MDXCVI. n. 36. et seqq. Grandamicus de morte et natali Christi lib. I. cap. III. et alii.

Pag. 307. 20. *σά'.*] Vir doctus *σγ'.* emendabat, ut mox, pro *σβ'.* legit *σε'.*

Pag. 308. 18. *Απὸ τούτου τοῦ χρόνου*, etc.] Consules a primaeva sui origine, ad Imperium usque Julii Caesaris, cum Idatianis Fastis hic duntaxat contulimus, quos, aut similes, vidisse Auctorem Chronici vero esse proximum in Praefatione monuimus. Huic enim argumento diutius alias immorari supervacaneum esset, cum res dudum peracta sit a viris omni exceptione doctioribus, Cuspiniano, Sigonio, Panvinio, et aliis alibi indicatis, quos Lectori consulere liberum erit, si quidpiam naevi in iis suboleat. His porro Consulibus annos Urbis Conditae apponimus, usque ad annum Incarnationis Christi, a quo deinceps caeteros annos Christianos putamus, quibus perpetua methodo additi anni DCCLIII. optatos Urbis Conditae annos exhibebunt, ut temporum ratio ubique cuivis perspicua sit.

Pag. 309. 6. *Πουπλίου*] Schott. *Πουβλίου.* Edit. Scaligeri, *Ποπλίου.* Idat. *Publilio.* Senator, *Pulvillo.* Omittuntur deinde duo paria Consulum, *Lartius et Exquilinus:* et *Valerius et Tubertus*, quos characteribus minusculis supplevimus, quo continua Consulum series minime intermittatur, et advertat primo intuitu Lector omissos a Scriptore Chronici.

Pag. 309. 9. *Ποστουμιανοῦ*] *Posthumium* alii vocant.

Pag. 309. 11. *Αρούγκου*] Idat. et Cuspinian. Fasti, *Arunco.*

Pag. 310. 1. *Σικούλου*] Idat. *Sifulo.* Fasti, *Q. Cloelio.* P 511

Pag. 310. 5. *Κελεμοντανοῦ*] Ita mox, Scal. *Κελημοντανοῦ.* Infra, *Κελεμοντανοῦ.* Idat. *Coelimontano.*

Pag. 310. 8. *Καὶ Γεμίνου*] Idat. MS. *Vitellino* III. V 423

Pag. 310. 9. *Αρούγκου*] Idat. *Aurunco*, ut supra.

Pag. 310. 15. *Πλάτων ἐγεννήθη.*] Ex Euseb. ubi Scaliger pag. 107.

Pag. 310. 16. *Τούλλου*] *Σύλλου* legit Sigonius in Chronico.

Pag. 310. 18. *Αρχοντες*] Ex prisco aliquo Fastorum Con-

Digitized by Google

sularium Scriptore haecce hausit Auctor Chronici, qui quae ille Graece, ita is Latine extulerit: *His Coss. Romani Proceres dicti sunt*, quomodo Fasti Idatiani edit. Pontaci et Labbei habent hoc ipso anno; quo loco, Fasti non ex Paschali, sed ex Fastis Paschale debet illustrari: cum in eo Ἀρχοντες dicantur quos Latini *Proceres* appellarunt. Ita quippe apud Romanos dicti potissimum Patricii. Nam cum primis ab Urbe Condita temporibus, cum sub Regibus, tum sub primis Coss. Cives Romani in Patricios duntaxat, seu qui a Patribus vel a Senatoribus orti erant, et Plebeios essent distributi, solisque Patriciis aditus pateret in Senatum et ad majores Magistratus, hac tandem tempestate plebeiis etiam concessum, ut non modo Senatores esse possent, sed etiam ad quasvis dignitates admitterentur. Isto quippe anno, Caio Julio Julo et P. Pinatio Rufo Coss. Caium Marcium Coriolanum, exercitu Volscorum assumpto, bellum patriae intulisse prae caeteris auctor est Dionysius Halicarnasseus: cui quidem bello civili caussam et occasionem praebuit exorta inter Patricios et plebem simultas, cum Coriolanus, gravi annona, advectum e Sicilia frumentum magno pretio dandum populo in Senatu suasisset, ut hac injuria plebs agros coleret, ac necessitate ad modestiam compelleretur. Excitata inde gravissima secessione, seu seditione, et a Decio Tribuno plebis die dicta Coriolano, illoque postmodum in exilium acto, Patricios eo plebs adegit, nonnullis etiam ex iis haud renuentibus, ut plebeios in Senatum et ad quosvis Magistratus admitterent. Unde ut maximum incrementum plebis potestati accessit, ita Optimatum factio maximum pristinae dignitatis detrimentum accepit, admissis plebeiis hominibus ad dignitates et Sacerdotia, aliosque primarios honores, qui antea solis Patriciis peculiares fuerant, quos plebi communicarunt partim inviti et necessitate coacti, partim etiam sapienti consilio inducti, ut pluribus narrat idem Dionysius lib. VII. Atque id quidem verbis supra relatis videtur expressisse uterque Scriptor, Chronici et Fastorum Idatianorum, quibus innuunt hoc anno *Romanos*, plebeios scilicet, *Proceres*, vel Ἀρχοντας *dictos:* hoc est tum primum in Senatum allectos, et ad majores Magistratus admissos, proindeque Proceribus ac Patriciis, quorum antea id duntaxat juris erat, accensitos: quod superiori, ut velle videtur Dionysius, vel hocce etiam fortasse anno tandem decretum fuit, vel certe in usu esse coepit; tametsi quando primum in Senatum allecti fuerint plebeii variae sint Auctorum sententiae. Eusebii Chronicon ad annum quo exactus Coriolanus: *Romae populus a Patribus facta seditione discedit.* Iidem porro sunt *Proceres* et Ἀρχοντες: nam apud Festum in V. *Procum*, *Proceres*, *Principes* exponuntur, ut apud Servium ad I. Aeneid. *Principes civitatis*, apud

Digitized by Google

Charisium lib. I. et in veteribus Glossis, *Ἔξαρχοι*, *Πρωτάρχοντες*, et *Πρωτοπολῖται*, quomodo *Primores civitatum* vocat Lactantius lib. de mortib. persecut. n. XXI. Ita *Principes*, Primates municipii vocat Sidonius lib. VII. epist. IX. Quae quidem vox, secundum Varronem, apud eundem Servium a mutilis in aedificiis, seu capitibus trabium, quae *Proceres* nominantur, deducta est: vel, ut scribit Isidorus lib. IX. Origin. cap. IV. Proceres dicti, quod ante omnes honore procederent, quasi *Procedes*. *Unde*, subdit ille, *et capita trabium proces dicuntur, eo quod primo procedant: hinc autem ad Primores facta translatio, quod a caetera multitudine prominent.* Sane a Romanis Scriptoribus Proceres unice fere semper appellari Senatores, indicant Leges utriusque Codicis, atque in primis Lex XII. Cod. Theod. de Praetor. et Quaest. *Praetores designentur Senatusconsulto legitime celebrato, ita ut adsint decem e Procerum numero, qui Ordinarii Coss. fuerint, quique Praefecturae gesserint dignitatem,* V 424 *Proconsulari etiam honore sublimes.* Neque aliter haec vox usurpatur in Lege I. eod. Cod. de Nuptiis, in L. II. Cod. Just. de Leg. L. XXXVII. et XXXIX. de Appellat. ut et apud Ciceronem lib. XIII. epist. XV. Plinium lib. II. sect. V. lib. VI. sect. XXXI. et apud Senatorem lib. VI. epist. X. in lemmate, et lib. VII. epist. VII. Victore Schotti in Tacito, ut caetera praeteream de hac voce a Criticorum filiis observata, qui ex Plauto, Virgilio, Lucano, Martiale et aliis quosvis Optimates saepe innui docent: quae quidem cum in locis a nobis laudatis unice Senatoribus conveniat, nescio an probari possit, quod fortasse quidam velint, istos Chronici Paschalis et Idatii ita intelligi debere, ut plebeiis in Senatum et ad majores dignitates admissis, tum primum Procerum inductum nomen fuerit, quo veteres Patricii, et qui ab iis ortum ducebant, aut ducturi erant, donarentur, ut a caeteris ex plebe Senatoribus distinguerentur, quos inde *Novos* vocabant, quique non gauderent jure imaginum, quod Patriciorum duntaxat erat, tametsi deinceps plebeios Senatores jus etiam ponendi imagines simul accepisse plerique consentiant, praesertim si aliquot ex Curulibus Magistratibus gessissent.

Pag. 311. 2. *Λουσκου*] Idat. et Fasti, *Tusco.* P 512

Pag. 311. 3. *Εντεῦθεν*] Ex Eusebio lib I. Chron. p. 32. 2. Edit. Scalig.

Pag. 311. 10. *Βιτελλίνου*] Schott. *Βιτιλλίνου.* Idat. MS. *Vitcellino.* Fasti Viscellino.

Pag. 311. 11. *Μαλογεννησίου*] Idat. MS. *Malogineuse.*

Pag. 311. 14. *Βολισίου*] Idat. *Volesio.* Fasti, *Valerio Potito.*

Pag. 311. 16. *Φούβου*] Schott. *Φούσου.* Fasti, *Furio Fuso.* Idat. MS. *Fugo.*

Digitized by Google

Pag. 312. 1. *Ερουλίνου*] Idat. MS. *Aesculino.* Fasti, *Servilio Structo.*

Pag. 312. 6. *Λανάτου*] Idat. MS. *Laenate et Publilio.* Fasti, *Lanato.*

Pag. 312. 19. *Εὐριπίδης*] Ex Eusebio, ubi Scaliger p. 108. et Selden. ad Epochas Arundelianas.

Ibid. Καὶ Σοφοκλῆς] Iidem Scaliger et Seldenus locis indicatis.

Pag. 313. 9. *Πουβλικόλα*] Scalig. *Ποβλικόλα*, quomodo Fasti alii.

Pag. 313. 10. *Βιβουλανοῦ*] Scalig. *Βιβουλίνου.* Fasti, *Vibulano.*

Pag. 313. 11. *Ισοκράτης*] Rursum eadem verba infra, ad an. U. C. CCCXXVI.

Pag. 313. 13. *Αθηναῖοι*] Ex Euseb. Chron. ubi consulendus Scaliger, ac in primis Salmasius ad consecrationem templi in agro Herodis Attici pag. 30. et seqq. et Bochartus in Colon Phoenic. lib. I. cap. XX. Eadem etiam habet Georgius Syncellus p. 257.

Pag. 314. 7. *Βαρβάτου*] Idat. MS. *Barbaro*, Fasti, *Barbato.*

Pag. 314. 8. *Ερμενίου*] Schott. *Ερμενίου.* Idat. MS. *Hermenio.* Fasti, *Herminio.*

Pag. 314. 17. *Πλάτων*] Rursum eadem repetit ad an. U. C. CCCXXIII. Vide Scalig. ad Eusebium, ubi de Platonis natali et morte.

Pag. 315. 3. *Παπίλιον*] Idat. *Pacilio.* Fasti, *G. Fucio Pacilo.*

Pag. 315. 4. *Μακρίνου*] Idat. et Fasti, *Macerino.* Infra, *Macrino.* Idem Idat.

Pag. 315. 9. *Βεργινίου*] Ita Schott. Idat. MS. et Fasti.

Pag. 315. 10. *Καμερίνου*] Idat. MS. *Carino.*

Pag. 315. 12. *Ποίνου*] Idat. MS. *Poeno et Melitono.* Fasti, *T. Quintio Penno.*

Pag. 315. 13. *Καμπανῶν ἔθνος*] Ex Eusebio, ubi Scaliger p. 105. Ita etiam Syncellus p. 248.

Pag. 315. 14. *Καὶ Τουλλίου*] Idat. *Julio.* Fasti, *L. Julio Julo.*

Pag. 315. 19. *Αχίλλα*, etc.] Ita Idat. MS. Schott. *Αξίλλα.* Fasti, *C. Servilio.*

Pag. 316. 4. *Ρουτιλίου*] Ita Idat. MS. et Schott.

Pag. 316. 7. *Ξενοφῶν*, etc.] Tota haec perioche sumpta est ex Eusebio, ubi Scaliger pag. 122. Sed cur *Ορζυλάου* vocem addat Auctor Chronici, quasi Xenophon filius fuerit Orzylai, qui Grylli Eusebio et Scriptoribus dicitur, non plane

Digitized by Google

percipio. De Socratis morte adeundus etiam Seldenus ad Graecorum Epochas.

Pag. 316. 12. *Μετουλλίνου*] Idat. MS. *Casso et Mudullino.* Schott. et Fasti, *Μεδουλλίνου.*

Pag. 316. 13. *Φλάβου*] Idat. MS. *Flabo*, alii *Flavo.* Fasti, *C. Furio Pacilo.*

Pag. 317. 3. *Κουβίου*] Idat. *et Curtio.* Fasti, *Quinto Servilio.*

Pag. 317. 5. *Δημόκριτος*] Ex Eusebio, ubi Scaliger.

Pag. 317. 6. *Καὶ Γάλβα*] Idat. *Galva.* Fasti, *Licinio* V 425 *Calvo.*

Pag. 317. 7. *Σκιπίων*] Similia refert Georgius Syncellus pag. 258. qui *τὴν χώραν Αφρικὴν*, etc. habet. Suidas: *Καρχηδὼν, ἡ Αφρικὴ, ἐξ ἧς ὁρμᾶτο μέγας Κυπριανὸς*, etc. Quid si legatur, *Αφρικανὸς μετωνομάσθη*? Vide Goarum ad eundem Syncellum.

Pag. 317. 10. *Σεισμοῦ γενομένου*] Ex Eusebio, ubi Scaliger p. 123. Eadem etiam recitat Georgius Syncellus p. 258. ex quibus pro *Ελία*, legendum *Ελίκη* constat.

Pag. 317. 14. *Εὔδοξος*] Ex Eusebio, ubi Scaliger p. 107. Ita etiam Georgius Syncellus p. 257. 258.

Pag. 317. 17. *Αλλου*] Idat. MS. *Achala.* Fasti, *Q. Servilio.*

Pag. 318. 4. *Ισοκράτης*] Ex Eusebio, ubi Scaliger.

Pag. 318. 6. *Ρουστικίου*] Idat. *Rustico.*

Pag. 318. 9. *Ρουστικίου καὶ Ποίνου*] Idat. *Roetico et Poeno.* Fasti, *Fabio Ambusto et Quintio Penno.*

Pag. 318. 15. *Βένωκος*] Idat. *Veneco.*

Pag. 319. 1. *Βούλσωνος*] Idat. *Bursone.* Fasti, *Drusone.*

Pag. 319. 2. *Ρουτιλίου*] Schott. et Fasti, *Ρουτίλου.*

Pag. 319. 5. *Αλλου*] Idat. MS. *Achala.*

Pag. 319. 8. *Αἰσχύλος*] De quo Scaliger ad Eusebium pag. 99.

Pag. 319. 17. *Πέλλην τῆς Μακεδονίας*] Vide Syncellum pag. 256.

Pag. 319. 19. *σιέ*] Vir doctus emendat *σιά.*

Pag. 320. 3. *Καὶ Μυνίου*] Scalig. *Μινίου.* Idat. *et Moenio.* Fasti, *C. Maenio.*

Pag. 320. 4. *Φίστου*] Idat. *Festo.* Fasti, *Poeto.*

Pag. 320. 5. *Καὶ Δουλλίου*] Idat. MS. *et Dulillo.* Fasti, *Duillio.*

Ανυπατία] Vide Fastos Sigonii ad hunc annum.

Pag. 320. 11. *Αλβίνου καὶ Κόσσου*] Idat. *Galbino et Cosso.*

Pag. 320. 16. *Βένωκος τὸ γ΄.*] Idat. II. Fasti, *M. Plautio Bennone.*

Digitized by Google

Pag. 321. 1. *Βαβυλεῶνα*] Ita Scaligeri Edit. Perperam *Βαβυλῶνος*, Rederiana.

Pag. 321. 6. *Ἔκτισε πόλεις ιβ'.*] Totidem habentur in
P 513 Chronico, quod Alexandrinum appellamus, et Georgii Episcopi Ambianensis nomen praefert, pag. 73. edit. Scaligeri, qui ad oram libri Stephanum ad XVIII. urbes ab Alexandro conditas referre adnotavit: totidem etiam Eustathius.

Pag. 321. 11. *Τὴν Καβιώσαν*] Quo nomine donatur Laodiceae Syriae regio a Geographis.

Pag. 321. 13. *Ἐπὶ Πώρῳ*] Hanc omittit Chronicon Alexandrinum.

Pag. 321. 14. *Περὶ Κυπρίδος ποταμὸν*] Chron. Alexandr. *Super Cypridum fluvium:* de quo, ni fallor, silent Geographi. Alexandriae in insula Cypro meminit Stephanus.

Pag. 321. 15. *Τὴν ἐπὶ Τρωάδος*] Quam *πόλιν Τροίας* vocat Stephanus.

Pag. 321. 17. *Ἐπὶ Μεσαργαρὶς*] Chronic. Alexandrinum, *quae in Mesasgiges.*

Pag. 322. 1. *Τὴν Κάσον*] Chronicon Alexandr. habet hoc loco, *Alexandriam fortissimam.*

Pag. 322. 5. *Αἰγύπτου*] Aegyptiorum Regum seriem describunt praeterea Eusebius lib. II. Chron. et Epiphanius in lib. de Ponderibus et Mensur. qui ab Eusebio in annorum numero identidem discedit. Auctor Paschalis Eusebianam rationem sequitur: Cedrenus nonnihil variat.

Pag. 322. 8. *Λίβωνος*] Idat. *Libonis.* Fasti, *Lavino.*

Pag. 322. 11. *Παπύριος*, etc.] Sic legendum. Idatius MS. *His Coss. tum Dictator creatus Papyrius Cursor, et Magister Equitum Drusus.* Ubi ridicule Scriptor Paschalis *Dictatorem*, per vocem *Ἀντιγραφεὺς* reddidit: quae quidem vox Graeca, *Dictator*, in Gloss. Graecolat. exponitur, *id est, Contrascriptor.* At in Lat. Gr. *Dictator*, *Μόναρχος* recte vertitur.

Pag. 322. 15. *Κερατάνου*] Idat. *Ceretano*, et infra.

Pag. 322. 16. *Καὶ Σύλλου*] Idat. *Rullo.*

Pag. 323. 2. *Καὶ Σίλωνος*] Idat. *et Filone.* Ita Fasti.

Pag. 323. 4. *Καὶ Φλάκκου*] Idat. *Flaccino.* Fasti, *Bennone et Fossio.*

Pag. 323. 5. *Βαρβούλου*] Schott. *Βαλβούλου.* Scal. *Βασβούλου.* Fasti, *Barbula.*

Pag. 323. 10. *Κούρσωρος τὸ ε'*] Idat. III. Mox *τὸ ε'.* Idat. IV.

Pag. 323. 17. *Ἀπὸ τούτων τῶν Ὑπάτων*] Chronicon Eusebii: *ab hoc loco Edesseni sua tempora computant.* Ubi Scaliger, allato Paschalis loco, observat verum quidem esse a Seleuci-
V 426 darum Epocha Paschale Ecclesiae Antiochiae putari: sed falsum ab his Coss. imo a Coss. M. Valerio Maximo et Decio Mure,

Digitized by Google

duobus annis antea, ac proinde peccatum esse biennio. Vide praeterea Syncellum pag. 274. et Petavium lib. x. de Doctr. Temp. cap. XLI. extr.

Pag. 324. 1. *Επὶ τῶν προκειμένων*] Idatius MS. *His Conss. tum Dictator Cursor, et Magister Equitum Bubulcus.* Perperam igitur *Βούβουλος* in utraque editione scriptum.

Pag. 324. 5. *Απίου*] Idat. MS. *Appio Gaeco*, pro *Caeco.*

Pag. 324. 10. *Αβεντησίου*] Idat. *Abentesi.* Fasti, *Savertione.*

Pag. 324. 13. *Πετίτου*] Idat. *Poetico.*

Pag. 324. 18. *Μένανδρος*] Ex Eusebio, ubi Scaliger pag. 13.

Pag. 324. 19. *Κλαυδίου*, etc] Utrique β′ adscribit Idatius.

Pag. 325. 1. *Ρούλλου*] Utrique pro δ′. Idatius v. adscribit.

Pag. 325. 4. *Ρούλλου τὸ ε′*, etc.] Hoc, ut et sequens par Consulum, praetermittit Idatius, qui iidem sunt qui anno U. C. DCLVIII. et DCLIX. describuntur.

Pag. 325. 8. *Καὶ Γράκχου*] Schott. *Βράκχου.*

Pag. 325. 10. *Μαξίμου*] Idat. MS. *Maximo et Noctuo.*

Pag. 325. 11. *Κρεμούλου*] Idat. MS. *Cremulo.* Fasti, *Q. Marcio Tremulo.*

Pag. 325. 15. *Σίμωνος υἱὸς*] Vide Seldenum de Success. in Pontific. Hebraeor. cap. VI. pag. mihi 287.

Pag. 325. 17. *Πτολεμαῖος*, etc.] Ex Eusebio, usque ad *ἐν Φάρῳ*, ubi consulendus Scaliger.

Pag. 326. 9. *Εν Φάρῳ τῇ νήσῳ Πρωτέως*] Vide infra ad ann. U. C. DCCXXIV. De LXX. vero Interpretibus, consulendi Josephus lib. XII. Antiq. Jud. Georg. Syncellus p. 272. etc. ex neotericis, Torniellus, Salianus an. III. MDCCLXXV. n. v. et seqq. Jacobus Usserius, Henricus Valesius in Dissert. de Versione LXX. Interpretum, etc.

Pag. 327. 7. *Λεβίνου*, etc.] Idatius MS. *Laebino et Caeruntano.* Fasti, *Laevino.*

Pag. 327. 9. *Σαβερίωνος*] Scalig. *Κεβερίωνος.* Idatius, *Caverione et Musone.* Fasti, *Saverrione.*

Pag. 327. 10. *Λουσκίνου*] Idat. *Lucinio.* Fasti, *Fabricio Luscino.*

Pag. 327. 12. *Γοργίτου*] Idat. *Gurgite et Clepyno.* Schott. *Γογίτου καὶ Κλεψίνου.* Fasti, *Q. Fubio Maximo Gurgite et C. Genucio Clepsina.*

Pag. 327. 14. *Βενάκου*] Idat. MS. *Benago.* et anno seq. *Benago* II. *et Merinda.* Fasti, *M. Curio Dentato, et Cornelio Merenda.*

Digitized by Google

Pag. 327. 17. *Ἐπὶ τούτων*, etc.] Ex Eusebio, ubi Scaliger p. 135.

Pag. 328. 4. *Σεμπρωνίου*] Idat. MS. *Simfronio Sapiente et Rufo.* Fasti, *Sempronio Sapiente.*

Pag. 328. 8. *Βιτούλλον*] Schott. Scalig. et Fasti, *Βιτούλου.*

Pag. 328. 9. *Ταυγάτου*] Schott. et Scalig. *Θαυγάτου.* Idat. *Theudace.*

Pag. 328. 10. *Νικομήδης*, etc.] Ex Eusebii Chron. ubi Scalig. p. 77. et Salian. an. III. MCCCXLII. n. I.

Pag. 328. 14. *Καὶ Βιτούλλου*] Schott. Scalig. et Fasti, *Βιτούλου.* Idat. *Viturtulo.*

Pag. 328. 17. *Καὶ Φλώρου*] Idat. MS. *Scipione Asinae et Dulilio.* Fasti, *et Acilio Floro.*

Pag. 328. 19. *Κατακένου*, etc.] Idat. MS. *Catacaeno et Patrevulo.* Schott. et Fasti, *Καλατίνου.*

P 514 *Pag.* 329. 5. *Καὶ Κατακίωνος*] Idat. MS. *Catatione.* Schott. et Fasti, *Καλατίνου.*

Pag. 330. 1. *Βούλβου*] Idat. *Bullo.* Fasti, *Bulbo.*

Pag. 330. 3. *Φουνδούλου*, etc.] Idat. MS. *Fundolo et Gallo Longo.* Fasti, *Fundulo.*

Pag. 330. 5. *Κατούλλου*] Idat. *Catulo.* Schott. *Καυλοῦ.*

Pag. 330. 6. *Καλλίνικον πόλιν*] Ita Cod. Vaticanus, non vero *Καλλινίκου πόλιν*, uti ediderat Raderus. *Καλλίνικον* etiam dicitur Procopio lib. II. de Bello Pers. cap. XXI. Callinicus appellatur a Marcellino Comite in Anastasio, a quo pariter urbs Mesopotamiae esse dicitur, et aliis Scriptoribus: de qua quidem urbe egit idem Procopius lib. II. de Aedif. Justin. cap. VII. VIII. et lib. I. de Bello Pers. cap. XVIII. et lib. II. cap. XI. praeter Eutropium, Zosimum, et alios. Sed an a Seleuco Callinico nomen habuerit, dubitare licet ex iis quae scribit Libanius lib. I. Epist. ad Aristaenetum: *σταθμός ἐστι περὶ τὸν Εὐφράτην, Καλλίνικος ὄνομα αὐτῷ. Καλλινίκου γὰρ ἐνταῦθα ἀποσφαγέντος, ὁ σοφιστὴς γίνεται προσηγορία τῷ τόπῳ*, etc. Quem quidem Callinicum Sophistam eum esse qui sub Gallieno vixit, teste Suida, putat Henric. Valesius ad lib. XXIII. Ammiani.

V 427 *Pag.* 330. 9. *Καὶ Τουδινάτου*] Idat. *Tuditano.* Schott. et Fasti, *Τουδιτάνου.*

Pag. 330. 14. *Καὶ Βούλβου*] Idat. *Volbo.* Fasti, *Bulbo.*

Pag. 330. 17. *Μάλχωνος*] Idat. MS. *Machone.* Schott. et Fasti, *Μάθωνος.*

Pag. 330. 18. *Καὶ Βαλβούλου*] Schott. *καὶ Μαλλεόλου.* Fasti, *Barbula.*

Pag. 331. 1. *Βαλλιόλου*] Idat. MS. *Balvulo et Pera.* Schott. *Βαρβούλου.* Fasti, *Aemilio Barbula et M. Junio Pera.*

Digitized by Google

Pag. 331. 4. *Ρούγα*, etc.] Scal. *Γεύργα*. Idat. MS. *Gurga et Maximo Vero.* Fasti, *Q. Fabio Maximo Verruco.*

Pag. 331. 6. *Αρουστίου*] Schott. *Απουστίου.*

Pag. 331. 8. *Πανάρετον*] Ex Eusebii Chron. ubi Scaliger, cui adjungendus Cotelerius ad Epist. I. Clementis cap. XLVII.

Pag. 331. 15. *Αἱ Παρθένοι*] Ex Eusebii Chron. p. 143. *Romae Virgines Vestae ob stupri reatum terra obrutae sunt. Φθορᾶς ἁλοῦσαι, deprehensae in stupro.*

Pag. 331. 16. *Καρία*, etc.] Ex eod. Eusebio, ubi Scalig. pag. 137.

Pag. 332. 1. *Καὶ Φίλου*] Idat. MS. *et Filone.* Fasti, *Philo.*

Pag. 332. 2. *Ερατοσθένης*] Ex Euseb. ubi Scalig. p. 138.

Pag. 332. 7. *Κατούλλου*] Schott. *Κατουλοῦ.* Idat. *Catulo.*

Pag. 332. 8. *Πτολεμαῖος*] Vide Petavium lib. X. de Doctr. Temp. cap. XLVI. ubi de Ptolemaeis qui in Aegypto regnarunt.

Pag. 332. 11. *Ιουδαίων*] Haec attigit Eusebius in Chronico: *Victi Judaei, et* LX. *millia armatorum ex eorum numero caesa.* Unde *χιλιάδας τεσσαράκοντα* legendum patet. Quod vero LX. millia habeat Eusebius in omnibus scriptis Codicibus, LX. pro XL. facili lapsu irrepsisse inde colligit Scaliger, qui quae hic ex lib. III. Maccabaeorum narrantur dubiae prorsus esse fidei opinatur. Hunc adi pag. 138. et Salianum an. mundi III. MDCCCXXXIX.

Pag. 332. 14. *Οἰνολιβάνῳ*] Sic Cod. Vatic. Scaliger, *ἐν Λιβάνῳ.* Georgius Hamartolus et Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Sapientem, *οἴνῳ λιβανωτῷ.* Liber III. Maccab. *Ο δὲ Ελεφαντάρχης τὰ θηρία σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, εἰς κατάστημα μανιῶδες ἀγηοχὼς, εὐωδεστάτοις πόμασιν οἴνῳ λελιβανωμένῳ, φοβερῶς κεκοσμημένα*, etc.

Pag. 333. 3. *Φλαμινίνου*] Idat. *Flaminio.* Infra, *Flaminino.* Schott. Scal. et Fasti, *Φλαμινίου.*

Pag. 333. 4. *Βάρωνος*] Idat. et Fasti, *Varrone.*

Pag. 333. 8. *Γράκχου*] Idat. MS. *Grecho.* Fasti, *Graccho.*

Pag. 333. 11. *Εἴδωλον τῆς Ρέας*] Livius lib. XXIX. et alii id ad Consulatum Cethegi et Tuditani, an. U. C. DL. referunt.

Pag. 333. 13. *Λεβίνου*] Idat. *Lebyino.* Fasti, *Laevino.*

Pag. 334. 3. *Καὶ Τουδινάτου*] Idat. *Tudinato.* Scaliger, *Τουσινάτου.* Schottus et Fasti, *Tuditano.*

Pag. 334. 6. *Σκιπίωνος*] Schott. et Fasti, *Καιπίωνος.*

Pag. 334. 13. *Παππύλου*] Schott. *Ταππούλου.* Fasti Capitol. *Tarpulo.*

Pag. 334. 18. *Αντίοχος*] Ex Eusebio p. 144. ubi Scaliger p. 140.

Pag. 335. 7. *Μερούλου*] Idat. MS. *Merrulla.* Schott. et Fasti, *Μερούλου καὶ Θερμοῦ.*

Digitized by Google

Pag. 335. 8. *Φλαμινίνου καὶ Λεβωβάρβου*] Ita etiam Scaligeri editio. Idat. *Flaminio et Ahenobarbo.* Fasti, *Flaminino et Ahenobarbo.*

Pag. 335. 10. *Σκιπίωνος τὸ β'.*] Scalig. *τὸ δ'.* Ita etiam Schott.

Pag. 335. 12. *Βούλσωνος*] Idat. *Vulscone.* Fasti, *Vulsone.*

Pag. 335. 14. *Καὶ Φλαμινίνου*] Idatius et Schott. *Flaminio.* Fasti, *Lepido et Flaminio.*

Pag. 335. 16. *Καὶ Τουδινάτου*] Idat. Schott. et Fasti, *Tuditano.*

Pag. 335. 18. *Καὶ Λικιννίου*] Idat. *Licinio.* Schott. *Λικίννου.* Fasti Capitol. *Licino.*

Pag. 335. 19. *Λαβέλλου*] Idat. MS. *Labaeme.* Fasti Capitol. *Labeone.*

Pag. 336. 1. *Παμφύλου*] Idatius MS. *Pamphilio et Paulo.* Schottus et Fasti Capitolini, *Ταμφίλου καὶ Παύλου.*

P 515 *Pag.* 336. 11. *Ο Απολλώνιος*] Legendum hic et deinceps *Ηλιόδωρος* recte monet Raderus. Vide Chron. Eusebii p. 144.

Pag. 337. 6. *Καὶ Παμφίλου*] Idat. MS. *Pamphilio.* Schott. et Fasti Capitol. *Ταμφίλου.*

Pag. 337. 15. *Πετίνου*] Idat. MS. *Petico.* Fasti Capitol. *Petillio.*

Pag. 337. 17. *Αριστόβουλος*] Ex Chronico Eusebii, ubi Scaliger pag. 142.

Pag. 337. 20. *Καὶ Βενάτου*] Idat. MS. *Benenate.* Schott. et Fasti, *καὶ Λαινάτου.*

V 428 *Pag.* 338. 2. *Καὶ Αἰμιλίου*] Idat. et Schott. et Fasti, *Aelio.*

Pag. 338. 4. *Μαχρίνου*] Schott. et Fasti, *Μαννίνου.*

Pag. 338. 5. *Καὶ Πίσωνος*] Idat. et Fasti, *et Caepione.* Schott. *καὶ Καιπίωνος.*

Pag. 338. 13. *Καὶ Ταλίνου*] Schott. *καὶ Θάλνου.* Fasti, *Thalna.*

Pag. 338. 14. *Ο καὶ Μενέλαος*] Nam prae caeteris Hebraïcis jam Graeca nomina, uti etiam et mores malle coeperant, inquit Seldenus lib. 1. de Success. in Pontif. Hebr. cap. VI. Id etiam de Alcimo, qui Joacim nuncupabatur, observarunt alii.

Pag. 338. 17. *Καὶ Κάρβωνος*] Schott. et Fasti, *καὶ Στράβωνος.*

Pag. 339. 3. *Ματθίου*] Ita etiam Georgius Syncellus, pro *Ματταθίου*, quomodo legitur infra.

Pag. 339. 5. *Ονείου*] Ex Chron. Eusebii p. 38. et 140. ubi Scalig. p. 143.

Pag. 339. 7. *Οὐκ ὢν ἐκ γένους ἱερατικοῦ*] Vide Selden.

Digitized by Google

de Success. in Pontif. Hebr. lib. I. cap. VIII. p. 319. praeter eundem Scaligerum.

Pag. 340. 17. *Ἀρίσταρχος*] Ex Eusebio, ubi Scaliger pag. 144.

Pag. 340. 19. *Καὶ Λανόσου*] Idat. MS. *Lausco.* Fasti, *Lusco.*

Pag. 341. 3. *Λουκούλλου*] Idat. MS. *Loculo.* Fasti, *Lucullo.*

Pag. 341. 9. *Καὶ Νουμικίου*] Schott. et Fasti, *καὶ Μουμμίου.*

Pag. 341. 10. *Σαμαρῖται*, etc.] Ex Eusebio, ubi sic Hieronymus: *Samaritani et Judaei Alexandriae, Ptolemaeo judicante, contendunt de honoribus ex utraque parte templo suo deferendis. et superant Judaei.* Vide Scaligerum ad hunc locum.

Pag. 341. 13. *Καὶ Μανικίου*] Schott. et Fasti, *καὶ Μάγνίνου.*

Pag. 341. 17. *Δεύτερος Εὐεργέτης*] Duo enim fuere Ptolemaei cognomines *Εὐεργέται.* Vide Scaligerum ad Eusebium pag. 145.

Pag. 341. 20. *Ἀλεξάνδρῳ*] Eusebius Hieronymi: *Alexandro filio Balae Regis Syriae Ptolemaeus filiam suam tradidit uxorem.*

Pag. 342. 3. *Σκιπίωνος*, etc.] Idat. MS. *Caepione et Lacrio.* Scal. *καὶ Λαελίου.* Schott. et Fasti, *Λαιλίου.*

Pag. 342. 5. *Βενάτου*] Schott. et Scal. *Λενάτου.* Idat. MS. et Fasti, *Lenate.*

Pag. 342. 6. *Νασίκα*, etc.] Idat. MS. *Narsica et Bruto.* Schott. *καὶ Βρούτου.* Fasti, *Nasica et Bruto.*

Pag. 342. 9. *Λεπίδου*, etc.] Idat. *Lepido Porcina et Mancino.* Schott. et Fasti, *Λεπίδου καὶ Μανκίνου.*

Pag. 342. 10. *Δημητρίῳ*, etc.] Eusebius: *Ptolemaeus Demetrio filiam suam tradidit uxorem cum regno quod abstulerat Alexandro.*

Pag. 342. 19. *Ρουτιλίου*] Schott. et Fasti, *Ρουκιλίου.*

Pag. 343. 3. *Περπέρνου*] Idat. et Fasti, *Perperna.* Schott. *Λεντούλου καὶ Περπέρνου.*

Pag. 343. 4. *Ἀὐδινάτου*] Idat. MS. *Tuditano et Anulio.* Schott. *Τουδιτάνου καὶ Ἀκουλλίου.* Fasti, *Tuditano et Aquilio.*

Pag. 343. 7. *Καὶ Κεκίννα*] Idat. *Cinna.* Schott. et Fasti, *καὶ Κίννα.*

Pag. 343. 9. *Ἰψέου*] Fasti, *Hypsaeo.*

Pag. 343. 10. *Καὶ Βολβίνου*] Idat. MS. *Bulbino.* Schott. et Fasti, *καὶ Καλβίνου.*

Pag. 343. 13. *Δημήτριος ὁ Σίδης*] Legendum, *Ἀντίοχος ὁ Σιδήτης*, ex Eusebio p. 148. *Antiochus Sidetes Rex Syriae adversus Judaeam arma corripiens, et Ierosolymam circumdans, quam*

Digitized by Google

ad conditiones Pontificem Simeonem compulisset, redit Olympiade CLXII. Haec expendit Scaliger pag. 146.

Pag. 343. 17. *Καὶ Φαινίου*] Idat. MS. *et Faenio.* Schott. et Fasti, *καὶ Φαννίου.*

Pag. 343. 18. *Ιωάνθης*] Pro *Ιωνάθης*· ita non semel infra. Sed leg. *Ιωάννης*, qui Simoni patri interfecto in Pontificatum successit. Euseb.

Pag. 344. 2. *Καὶ Κάρβου*] Idat. MS. *et Carba.* Schott. et Fasti, *καὶ Κάρβωνος.*

Pag. 344. 5. *Καὶ Μαρκίου*] Idat. *Marciorega.* Fasti, *Marcio Rege.*

Pag. 344. 6. *Καὶ Σινερεβούλου*] Scal. *καὶ Μαξίμου.* Idat. *Sinerebula.* Sed leg. *καὶ Σκεβούλου*, quomodo habent Fasti Schotti, et alii.

Pag. 344. 8. *Ιωάνθης*] Quem *Joannem*, et *Hircanum* vocat Chron. Eusebii p. 39. et 148. ex quo pro *Ιωάνθης*, hic legendum *Ιωάννης*, ut supra monuimus. Est enim Joannes Pontifex, qui, ut paullo ante scribit idem Eusebius, *adversus Hircanos bellum gerens Hircani nomen accepit.* Quae tametsi vera
V 429 sint de cognomine, falsa tamen esse de causa cognominis pluribus ostendit Scaliger pag. 148. Verum nescio an error sit Librarii, cum rursum infra scribat Aristobulum *υἱὸν Ιωάνθου τοῦ Τρκανοῦ* fuisse, adeo ut potius sit Eusebii, quem sequitur Auctor Paschalis. Atque ita censet idem Scaliger p. 149.

Pag. 344. 16. *Φούσκων*] Ita appellatur a Scriptore Chronici MS. ab Adamo ad Leonem Sapientem: *Φοῦσκος*, a Georgio Syncello p. 290. *Fuscus*, in Chron. Hippolyti. *Physco*, apud
P 516 Eusebium Hieronymi. Proinde hic legendum esset *Φύσκων*, quomodo appellatum volunt Ptolemaeum Evergetem II. *διὰ ὄγκον τοῦ σώματος*, ut ait Syncellus, ex corporis sagina, et distento aqualiculo. Quod si ita est, mirum videri debet, ipso, ut par est existimare, superstite, siquidem idem sit *Φούσκων* quod *Φύσκων*, hocce epitheto donari in veteri nummo apud Usserium, *ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΦΟΥΣΚΩΝΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ.* Vide Casaubonum ad Spartianum in Caracallo p. 132. 2. edit. et Petavium lib. x. de Doctr. Temp. cap. XLVI. ex Josepho, Strabone, Valerio Maximo, Justino, et aliis.

Pag. 344. 18. *Βρούτου καὶ Πέσνος*] Ita Scalig. At Schott. et Fasti, *Δρούσου καὶ Πίσωνος.* Idat. MS. *Bruto et Pesne.*

Pag. 345. 4. *Νασικάρπου*] Ita Scalig. *Νασίκα καὶ Βεστίου*, Schottus. Idat. *Nasica Scipione et Bestia Calpurnio.* Ita etiam Fasti.

Pag. 345. 6. *Σιλάνου*] Schott. *Σιλλανοῦ.* Fasti, *Silano.*

Pag. 345. 9. *Καὶ Μαρκίου*] Scalig. Schottus et Fasti, *Μαρίου.* Idat. *Mario.*

Digitized by Google

Pag. 345. 10. *Σερ̣ρ̣άνου*, etc.] Schott. *Σαρ̣ρ̣άνου καὶ Πείωνος.* Idat. et Fasti, *Serrano et Caepione.*

Pag. 345. 14. *Βιμβρίου*] Scalig. et Schott. *Φιμβρίου.* Idat. et Fasti, *Fimbria.*

Pag. 345. 15. *Σελευκεῖς*] Seleucensium *αὐτονομίας* testes aliquot nummi extant, quos collegit V. C. Joann. Harduinus in Nummis illustratis.

Pag. 346. 6. *Ασκαλωνῖται*] Consulendi de hac Ascalonitarum aera Scaliger lib. III. Canon. Isagogic. pag. 301. Herwartus in Chronolog. cap. CCXXXVI. et Spanhemius de praestant. et usu numismat. pag. 868. quibus adjungendi ejusdem urbis nummi illustrati ab eodem viro doctissimo Joan. Harduino.

Pag. 346. 7. *Καὶ Κιτιδίου*] Schott. *καὶ Διδίου.* Idat. et Fasti, *Metello Nepote et Tito Didio.*

Pag. 346. 9. *Ιωάνθης*] Ex Eusebio p. 89. et 148. ubi is *Joannes* appellatur.

Pag. 346. 15. *Ο καὶ Αλέξανδρος*] Ita Eusebius. *Alixas*, aliis. Vide Petavium lib. X. de Doctr. Temp. cap. XLVI.

Pag. 346. 19. *Βάλβου*] Schottus et Fasti, *Κάλδου.* Idat. *Galva.*

Pag. 347. 11. *Σαλούστιος*] Iisdem verbis Idatius. Eusebius: *Sallustius Crispus Scriptor Historicus in Sabinis Amiterni nascitur.* Vide Scaligerum.

Pag. 347. 13. *Κοκκῆς*] Atqui Cleopatrae filium hunc Ptolemaeum constanter asserunt omnes, ipseque Auctor Chronici. Vide Petavium loco laudato.

Pag. 348. 2. *Καὶ Νάρβωνος.*] Schott. *καὶ Νορβάνου.* Ita Idat. et Fasti.

Pag. 348. 4. *Φουσκούλου*] Schottus: *Δεκύλου καὶ Δολαβέλλα.* Idat. *Diecula*, etc. Fasti Capitol. *Decula.*

Pag. 348. 7. *Βιτία*] Idat. MS. *Vitia.* Schott. et Fasti, *Βατία*, quo nomine extitit Vatia alter sub Nerone, de quo exclamabant homines, *O Vatia solus scis vivere*, qui scilicet omissa illa aulica, ac ea tempestate periculosa vita, in villam secesserat, ut est apud Senecam Epist. LV.

Pag. 348. 8. *Κλαυδίου*, etc.] Iidem Coss. qui anno superiori, *Servilius Vatia et Claudius Pulcher*, proinde expungendi ex hisce Fastis.

Pag. 348. 9. *Διόννσος*] Ita paullo infra, et apud Cedrenum pag. 166. In Eusebii vero Chronico ab Hieronymo *Dionysius nominatur.* Vide Petavium ad Epiphanium pag. 1382. *Διονύσου*, seu Bacchi nomen sibi adscripsisse Antiochum Epiphanem Regem Syriae testantur ejus nummi, quos descripsit vir rei nummariae peritissimus J. Vaillantius in Regib. Syriae p. 382. et seqq.

Digitized by Google

Pag. 348. 12. *Καὶ Κατούλλου*] Schott. *καὶ Κατύλου.* Fasti Capitol. *Catulo.*

Pag. 348. 16. *Καὶ Μικούττου*] Schott. et Fasti, *καὶ Κότ-*
V 430 *του.* Idat. *et Micotta.*

Pag. 348. 18. *Γεντίλλου*] Schott. et Fasti, *Λεντούλου.* Idat. *Cn. Lentulo.*

Pag. 349. 1. *Πομπηΐου*, etc.] Scalig. *Πλενδούλου καὶ Κράσσου.* Fasti, *Pompeio.*

Pag. 349. 4. *Ἀριστόβουλος*] Ex Eusebio pag. 149. ubi Scalig. pag. 149.

Pag. 349. 6. *Ετη φκζ'.*] Depravatum hunc numerum in Graecis Eusebii, id est in hoc Chronico, observat Scaliger, tum ex eodem Eusebio, tum ex Josepho lib. XIII. cap. XIX. qui *υπά'.* praefert.

Pag. 349. 8. *Ορτησίου*] Scal. *Ορτησίου.*

Pag. 349. 9. *Ιανναῖος*] Ex Eusebio, qui annos Regni XXVII. Jannaeo adscribit, contra quam Auctor Chronici, qui XXX.

Pag. 350. 5. *Βιργίλιος*] Ex Phlegonte apud Photium Cod. CXLVI. Eusebio, ubi Scaliger, et Idatio.

Pag. 350. 9. *Βουλκακίου*] Idat. MS. *Bulcatio Tullo.* Schott. *Βολκατίου Τούλλου καὶ Λεπίδου*, recte, nam Vulcatius, Tullus etiam dictus: omissus vero Lepidus.

Pag. 350. 14. *Πομπήϊος*] Ex Eusebio pag. 151. ubi Scalig. p. 153.

Pag. 350. 18. *Σιλανοῦ*] Schott. *Σιλιννοῦ καὶ Μουρίνα.* Dio, *Σιλανοῦ καὶ Μουρήνα.*

Pag. 351. 1. *Πομπήϊος*] Hanc totam pericopen usque ad voces, *ἤγαγεν τῇ συγκλήτῳ*, praetermittit Cod. Holstenii.

Pag. 351. 3. *Χαφαπτῆρας*] Vide Lexicon Vossii p. 766.

Pag. 351. 5. *Τῆς καὶ Σαλίνας*] Scaliger ad Euseb. pag. 151.

Pag. 351. 10. *Τρκανὸς*] Josephus lib. XIV. Antiq. Jud. cap. XVI.

Pag. 351. 12. *Αφρανίου*] Scal. *Αφανίου.* Schott. *Αφρανίου.* Idat. *Afronio et Metello Celere.*

P 517 *Pag.* 351. 14. *Δεκίου Καίσαρος*] Ita Idat. qui *Bibelo* praefert. Schottus omittit vocem *Δεκίου.*

Pag. 351. 15. *Γαβίνου*] *Γαβινίου*, Schott. *Cabinio*, Idat. *Γαουϊνίου*, Dio.

Pag. 351. 16. *Φιλαδελφεῖς*] De aera Philadelphiensium egit Scaliger in Canonibus Isagogic. lib. III. p. 301. et Spanhemius de Praest. et usu numismat. p. 871.

Pag. 351. 17. *Καὶ Μαρκέλλου*] Idat. et Dio, *Metello Nepote.*

Digitized by Google

Pag. 351. 18. *Πομπήϊος*] Ex Eusebio, ubi Scalig. pag. 154.

Pag. 351. 20. *Μαρκέλλου*] Schott. Dio, et Idat. *Μαρκελλίνου.*

Pag. 352. 1. *Εντεῦθεν Γαζαῖοι*] De aera Gazensium copiose egerunt viri eruditi, praeter Scaligerum, Spanhemius de praestantia et usu Numismatum pag. 869. et Joan. Harduinus in Nummis antiq. illustrat. de mensibus vero idem Scaliger in Praefat. ad lib. de Emend. temp. p. 8.

Pag. 352. 5. *Κικέρων*] Euseb. *Cicero in exilio annum facit.* Vide Scaligerum.

Pag. 352. 6. *Πτολεμαῖος*] Dio lib. XXXIX. et alii.

Pag. 352. 8. *Βαλβίνου*] Schott. *Καλβίνου.* Idat. MS. *Balbino.* Dio, *Καλουΐνου.* Ita Fasti.

Pag. 352. 9. *Πρὸς Ἕλληνας ἐπολέμει*] Atqui hoc anno Caesar in Gallis bellum gerebat, non vero contra Graecos.

Pag. 352. 10. *Πομπηΐου τὸ β'.*] Schott. et Dio, *γ'.* Ita Idat. *Pompeio* III. *et Metello Scipione.*

Pag. 352. 11. *Θέατρον ἀφιέρωσεν*] Ex Dione lib. XXXIX. Illud ambustum restituit Claudius Caesar, ut est apud Sueton. num. XXI. et eundem Dionem. Secundo denique incensum Philippis regnantibus tradit Eusebius in Chron.

Pag. 353. 4. *Καλίνου*] Schott. *Καλένου καὶ Βατινίου.* Idat. MS. *Caleno et Vatino.* Dio, *Καλήνου, καὶ Οὐατινίου.*

Pag. 353. 5. *Ἀρχή.*] Hanc lineam, et quae margini adscribuntur, omittit Cod. Holstenii. Vide Herwart. in Chronolog. cap. CCXVIII.

Pag. 353. 9. *Τὸ β'. μόνου*] Tres sequentes Caesaris Consulatus sic etiam consignat Schottus. Idatius vero: *Caesare* III. *et Lepido.* Deinde, *Caesare* IV. *solo.* Demum, *Caesare* V. *et Antonio.*

Pag. 353. 14. *Γάϊος Ἰούλιος*, etc.] Hanc lineam omittit Cod. Holstenii.

Ibid. Ἰούλιος Καῖσαρ] Suidas in *Καῖσαρ*, Cedrenus p. 165. Zonaras, Symeon. Logoth. in Chron. MS. etc.

Pag. 354. 5. *Ὀλυμπιάδος*] Addit Holstenius, *καὶ μὴ διαδεχθείσης Ὑπατείας, ἤτοι Τριουμβιρατορίας κατὰ δοκιμασίαν τοῦ κοινοῦ τῆς Συγκλήτου.*

Pag. 354. 17. *Οὗτος Γάϊος Ἰούλιος*] Hunc locum expendit Scaliger lib. III. Canon. Isagogic. p. 301. 302. V 431

Καὶ μὴ διαδεχθείσης] Haec ex Holstenio supplevimus, usque ad *ἀπὸ γὰρ*, etc. quae desunt apud Scaliger. et Rader. Infra ex eodem, *Δικτατορίας* pariter reposuimus, pro *Τριουμβιρατορίας.*

Pag. 354. 19. *Καὶ προστέθη*] Petavius ex hoc loco colligit Antiochenos horum annorum initium ex a. d. IV. Maii

Digitized by Google

mensis deduxisse videri, quae est sententia Scaligeri lib. III. Canon. Isagog. Id negat Henricus Valesius ad Evagrium lib. I. cap. XII. huncque sic intelligi debere contendit, ut Senatusconsultum, quo civitas sui juris ac libera pronuntiata est, mense Maio acceptum fuerit, ac publice propositum: annos porro Antiochenos, qui XLVIII. annis Natalem Christi antevertunt, non ab Maio mense, quod vult Petavius, sed a Novembri deduci censet. Verum Auctor Chronici infra verbis disertis scribit a primo Caii Caesaris, et ipso XII. die mensis Artemisii, seu Maii, Antiochenos annos suos putare: ita ut mendum sit in alterutro loco in mensis die, cum hic XXIII. infra XII. dicatur. *Αὐτονομίας* autem Antiochenorum memoria habetur in veteri nummo, hisce verbis: *ANTIOXEΩN MHTPOΠOΛ. ATTONOMOT*, de qua etiam, ut et de anno quo concessa est, multis egere Scaliger ad Eusebium pag. 156. 240. et lib. III. Canonum Isagogic. pag. 301. Petavius lib. X. de Doctr. Temp. cap. LXII. et ad Epiphanium pag. 192. Henricus Valesius ad Evagrium, Goarus ad Syncellum p. 74. Herwartus in Chronol. cap. CCV. CCVI. CCXI. CCXII. CCXIII. CCXIV. CCXXXVII. Grandamicus in Chronolog. Christ. part. II. p. 56. Spanhemius Diss. IX. de Praest. Numism. p. 866. et alii passim Chronologi.

Pag. 355. 5. *Καὶ πρῶτον ἔτος*] Indictionum duo videtur Auctor Chronici statuere principia: primum hoc anno, alterum anno Christi CCCXIII.

Post hanc extremam *περιοχὴν*, sequebatur in editione Rideriana Catalogus Imperatorum ab Augusto usque ad Constantinum Monomachum, adscriptis duntaxat Imperii annis, iisque haud parum semper fidis, atque adeo etiam in Codice Vaticano, sed alia et multo recentiori manu quam Chronicon ipsum descriptus, cui ab imperito aliquo insertum verosimile est: cum Auctoris Chronici esse non possit, qui in Heraclium, quo imperante vixit, desinit. Sed et neque illum Catalogum agnovit Codex Holstenii. Atque id causae fuit, ut tanquam perperam insertum *πάρεργον* inde avulsum, ne series Scriptoris abrumperetur, ad Chronici calcem, cum aliis selectis aliquot amandaremus, ne hac qualicunque merce fraudetur Lector. Ejusmodi autem complures habentur in Codd. MSS. a Graecis conscripti Imperatorum Catalogi, adjunctis Imperii annis: sed et in editis aliquot, ut apud S. Maximum in Com-
P 518 puto, Nicephorum in Chronologia, Leunclavium in Jure Graecorom. Labbeum ad Glycam, Petavium ad Nicephori Constantinopolit. Breviarium, Henric. Doduellum in Dissertationibus Cyprianicis, etc. quos cum isto conferre poterit Lector, si tanti videatur, ut omittam Clementem Alexandrinum lib. I. Stromat. pag. 539. qui accuratum Imperatorum Catalogum, us-

Digitized by Google

que ad Commodi necem, cum annis Imperii pertexuit, et aliquot alios ex Latinis.

Pag. 355. 9. *Ἀφ' οὗ τὰ Ρωμαίων ἤκμασεν*] Eadem fere Georgius Syncell. p. 305. qui habet, *ἐπὶ τούτου, eo imperante.* Proinde legendum, *ἐφ' οὗ.*

Pag. 355. 13. *Ἀρχὴ Ἰνδικτιῶνος*] Haec absunt a Codice Holstenii.

Pag. 355. 14. *Ἀπὸ πρώτου ἔτους τοῦ Γαΐου*] *Τοῦ* delet Cod. Vatic. Indictionum usum a Julio Caesare inventum quidam praeterea opinati sunt, atque in iis Georgius Hamartolus in Chron. MS. in eodem Julio: *καὶ τὰς Ἰνδίκτους καὶ τὸ Βισέξτον ἐφεῦρεν.* Has a primo ejusdem Imp. anno auspicatur Scriptor Paschalis Chronici: Sanctus vero Maximus, seu indiculi hic descripti Auctor, ab anno II. Augusti, quo *αἱ Ἰνδίκτοι ἤρξαντο ψηφίζεσθαι.* Sed utrumque falsum, cum id nominis in temporum putatione tum primum auditum constet V 432 Constantino M. imperante. Porro hunc locum, quoad aeram Antiochenam, pluribus examinat Scaliger lib. v. de Emend. temp. p. 504. et 505. monetque pro *ἤγουν ιβ'.* legendum *Ἰνδίκτου ιβ'.* et pro *ἀπὸ πρώτης*, legendum *ἀπὸ πρώτης καὶ αὖται.* Hunc praeterea consule ad Eusebium pag. 152. et lib. III. Canon. Isagog. p. 301. et 302. ubi observat annos Antiochenos in XV. distributos dare veram Indictionem, atque adeo hinc in hoc Chronico omnes annos a Caesare, *καὶ ἀπὸ χρηματισμοῦ τῆς Ἀντιοχείας* per Indictiones putari, quum ante Epocham Antiochenam nulla Indictionis in annis nota sit, quod et ipsum notatu dignum esse ait, cum procul dubio, inquit, omnes Indictiones ab Antiochena derivatae sint, quae a Maio mense inibat. Hic caeterum mire turbat Auctor Chronici, cum primum Julii Caesaris Imperii annum in Consulatum Lepidi et Planci conjicit, qui biennio ante a Bruto et Cassio caesus obierat, caeteraque ad illum spectantia in annos sequentes, ut et ejus mortem conjicit: quae quidem ab ineptis sciolis in Paschalion alienis locis subinde intrusa, haud aegre emendabuntur, si anni duntaxat Imperii Julii Caesaris hic notati, non autem Consules, spectentur, et suis quibusque locis supra inserantur: nec enim, quod censuit Scaliger in Notis ad Eusebium pag. 157. ideo Auctor erravit, quia post VI. annos, et in Consulatu Planci et Lepidi, aerae Antiochenae statuit initium, cum, inquit ille, sequatur Eusebium in Consulibus, quod et facit Orosius et Cassiodorus, ut aliquando VI. aliquando paucorum annorum intervallo anticipent Epocham Regifugii aut Palilium urbis. Neque enim ii quae acciderunt C. Julii Caesaris temporibus, neque illius Imperii annos Augusti annis adscripserunt, ut hic factum advertimus. Cum igitur Julius Caesar Princeps Senatus Imperator dicitur, Pansa et Hirtio

Digitized by Google

Coss. id, ut et Indictionum et Aerae Antiochenorum initium referendum ad Consulatum ejusdem Caesaris II. et Servilii Isaurici, quo Caesar Dictator perpetuus primum dictus est: ut ad Consulatum Caleni et Vatinii, qui II. annus fuit Imperii Caesaris, quo et coeptam aeram Laodicensium, et bellum Isauricum gestum scribit, tametsi Antonino et Isaurico Coss. actum alii dicant, et ad Consulatum Caesaris III. et Lepidi, ad quem bellum gestum contra Scipionem et Hircanum Pontificem refert, ac denique ad postremum Caesaris Consulatum, illius caedem, quam perperam etiam Fasti Idatii ad Consulatum Antonini et Isaurici referunt: ita enim omnia utcunque constabunt.

Pag. 355. 16. *Αντιοχεῖς*] Locum hunc pariter examinant Scaliger in Canonibus Isagogicis pag. 301. et 302. et Petavius lib. x. de Doctr. Temp. cap. LXII. pag. 267. ubi de initio Indictionum multa commentatur. At non plane assequor cur ita scribat Georgius Monachus in Chron. MS. *Ἐν τῷ μά ἔτει τῆς Αὐγούστου βασιλείας, ἐν τῷ ϛφ΄ ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ἤρχθη ὁ κατὰ Αντιοχείας τῶν ἐτῶν ἀριθμὸς, καὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ κατὰ σάρκα γεννηθέντος*, cum anni Antiocheni annos Christi XLVIII. excedant, uti supra attigimus.

Pag. 356. 3. *Λαοδικεῖς*] Laodicenae epochae meminit Eusebius in Chron. in Probo, ex quo eruit Scaliger Antiochenam anno uno antevertere Laodicenam, quod firmat hic locus Chronici, ubi Antiochenam anno I. Julii Caesaris, Laodicenam anno II. initium ducere observat. Aerae Laodicensium characterismus extat praesertim in nummo aereo mediae magnitudinis in Archeio Regio, in quo symbolum urbis, capite scilicet turrito, effingitur, cum hac inscriptione: *ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ.* ad latera capitis, *Χ.* et *ΕΔ.* describuntur. In altera nummi facie caput Imperatoris laureatum habetur cum hisce characteribus. . . *ΚΑΙCΑΡΙ. CΕΒΑCΤΩ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΩ.* In medio nummo *ΒΑΡ.* Eadem Epoche describitur in nummo aereo tertiae magnitudinis, qui est Dom. Droni, in quo caput Imperatoris cum radiato diademate, absque ulla nominis notatione, exhibetur: at sub imam partem
V 433 haec aera *ΒΑΡ* describitur. In postica, figura militaris stat cum hasta, et Inscriptione, *ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ.* Qui quidem nummi ad Diocletiani annum IV. referri necessario debent. Extat alius in eadem Gaza Regia nummus Antonini Pii, in quo hi characteres describuntur: *ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΗΠΡ.* ubi haec expressa Laodicensium Aera ejusdem Antonini anno IV. quadrat. Ex quibus
P 519 quidem nummis colligitur Laodicenses sese Julienses appellasse, ab indulta a Julio Caesare *αὐτονομία*, cujus indices sunt num-

Digitized by Google

mi alii de quibus egit vir doctissimus Joannes Harduinus, in quibus *Ομονοιῶν*, seu foederum initorum cum Pergamenis, Ephesiis, Smyrnensibus et Nicomediensibus fit mentio, quae certa sunt indultae ac servatae libertatis argumenta. Hoc autem loco Laodicea *ἡ παράλιος*, seu *πρὸς Θάλασσαν*, intelligitur, quam liberam vocat Plinius lib. v. sect. XVIII. Vide Herwartum in Chronolog. cap. CCXXXVI.

Pag. 356. 4. *Πόλεμος Ισαυρικὸς*] Idatius hoc anno.

Pag. 356. 6. *Αντώνιος*] Eusebius, Syncellus, et alii.

Pag. 356. 10. *Αλβίνου*] Schott. *Καλβίνου.*] Idat. MS. *Galbino* II. *et Pollinione.* Scalig. *καὶ Πουλλίωνος.* Dio, *Καλουΐτου καὶ Πωλίωνος.* Post hunc Consulatum, scriptum erat in editione Raderiana, *μετ' Ολυμπιάς*, quod deest in Edit. Scaligeri, et in Cod. Holstenii: unde illud expunximus ut perperam hic insertum. Hanc porro Olympiadem suo postea loco inseruimus.

Pag. 356. 12. *Γάϊος Ιούλιος*, etc.] Vide Josephum lib. XIV. Antiq. Jud. et Dionem lib. XLVIII.

Pag. 356. 15. *Εἰσὶν δὲ*, etc.] Haec et sequentia desunt in edit. Scaligeri.

Ibid. Εἰσὶν δὲ καὶ] Hanc seriem summorum Pontificum rursum infra ingerit pag. 207.

Pag. 358. 13. *Τῶν παρὰ Ιουδαίοις*, etc.] Ex Eusebii Chron. p. 153. ubi Scalig. p. 161. 163. 164.

Pag. 358. 14. *Αλλόφυλος*] Id negat Scaliger in Prolegomen. ad Eusebium, et Casaubonus Exercit. I. ad apparatum Annal. Eccles. num. II. III. IV. V. probatque Herodem neque *προσήλυτον*, neque *ἀλλόφυλον* fuisse, quod ex Africano scripsit Eusebius: contra id firmare conantur Serrarius et Petavius lib. XI. de Doctr. Temp. cap. V.

Pag. 359. 10. *Σαλούστιος*] Ita Idatius. Eusebius: *Sallustius diem obiit quadriennio ante Actiacum bellum.* Ubi consulendus Scaliger.

Pag. 360. 8. *Καθὼς ἐνταῦθα φέρεται*] Glossema alienum pro aera Christi additum.

Pag. 360. 16. *Κικέρων*] Eusebius: *Cicero, ut quibusdam placet, in Caietis interficitur.* Georgius Syncellus: *Κικέρων ὁ Ρήτωρ συγκλητικὸς ἐν Γαΐταις ἀνηρέθη τῆς Ιταλίας· ὡς καὶ ἄλλοι φασὶν, ὅτι φαρμάκῳ διέφθειρεν ἑαυτόν.* Denique Idatius ad Consulatum Antonii et Libonii: *His Coss. obiit Cicero, interfectus die* IV. *Kal. Maias.* Sed de anno II. Olymp. CLXXXIV. quo interiit Cicero, consulendus Scaliger ad Eusebium p. 160. ut alios praeteream.

Pag. 360. 18. *Ερβα Κωπίου*] Schott. *Νέρβα Κοππείου.* Scal. *Ερβα Κωπείου.* Dio, *Κοππίου Νερούα.*

Pag. 360. 20. *Ἔκλειψις Ηλίου ἐγένετο*] De qua vide Herwartum in Chronologia cap. CCXXV.

Digitized by Google

Pag. 360. 21. *Ηρώδης*] Ex Eusebio p. 154. ubi Scaliger p. 165.

Pag. 361. 11. *Καὶ Κικέρωνος*] Ita Schott. Dio lib. 51. p. 523. de hoc Ciceronis Consulatu: *τεθνεῶτα τὸν Αντώνιον ἠγγέλθη, Κικέρωνος, τοῦ Κικέρωνος παιδὸς, ἐν μέρει τοῦ ἔτους ὑπατεύοντος.* Idatius: *Octaviano et Paulo.* Post hunc Consulatum poni debuit Consulatus *Aenobarbi et Sosii*, qui loco alieno infra ponitur, ut et apud Idatium.

Pag. 361. 13. *Αὐγούστου τὸ β'.*] Idatius et Fasti, *τὸ γ'.*

Pag. 361. 18. *Αὐγούστου τὸ γ'.*] Idat. et Fasti, *τὸ δ'.* Expungendus vero sequens Consulatus.

Pag. 362. 2. *Παῖς δὲ οὗτος ἦν Ηρώδου*] Id ab Eusebio hausit Auctor Chronici, ut et Epiphanius haer. xx. n. 1. et Symeon Logotheta in Chron. MS. Eusebius vero ab Africano apud Georgium Syncellum p. 296. Neque enim Herodis Regis pater Herodes appellabatur, sed Antipater, quomodo illius avus vocabatur, ut ex Josepho colligitur lib. xiv. cap. 11. Neque *Ἡρώδουλος* esse potuit Apollinis, qui religione Judaeus erat, utpote Idumaeus, Idumaeis progenitus, qui a temporibus Joannis Hyr-
V 434 cani circumcisionem et legem acceperant, cujusque Antipatri pater, avus Herodis, vir nobilitatis insignis ac strenuus Dux fuit. Vide Scaliger. in Prolegom. ad Eusebium.

Pag. 362. 6. *Ηρώδης*, etc.] Eusebii Chronicon p. 154.

Pag. 362. 14. *Βασιλεύει Ηρώδης*] De anno obitus Herodis egit Scalig. in Prolegom. ad libros de Emend. temp. p. 16. ut et Petavius lib. x. cap. 1. 11. et 1v. de ejusdem vero posteris cap. x.

Pag. 362. 19. *Αενοβάρβου*] Reponendus hic Consulatus an. U. C. DCCXXII. qui perperam etiam apud Idatium extra ordinem positus fuerat.

Pag. 363. 5. *Εξτήλιος*] Ex Eusebio et aliis.

Pag. 363. 14. *Τῆς κτησάσης*] Id non Cleopatrae duntaxat, sed et M. Antonino adscribit Symeon Logotheta in Chron. MS. cujus haec sunt: *οὗτος ὁ Αντώνιος Κλεωπάτρας Αλεξανδρείας τε καὶ Αἰγύπτου ἀνταρσίαν βουλευσάμενος, γῇ καὶ λίθοις προσέχωσαν τὸν λιμένα Αλεξανδρείας τῆς πόλεως, καὶ Φάρον τῆς νήσου μεταξὺ διακείμενον θαλάσσης πορθμὸν ὡσεὶ δ' μιλίων ἔχοντα διάστημα. Τοῦτον οὖν τὸν πορθμὸν χειρὶ πολλῇ καὶ σπουδῇ καὶ δαπάνῃ, Δεξιοφάνους μηχανικοῦ τοῦ ἔργου προηγουμένου, συντελέσαντες, ἤπειρον καὶ βατὸν, τὸ πρότερον ἄβατον, καὶ ἀκωλύθως ἐξεῖναι, πρὸς τὸν Φάρον, καὶ διαβαίνειν πεζοῖς ἀνθρώποις, ὁμοίως καὶ κτήνεσι πεποιήκασιν.* Sed an Cleopatra Pharum revera condiderit, et Phari insulam continenti prima adjecerit, jure ambigunt doctiores, atque in iis Scaliger ad Euseb. p. 132. Henricus Valesius ad Ammiani libr. xxii. et Humfredus Hodyus in Dissert. de Aristea cap. xx. quos consulere cuivis libitum est.

Pag. 363. 15. *Τὴν Πρωτέως*] Ita supra anno U. C. DCLXX.

Digitized by Google

ubi de LXX. Interpretibus. Ammianus: *Insula Pharos, ubi Protea cum Phocarum gregibus diversatum Homerus fabulatur inflatius.*

Pag. 363. 17. *Ἀπὸ μιλίων δ'.*] Spatium istud inter continentem et insulam Phari, quam *Φαρίαν* vocat Epiphanius lib. de Mensur. et Ponder. interjectum, *Τετραστάδιον* vocant Scriptores, atque in iis Tzetzes, Heptastadium vero Ammianus, ut Josephus et Strabo, *Επταστάδιον χῶμα.* Ex quibus colligitur in hoc Chronici loco, et apud Cedrenum et Symeonem Logothetam, milliare pro stadio usurpari, cum alias milliare octo stadia contineat, ut notum pueris. Caesar lib. III. de Bello civili, DCCCC. passuum longitudine fuisse testatur. P 520

Pag. 363. 19. *Επoίησεν ἡ Κλεοπάτρα*] Cod. Vatic. *ἡ αὐτὴ Κλεοπ. . .*

Pag. 363. 20. *Κνηδίου*] Ita reposuimus ex Cod. Vatic. et Scriptoribus omnibus, cum perperam editum esset *Κνησίου.* Rhodium Diophanem dixit Joannes Tzetzes Chil. III. v. 26. quem tamen Chil. VI. v. 194. *Κνήδιον* fuisse agnoscit. Infra, pro *χθόνα*, Cod. Vatic. *χθῶνα* legit.

Pag. 364. 5. *Σωσιβίου*] Ita Cod. Vatican. *Σωσίβιος* legendum censebat vir doctus, quasi id quod narratur is scripserit. Tres hoc nomine, sed qui ante haec tempora vixere, recenset Suidas: alterum, nisi ex iis sit, Laconem in Chronographia de Homeri aetate Clemens lib. I. Stromat. ut Sosibium alium Athenaeus laudant.

Pag. 364. 11. *Πρῶτος ἐγένετο Μονάρχης*] Qua in sententia est Orosius, qui Imperatorum seriem ab Augusto orditur.

Pag. 364. 12. *Ο Κλανγίνος*] Ita praefert Codex Vaticanus, tametsi non citra mendum. Si nummorum Augusti attendantur Inscriptiones, erunt fortasse qui pro hac voce, quae nihil sonat, legendum velint, *ὁ θείου υἱὸς, Divi filius:* nam sic passim in Graecis inscribitur: *ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ.* In Latinis vero et in Fastis Capitolinis, IMP. CAESAR DIVI F. AUGUSTUS. Quo spectant ista Censorini cap. XXI. *Ex ante diem* XVI. *Kal. Februarii Imperator Caesar D. F. sententia L. Munacii Planci a Senatu caeterisque civibus Augustus appellatus est, se* VII. *et M. Vipsanio Agrippa Coss.* At Petavius lib. X. de Doctr. Temp. cap. LXX. *Οκταβιανὸς* legendum censet: quam conjecturam amplexus est *ὁ μακαρίτης* amicus noster Joannes Baptista Cotelerius tom. III. Monument. Eccl. Gr. Quae quidem eo verosimilior, quo hujusce Chronici Scriptor Augustum fere semper *Octavianum* indigitat: tametsi nusquam ita appellatum apud Sue- V 435
tonium, Tacitum, Velleium, Florum, aliosque eidem Augusto supparcs Scriptores, prorsus constet: a quibus *Octavius*, ut a Dione *Οκταούιος* nuncupari solet, *Octaviamus* autem a caeteris qui deinceps scripsere, Juliano, Festo Rufo, Eutropio, utroque Victore, Zosimo, Vegetio, Senatore, Freculfo, et aliis passim.

Digitized by Google

Quinimmo neque *Octavium* se unquam appellavit Augustus, ex quo post extinctum Julium avunculum supremam Imperii dignitatem invasit: cum, uti testatur Suetonius, *C. Caesaris*, deinde *Augusti* cognomen assumpserit, ita ut ab hoc ipso tempore nusquam Octavius inscriptus legatur. Cur vero *Octavianum* ex Octavio, ut *Claudianum* ex Claudio, et *Tiberianum* ex Tiberio, uti semel ac iterum praefert MS. Codex Fastorum Idatianorum, interdum formarint deinceps Scriptores, fateor me non omnino assecutum, nisi dicatur plerisque ejusmodi vocibus appellativis has terminationes vulgi corruptelam induxisse, cujus subinde exempla alia indicamus in hisce Notis: nam et *Prasinianos* pro Prasinis, et *Venetianos* pro Venetis utramque Factionem appellat Spartianus in Vero. Vide Glossar. med. Graecit. in *Βενετιανός*.

Pag. 364. 15. *Κρατεῖ τῆς Αἰγύπτου*] Devictis Antonio et ipsa Cleopatra, cujus mortem prae caeteris describit Galenus lib. de Theriaca ad Pisonem p. 460. Edit. Basil.

Pag. 364. 16. *σϟ΄.*] Ita Eusebius in Chronico, quem calculum pluribus expendit Petavius ad Epiphanii libr. de Ponder. pag. 382. Scaliger *σνϛ΄.* edidit.

Pag. 364. 17. *Εμονάρχησεν*] Hanc periochen non agnoscit Scaliger: de annis vero quibus imperavit Augustus, copiose pariter egere iidem Scaliger lib. v. de Emendat. temp. et Petavius ad Epiphan. Haer. LI. et ad lib. de Pond. pag. 384. Sed et ab hoc Consulatu annos Augustorum putari ex Censorino observat idem Scaliger eodem lib. p. 455. et 456. et lib. III. Canon. Isagogic. p. 302. ubi qui non modo ii, sed et qui et Augustani et Actiaci dicti sint, multis disquirit.

Pag. 365. 4. *Χρυσῆ*] Holsten. *Χρυσός.*

Pag. 365. 5. *Οστρακον*] Idem Holsten. *Οστράκου.*

Pag. 365. 13. *Αὐγούστου τὸ ιβ΄.*] Aliter hic annus consignatur in Fastis: *Esernino et Aruntio.* *Αρούντιον* etiam habet editio Scaligeri, non *Αρούντινον.*

Pag. 365. 15. *Κέλσου καὶ Τιβερίου*] Fasti Idatiani MSS. *Celso et Hibero.* Sed hunc Consulatum omittunt Fasti omnes.

Pag. 365. 16. *Καλαβρίαν*] Sic Cod. Vatic. Sed *Καντα-βρίαν* legendum videtur: nam Cantabros ab Augusto devictos annis Urbis Conditae DCCXXX. et DCCXXXI. narrant Dio et alii.

Pag. 365. 18. *Θέατρον Μαρκέλλου*] Theatrum aedificari Romae coeptum a Julio Caesare, ab Augusto perfectum, et M. Marcelli sororis suae Octaviae filii nomine inscriptum ac dedicatum fuisse, ludis ejus rei gratia factis anno U. C. DCCXL. tradunt Suetonius in Augusto n. XXIX. et XLIII. et Dio lib. XL. et LIV. De incendio autem quo hoc anno DCCXXXII. atque adeo antequam dedicaretur, conflagravit, ni fallor, silent: unde legendum forte *ἐκτίσθη* pro *ἐκαύθη.*

P 521 *Pag.* 366. 5. *Λεντούλου καὶ Κορνηλίου*] Sed etiam Fasti

Digitized by Google

Idatiani. Schott. *Λεντούλου τὸ δ'.* Sed eosdem esse cum proximis constat.

Pag. 366. 7. *Σαμάρειαν*] Ex Chron. Eusebii, ubi consulendus Scaliger. Vide praeterea Georgium Syncellum p. 308. Albert. Aquens. lib. x. cap. xxvi. Guibertum in Hist. Hierosol. cap. xiv. et Wil. Tyrium lib. viii. cap. i.

Pag. 366. 9. *Τὸ Πάνιον*] Ex eodem Eusebii Chron. ubi idem Scaliger. Adde Syncellum p. 314. et ibi Goarum.

Pag. 366. 10. *Φορνικίου καὶ Σιλανοῦ*] Fasti Idatiani MS. *Fornicio et Silvano*, perperam in utroque Scriptore: legendum enim, ut apud Dionem et in Fastis, *Φουρνίου καὶ Καΐου Σιλανοῦ.* Furnii meminit Eusebius in Chron. *Furnii pater et filius clari Oratores habentur, quorum filius Consularis ante patrem moritur.*

Pag. 366. 11. *Δομετίου καὶ Αενοβάρβου*] Fasti Idatiani MSS. *Domitio Scipione, et Ahenobarbo.* Sed leg. *L. Domitio Ahenobarbo, et P. Scipione*, ut apud Dionem et alios.

Pag. 366. 16. *Μείζονα οἰκοδόμησεν*] Editio Scalig. *οἰκοδόμηκε.* Sed legendum *ᾠκοδόμησεν.* V 436

Pag. 366. 19. *Καὶ Κλάρου*] Leg. ut apud Schott. *Βάρου*, vel *Οὐάρου*, ut apud Dionem, et in Fastis. Vetus Inscriptio apud Sponium in Miscellan. eruditae antiq. pag. 277. et 289. TI. CLAUDIO NER. T. QUINTILIO VARO COS. Atque est hic primus Tiberii Consulatus.

Pag. 367. 3. *Στράτωνος πύργον*] Ex Chron. Euseb. et lib. ii. Hist. Eccl. cap. x. Robertus Monachus in Hist. Hierosol. lib. viii. *Est autem Caesarea insignis civitas Palestinae, in qua Philippus Apostolus dicitur domum habuisse, quae usque hodie monstratur, nec non et cubiculum filiarum ejus prophetantium. Est autem in littore maris sita, olim Pyrgos, id est Turris, Stratonis appellata. Sed ab Herode Rege nobilius et pulchrius, et contra vim maris utilius extructa, in honorem Caesaris Augusti Caesarea est cognominata, cui etiam in eo templum albo marmore construxit*, etc. Adde Will. Tyrium lib. vii. cap. xxii. lib. x. cap. xv. Erratum porro in Novella Justiniani ciii. pridem annotarunt viri docti, in qua Vespasianum Stratonis turrem Caesaream a se appellasse dicitur, quia in Palaestinae partibus Caesar salutatus sit: quod facile confutatur ex Josepho lib. xv. Antiq. cap. xiv.

Ibid. Καισανθηδόνα] Quae *Ανθηδὼν*, Josepho lib. xiii. cap. xxxi. dicitur, a quo sua hausit Tzetzes in Lycophron. pag. 121.

Pag. 367. 4. *Περσαβίνην*] Willelmus Tyrius lib. x. cap. xiv. *Arsur oppidum maritimum mari et terra obsidet. Est autem hic locus, qui alio nomine Antipatrida appellatur, ab Herodis genitore Antipatro sic appellatus, locus uber, silvarum et pascuarum multas habens commoditates.* Adde lib. ix. cap. xix. Ex hoc autem Chronici loco Stephanum emendat Holstenius: *Αντιπατρὶς, πόλις. Ηρω-*

HAVERFIELD LIBRARY OF ANCIENT HISTORY OXFORD
Digitized by Google

διανὸς, κτίσμα ἐπὶ Αντωνίου Καίσαρος. Sic enim legi in Codd. MSS. observat, πόλις, Ηρώδου κτίσμα, vel Κτίσμα Ηρώδου ἐπ' Αντωνίου Καίσαρος, ut praefert Cod. V. C. D. *Desmarets* Patroni Paris. At pro Αντωνίου, licet iidem Codd. sic praeferant, legendum putat idem Holstenius post Casaubonum, ἐπὶ Οκταουΐου, vel potius Αὐγούστου. Josephus lib. XVI. cap. IX. ἐν τῷ πεδίῳ τῷ λεγομένῳ Καφαρσαβᾷ aedificatam scribit.

Pag. 367. 6. Ρουβελλίου καὶ Σατουρνίνου] Fasti Idatiani MSS. *Robellio et Saturnino.* Sed perperam hos Coss. hic insertos alii adnotarunt.

Pag. 367. 14. Κατὰ Βρεταννῶν] Legendum videtur Γερμανῶν· hoc enim anno in Germanos rebelles profectum scribit Dio.

Ibid. Καὶ Αρμενίων] Atqui bellum Armeniacum gestum a Caio anno sequenti scribit idem Dio.

Pag. 367. 16. Οκταβιανοῦ τὸ ιγ'.] Idarii et aliorum Fasti, XII.

Pag. 367. 18. Ιουλίαν] Sueton. in Aug. n. LXV. Dio lib. LV. Syncellus p. 313. etc.

Pag. 368. 2. Αὐγούστου τὸ ιδ'.] Idatius et alii, XIII. Epiphanius Haer. LI. n. XXII. hunc Consulatum sic consignat: Οκταουΐου Αὐγούστου τρισκαιδέκατον, καὶ Σιλανοῦ. Porro in XXX. sequentium Consulatuum serie in Fastis Capitolinis, ejusdem Epiphanii et Auctoris Chronici varietatem pluribus expendit Petavius ad eundem Epiphanium pag. 92. et seqq. quem consulet cui ita visum sit: cum nobis duntaxat consilium sit Fastos Consulares, quoad nomina, invicem conferre, indicatis quae in ea diversitate subinde occurrunt difficultatibus ab aliis Criticis pridem enucleatis, quos adire cuilibet liberum erit.

Pag. 368. 5. Τὸ λϑ' ἔτος] Holsten. τὸ ιε' ἔτος.

Pag. 368. 6. Εἰλουὰ] Holsten. Εἰλούδ.

Pag. 368. 8. Τῆς ἑβδομάδος] Subdit idem Holstenius ια' ἀπὸ, etc.

Pag. 371. 5. Ημέρᾳ πρώτῃ] Has voces delet Cod. Holstenii.

Ινδ. ιε'.] Lineam hanc hoc loco inseruimus ex Holstenio.

Pag. 371. 14. Ἀπὸ τῆς συλλήψεως] Vide Scaligerum et Petavium in Auctario lib. VIII. cap. III. et ad Epiphan. p. 98. et 446. ubi multa de anno Christi natali, ut alios omittam.

Pag. 371. 20. Εἰλουὰ] Holstenius praeponit huic voci ς'. deinde ante singulos menses, λ'.

V 437 *Pag.* 371. 21. γιή ἡμέρα] κή legit Holsten.

P 522 *Pag.* 372. 12. Τοίνυν] Sic edidimus ex Holstenio, pro τὰ νῦν, uti ediderat Raderus, licet ita praeferat Cod. Vatic.

Pag. 373. 10. Εν γήρει] Ita Cod. Vatic. et Holstenii, ut et Lucae I. 36. Perperam ἐν γαστρὶ Raderus.

Digitized by Google

Pag. 374. 14. *Ἀδὰρ τριακάδι*] Holsten. *φαμενὼθ κθ'.*

Pag. 374. 15. *Τῷ Ἀδὰρ δεκάτῃ*] Holsten. *τῷ Νισὰν δεκάτῃ.*

Pag. 375. 13. *Ἐστι γὰρ κατὰ τὸ παρὸν*] Communem aeram biennio anticipare Scriptorem observat Petavius lib. XII. de Doctr. Temp. cap. IV. dum anno mundi Christi v. MDVII. consignat ortum: quamquam, inquit, foede omnia permiscet, et annos duos in unum confundit: hunc consule. Mendum etiam in hac perioche agnovit Raderus in Emendationibus, ubi scribendum monet pro cycli XVI. cycli XV. et in Graeco, pro ις', ιε'. Cum enim anni *mundi* v. DVI. cyclus Lunae sit XIV. erit anni v. MDVII. non XVI. sed XV. Jubet enim Auctor infra ex annis mundi subtrahi, antequam divisio per XIX. instituatur.

Pag. 378. 16. *Ο ἔτι*] Vocem ἔτι addidimus ex Holstenio.

Pag. 379. 12. *Εἶτα θέλοντες*] Raderus annotatiunculam istam hic apposuit: Inquiritur juxta Auctoris hujus mentem, feria hoc modo: Summa annorum a rerum conditu propositorum, bissextorum et dierum ab initio anni currentis usque ad diem datum dividitur per 7. quod restat, est feriae quaesitae index. Ut in nostro proposito, anni sunt 5507. bissexti 1376. dies ab initio anni currentis usque ad 24. Junii 175. summa omnium 7058. per *septem* divisa, relinquit 2. indicem feriae secundae. Vide praeterea Petavium in Auctario operis de Doctr. Temp. lib. VIII. cap. III.

Pag. 379. 16. *Εἶτα γνῶναι*] Scribit Petavius lib. IX. de Doctr. Temp. cap. III. et IV. Auctorem Chronici in anno Christi Natalis foede lapsum, ut supra monui, de quo pluribus agit loco laudato, et libro XII. cap. I. et seqq. praeter caeteros Chronologos, qui id argumentum fusioribus Commentariis data opera sunt prosecuti: quibus addere placuit sub finem istius Chronici excerpta de Natali Christi, necdum, si non fallor, edita, tum ex Chronico Eusebii, tum ex Hesychio, cujus alia quaedam extant, cujusque meminit Justinianus in Edicto de fide pag. 371. istius edit.

Pag. 381. 9. *Ηρώδης δὲ*] Ex Chron. Eusebii, ubi Scaliger.

Pag. 381. 11. *Επιπροστίθησιν*] Id est, *hunc et superaddit.* Eusebius interfectum pariter ait, contra quam scribit Josephus. Vide Scaligerum.

Pag. 381. 14. *μα'. Ινδ. α'.*] Hactenus Fastis Consularibus annos Urbis Conditae apposuimus: deinceps anni Christi apponentur, qui additi anno DCCLIII. eosdem annos U. C. exhibebunt.

Ibid. Πουβλίου] Ita etiam editio Scaligeri: sed legendum *Γαΐου*, ex Fastis, in quibus C. *Caesar*, *et L. Aemilius Paulus* hoc anno Coss. leguntur. Epiphanius Haer. LI. n. XXII. cui concinunt

Digitized by Google

Fasti Idatiani ex Cod. MS. *Λούκιον* vocat, perperam, ut observat Petavius: nam Lucius Caii frater Cos. designatus, antequam Magistratum iniret, extinctus est. Vide Grandamicum de Natali Christi pag. 169. ubi de ejus Circumcisione.

Pag. 382. 15. *Καὶ υἱοὶ αὐτοῦ*] Vide Epiphan. in Haeresi Harpocratianorum XXVII. n. VII. et in Haeresi Antidicomarianitarum LXXVIII. n. VII. VIII. Petrum Siculum in Hist. Manichaeorum p. 18. Mich. Glycam in Annalib. p. 208. 209. et hic infra p. 438. praeterea Baronium in Apparatu ad Annal. Eccl. qui ista ex apocryphis desumpta pluribus ostendit, cujusmodi sunt quae de hocce argumento damus ex Chronico MS. Symeonis Logothetae, sub calcem istius operis.

Pag. 382. 16. *Σιμὼν*] Epiphan. *Συμεών*.

Pag. 382. 20. *Ἐκ τοῦ μεγάλου Βασιλείου*] Totum hoc ex S. Basilio excerptum lemma, usque ad vocem *Ἀμήν*, omittit Cod. Holstenii.

Pag. 385. 5. *Γενήσεταί τις*, etc.] Haec sententia damnata est. Vide Soarem ad S. Thomam to. II. p. 42. et 43. ubi hunc Basilii locum laudat, et refutare conatur ex S. Thoma: sed legisse Epistolam se negat, quam hic habes ex Radero.

Pag. 386. 10. *Ἰνδικίου*] Hic variant Fasti. Epiphanius et Idatius, *Vindicium et Varum:* Senator, *Vinicium et Alfenum habent.* Sed hoc loco legendum *Οὐϊννικίου καὶ Οὐάρου.*[1]

V 438 *Pag.* 386. 17. *Λαμίου*] *Λαμμία καὶ Σερουΐλίου Νουμμίου* scribit Epiphanius, apud quem, ut hic, et in Fastis Idatianis, omittitur Consulatus *Cati et Saturnini.*

Pag. 386. 18. *Μάγνου*] Addit Epiphanius *Πομπηΐου*, perperam, inquit Petavius: fuit enim is *Cn. Cornelius Cinna Magnus*, ut est apud Dionem. Schottus Magno adjungit *Βόλουσσον.*

Pag. 386. 19. *Ἡρώδης*] Ex Chronico Eusebii, ubi Scaliger. Adde Gregor. Turon. lib. I. Hist. cap. XXIII.

Pag. 387. 5. *Καὶ Πλάγκου*] Epiphan. *καὶ Ἀρουγκίου.* Dio, *Αἰμυλίου Λεπίδου καὶ Λουκίου Ἀρρούντίου.* Fasti Idatiani, *Lepido et Aruntio.* Ita alii.

Pag. 387. 6. *Τιβερίου*] Deest hic Consulatus in Fastis. Apud Epiphanium legitur *Καίσαρος καὶ Καπίτωνος.* In Fastis vero Idatianis MSS. *Caesare et Capitone.* Nam hos omisit Labbeus. Vide Petavium ad eundem Epiphan. pag. 95.

Pag. 387. 7. *Ἀρχέλαον*] Ex Chron. Eusebii, ubi Scaliger.

P 523 *Pag.* 387. 9. *Λυσανίαν*] Negat Scaliger, quod scribit Eusebius, et ex eo Georgius Syncell. et Cedrenus, Lysaniam ullum fuisse filium Herodis, licet testem Josephum adducat, qui nullius uspiam filii Herodis meminit, cui nomen Lysaniae fuerit. Lysiam vocat idem Eusebius et Chron. MS. Symeonis Logothetae.

Digitized by Google

Pag. 387. 11. *Κρητίου*] Leg. *Κρητικοῦ*, ut apud Dionem, Epiphanium, in Fastis Schotti, Idatianis, et aliis.

Pag. 387. 13. *Καμερίνου*] *Camerum* vocant Fasti Idatiani MSS. *Κάμηρον* Epiphanius: sed *Camillo* legendum. Ita enim vocabantur M. Furius hoc anno Cos. cum Sexto Nonio Quintiliano, de quibus Dio.

Pag. 387. 14. *Καὶ Σιλανοῦ*] Schott. *Συλλανοῦ*.

Pag. 387. 17. *Καὶ Σκηπίωνος*] Ita editio Scaligeri. Raderus perperam *Σιπίωνος* ediderat, sed leg. *Καπίτωνος*, ut apud Schottum: nam hoc anno Coss. fuerunt *Germanicus Caesar Caesaris F. et C. Fonteius C. F. Capito*, de quibus Dio. Desunt ii apud Epiphanium, et in Fastis Idatianis, licet hos contra fidem Codicis quo usus est iis intruserit Labbeus. Vide Petavium ad eundem Epiphan. pag. 95.

Pag. 387. 18. *Φλάκκου*] Sic etiam utrumque Consulem nominant Fasti Idatiani. Epiphanius, *Φλάκκον καὶ Σιλουανόν*. Fasti Schotti, ut et Dio, *L. Plancium L. F. Plancum, et C. Silium C. F. Caecinam.*

Pag. 387. 19. *Ηρώδης*] Scaliger in Prolegomenis ad Eusebium, ridiculum esse ait, quod Archelao successorem Herodem Antipam det idem Eusebius, quasi, inquit, ille non eodem momento dominus unius Tetrarchiae ex patris testamento factus sit, quo Archelaüs duarum Tetrarchiarum, quibus, quando ab Augusto exutus et in Galliam relegatus est, tunc Herodes iste Antipas, et Philippus ejus frater, jam decimum annum potiebatur. Deinde, cur Herodes Antipas, subdit ille, potius quam Philippus, aut cur non ambo simul Archelao fratri successerunt? Sed quomodo Tetrarchiarum Archelai successor ille, aut iste potuerit esse, quae in fiscum redactae nunquam in potestatem Herodiadarum venerunt, sed a Procuratore Caesaris administrabantur?

Pag. 388. 3. *Σίξστου καὶ Σίξστου*] Epiphan. *τῶν δύο Σίξστων*. Sueton. in Octavio cap. 5. *Duobus Sextis, Pompeio et Appuleio Coss.* Fasti Idatiani: *Duobus Sextis, Pompeio Magno et Apuleio.* Dio, *Sexto Pompeio, et Sexto Apuleio.* Hos perperam, quasi diversi fuerint, rursum intrusit Scriptor Chronici: nam his successere Brutus et Flaccus.

Pag. 388. 5. *Μάγνου*] Haec vox abest in edit. Scaligeri, et apud Dionem: habetur vero apud Epiphanium.

Pag. 388. 6. *Βρούνου*] Ita Epiphanius et Fasti Idatii. At Dio Drusum Caesarem Tiberium et A. Norbanum Flaccum hoc anno Coss. habet, ut et Schottus, *Δρούσου καὶ Φλάκκου τὸ δ'.* atque ita legendum volunt Petavius et Holstenius. Deinceps addit idem Petavius Scriptoris Chronici anno uno tardiores esse Fastos, quam Epiphanii et Capitolini, usque ad Consulatum Messalae et Grati. Hunc adi.

Digitized by Google

Pag. 388. 6. *Ετη κβ'.*] De annis Imperii Tiberii agunt Scaliger lib. v. pag. 464. et Petavius ad Epiphan. pag. 384.

Pag. 388. 10. *Κράσσου*] Ita Epiphanius et Idatius. Dio et Fasti Flaccum habent. Vide Petavium loco laudato.

V 439 *Pag.* 388. 12. *Τιβερίου*] Post hunc Consulatum omissus Consulatus Silvani, seu Silani et Balbi, qui habetur apud Dionem, Epiphanium, Idatium, et alios. Proinde hic apponi debuit nota defectus, non vero, ut in edit. Scaligeri, *P. C. ejusdem Tiberii et Drusi:* indeque emendandae Indictiones v. VI. et VII. Sic porro hoc anno Epiphanius: *Τιβερίου Καίσαρος τὸ β', καὶ Δρούσου Γερμανοῦ τὸ β'.* Deinde sequitur Consulatus Silvani et Balbi.

Pag. 388. 14. *Καὶ Γράτου*] Sic etiam Fasti Idatiani: sed leg. *Κόττου*, ut apud Schottum: is enim est M. Aurelius Cotta.

Pag. 388. 15. *Τιβερίου Καίσαρος τὸ δ'.*] Recte, ut apud Dionem: perperam enim Epiphanius et Fasti Idatiani III. legunt.

Pag. 388. 17. *Αγρίππα καὶ Γάλβα*] Sic Dio et Fasti: Epiphanius, *Αγρίππου καὶ Βάλβου.* Vide Petavium pag. 96.

Pag. 389. 1. *Πούλλωνος*] Ita pariter editio Scaligeri: sed leg. ex Schotto, Dione et Fastis, *Pollione.* Epiphanius, pro *Βετέρου*, habet *Οὐέτερος*. quomodo etiam Dio.

Pag. 389. 2. *Καὶ Οὐάρου*] *Varum* etiam habet Idatius: sed leg. *Οὐάρωνος*, *Varrone*, ex Dione, Schotto et Fastis.

Pag. 389. 3. *Καὶ Λεντούλου*] Addit Epiphanius, *Γάλβου.* Idatius, *Galva. Cossum Cornelium Lentulum* vocat Dio.

Pag. 389. 5. *Γετουλικοῦ*] *Getulio* Fasti Idatiani, sed male: is enim est Cn. Lentulus Getulicus.

Pag. 389. 9. *Ιώσηππος*] Lib. II. de Bello Jud. cap. VIII.

Pag. 390. 1. *Οἱ Καθηγησάμενοι*] Hic rursum ingerit Scriptor Pontificum Hebraeorum seriem et successionem, quam supra descripsit p. 188. de qua prae caeteris egere Petavius lib. X.

P 524 de Doctr. Temp. cap. XLVII. et seqq. et Seldenus lib. II. de Successione in Pontificatum Hebr. cap. VII. ubi ille multis expendit discrepantiam inter Eusebium et Auctorem Chronici, quoad seriem et annos Pontificatus, quem adire cuilibet liberum erit.

Pag. 390. 10. *Καὶ Κτίστης*] Hanc vocem asterisco notavit Raderus, tanquam aliquid hic esset omissum, cum id epitheti Alexandro M. attributum nescio an quis attigerit, quod plurimas forte urbes sui nominis condidisse dicatur, quarum catalogum supra descripsit.

Pag. 391. 1. *Εν τούτοις τοῖς χρόνοις*] Joseph. lib. I. de Bello Jud. cap. I.

Pag. 391. 9. *Οὗτος πρῶτος*] Joseph. lib. XIII. Antiq. Jud. cap. XIX. et Epiphan. Haer. XXIX. n. III.

Digitized by Google

Pag. 391. 20. *Ρούφου καὶ Ρουβελλίνου*] Expungendus hic Consulatus, qui idem est cum Consulatu *duorum Geminorum:* ii enim, ut est apud Dionem, appellabantur *C. Rubellius Geminus, et C. Fusius Geminus.* Recte autem Fasti Idatiani Consulatum duorum Geminorum, sub quo passus est Christus, his verbis expresserunt, *Rufo et Rubellione:* tametsi pro *Rufo*, ut et hoc loco Chronici, *Fusio* legendum sit. Eodem in errore versatus est Epiphanius lib. II. contra Haereses cap. LI. ubi inter Consulatum duorum Geminorum, et Consulatum Vinicii et Longini, *Rufum et Rubellionem* pariter interposuit, quasi diversi fuerint a duobus Geminis. Nec hallucinationem advertit Scaliger lib. VI. de Emend. Temp. pag. 556. et 557. qui suffectos Consules fuisse existimavit, tametsi quibus, subdit ille, incertum. Vid. Lud. *d'Orleans* ad v. Taciti Annal. pag. 409. Petavium ad Epiphan. p. 96. et Henr. Norisium in Epist. Consulari pag. 8.

Pag. 392. 20. *Εἰς τὴν Κυρίου, καὶ κατὰ ἀλήθειαν*] Haec addititia verbis Lucae haud plana sunt.

Pag. 393. 12. *Τεσσαρακοστῷ*] Mendosum esse locum conficit Petavius ad Epiphan. Haer. LI. pag. 210. quia supra, pag. scilicet 192. annos LVI. menses VI. Augusto tribuit, ex quibus XIV. post Christi Natalem vixit: unde XLII. agere debuit, quo tempore natus est Christus.

Pag. 393. 16. *Τριακοστοτετάρτης*] Ita Cod. Vatican. At Ant. Allenus Trecensis Consiliarius, vir doctus, legendum censebat *τετρακοστοτετάρτης*, sub quinquagesimum annum quadra- V 440
gesimi quarti Jubilaei. Nam, ut is subdit, a v. MDXXXVI. si auferantur III. MDCCCXXXVIII. ex mente Auctoris per L. superabit XLIII. $\frac{48}{50}$

Pag. 394. 15. *Επακταὶ*] Hanc vocem delet Holstenius.

Pag. 394. 17. *Επακτὰς*] Hanc etiam hoc loco idem delet.

Pag. 394. 20. *Ταῦταί εἰσιν*] Sic restituimus ex Holstenio, cum prave esset editum, *ταῦτα εἰς ζ'.*

Pag. 395. 22. *Τῇ κζ' τοῦ Μαρτίου*] Ita emendavimus ex Holstenio, cum editum esset *ιζ'.*

Pag. 396. 2. *Τοῖς ,εφλς'.*] Sic pariter edidimus ex eodem Holstenio, cum editum esset *τῆς.*

Pag. 397. 1. *Δευτερόπρωτον*] Vide Gloss. med. Graecit.

Pag. 397. 19. *Ανὰ μέσως*] LXX. *ἀνὰ μέσον.* Hebr. *inter duas vesperas.*

Pag. 399. 1. *Ανέβη*] Textus Gr. habet *κατέβη, descendit.*

Pag. 399. 10. *Εἰσὶν δὲ τῶν Μαθητῶν*] De Apostolis hc Christi Discipulis multi ex eruditis hactenus egere, ac in primis Baronius an. XXXIII. n. XL. Combefisius ad Hippolytum de XII. Apostolis, Binius ad Dorotheum de XII. Apostolis et LXX. Discipulis to. VII. Bibl. Patr. et aliquot alii. Sed cum

Digitized by Google

quicquid de hisce Christi Discipulis a veteribus etiam quibusdam Scriptoribus dubiae pariter fidei proditum est, Hippolyto scilicet Tyri, et Epiphanio Cypri Episcopis, uti praeferunt MSS. Codices, a supposititio illo Dorotheo haustum fere sit, haud alienum duxi ab instituto, si ad Auctoris Chronici illustrationem, fusioris vice Commentarii, ex Cod. Regio illius opusculum hactenus integrum ineditum huic subderetur Quippe quae XII. Apostolos, et LXX. Discipulos duntaxat spectant, latine versa habentur in Bibliotheca Patrum, caeteris haud contemnendis omissis, ut quae non modo, quod fuerit in eo conscribendo Auctoris consilium, sed pravam etiam illius fidem aperte prodant. In eo enim omnia fere ἀσύστατα, verisque falsa admista sunt, ubi nusquam sibi constat, anachronismorum quibus scatet nulla habita ratione. Sed et quicquid de LXX. Discipulis ingerit, ex nominibus quae habentur in Epistolis Canonicis desumptum est, adeo ut iis Caesar etiam accenseatur, quod Caesaris seu Imperatoris Paulus meminerit, uti a viris doctis pridem est observatum. Quinetiam Auctoris nomen ipsum fictitium est: neque enim Dorotheus ille Martyr in rerum natura unquam fuit, uti supra attigimus, neque ista quae illius nomine circumferuntur Tyrius ipse latine Romae scripsit, quae conficta sunt ab otiosis et malae fidei Graeculis, qui Romae Veteris primatum iniquo ferentes animo, Novae praerogativam quavis ratione asserere semper sunt annixi. Atque id sane consilii satis aperit ille a quo confictus est, quique suam aetatem prodit, ὑποβολιμαῖος ille Dorotheus, dum post recensitos LXX. Christi Discipulos, Byzantiis longe ante quam Romanis Christianam Fidem praedicatam fuisse probare contendit, indeque Constantinopolitano Episcopo primas partes deberi conficit, captata exhinc occasione Byzantiorum Episcoporum ab eorum primo Stachy ad Metrophanem usque catalogum et seriem pertexendi, vel etiam forte confingendi. Qui quidem licet prorsus, ut diximus, confictus sit, futilis tamen auctoris apud Graeculos ea invaluit auctoritas, ut pro vero habitus sit ac genuino, adeo ut hunc Nicephorus ipse Constantinopolitanus Patriarcha in suam Chronologiam eadem omni-
P 525 no serie retulerit, licet totus iste Tractatus insulsis narrationibus, ac ridiculis anachronismis, ut dixi, ubique scateat. Byzantii quippe Episcoporum catalogum ab ipso S. Andrea repetit, vel certe a Stachy, quem ab eo factum Byzantii Episcopum ait, eique successorum continuam seriem affingit, contra quam fidei paullo sincerioris Georgius Cedrenus in Severo p. 256. et Symeon Logotheta in Chron. MS. ubi illo imperante primum constitutum esse Byzantii Episcopum Philadelphum (cujus Dorotheus iste non meminit) et annos III. praefuisse scribunt, cum ante octennium Ecclesiae praefuisset qui-

Digitized by Google

dam Presbyter. Huic successorem Eugenium sub Gordiano adscribunt, ac annos XXV. sedisse volunt. Tertium nescio an ii prodiderint. Certe Metrophanem quartum Byzantii Episcopum creatum anno IX. Constantini M. ait idem Cedrenus: quod in an. VI. rejicit Theophanes, in VIII. vero Scriptor Chronici, a quo primus Byzantii Episcopus nominatur, ut Alexander ejus successor, secundus, sub an. XVIII. ejusdem Augusti, quasi ante Metrophanem nulli antea Episcopi Byzantii fuerint, nisi haec intelligenda sint, ex quo urbs a Constantino fuit instaurata. Sed et non modo hanc a Dorotheo confictam Byzantiorum Episcoporum seriem amplexus est ipse Patriarcha Nicephorus, sed et Auctor Catalogi Episcoporum Byzantii editus a Leunclavio, et nescio quis Georgius Monachus, alius ab eo quem Hamartolum vocant, qui Chronicon contexuit ab Adamo ad Alexium Comnenum, exscriptis ad verbum aliis Scriptoribus, cujus partem aliquam edidit Combefisius inter Byzantinae Historiae Scriptores post Theophanem, licet in hisce nihil prorsus novi scribat. Is autem sic de ipso Dorotheo loquitur, verbis pene ipsis quibus ipse Dorotheus in Prologo, sub ann. mundi V. MDCCCXVI. Christi CCCXVI. *Τότε καὶ Δωρόθεος Ἐπίσκοπος Τύρου ὁ ἐπὶ Διοκλητιανοῦ πολλὰ κακοπαθήσας, καὶ ἐξορίας καὶ βασάνους ὑπομείνας, ἤκμαζεν. Πλεῖστα συγγράμματα καταλειπὼν Ρωμαϊκὰ, ὡς ἀφροτέρων γλωσσῶν ἐμπειρότατος καὶ πολυΐστωρ δι' εὐφυίαν γενόμενος. Οὕτως ἀκριβῶς καὶ περὶ τῶν Ἐπισκόπων τῶν Βυζαντίου, καὶ ἄλλων πολλῶν διεξῆλθεν τόπων. Ἐπανελθὼν δὲ ἐκ τῆς ἐξορίας, καὶ ἐν τῇ συνόδῳ εὑρεθεὶς καταλαβὼν τὴν ἰδίαν παροικίαν, διήρκεσεν ἕως Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου, καὶ ἐπειδήπερ οὐ προφανῶς, ἀλλὰ κρυπτῶς διὰ τῶν ἀρχόντων ὁ μιαρὸς ἀνὴρ εἰς τοὺς Χριστιανοὺς παροίνει, πάλιν ὁ μακάριος Δωρόθεος κατέλαβεν τὴν Οδυσσόπολιν, ἔνθα καὶ συσχεθεὶς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων Ἰουλιανοῦ, καὶ πολλοὺς ὑπομείνας αἰκισμοὺς, ἐν βαθυτάτῳ γήρει διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν ταῖς βασάνοις ἐναπέθανεν.* Istius Dorothei meminit rursum sub Juliano. Hos vero qualescunque ac supposititios Scriptores in publicum interdum efferri interest, ne ii in posterum ἀγιογράφοις, vel Ecclesiasticis tam temere accenseantur. V 441

Pag. 400. 16. *Κλεωπᾶς*] Qui alias *Κλωπᾶς*, et Joachimi patris Deiparae frater fuisse dicitur in Cod. Reg. nuper ex Chio huc allato.

Pag. 402. 13. *Δήμας*] Baron. an. LIX. n. XI.

Pag. 403. 11. *Τοὺς δὲ λοιποὺς*] Infra pag. 224.

Pag. 403. 13. *Ἀπὸ Ἀδὰμ*] Conferendus hoc loco Eusebius in Chron. et ex eo Prosper: neque enim in omnibus eum Auctore concinit.

Pag. 403. 17. *χιδ'*] *χλ'* emendat vir doctus ex iis quae habentur an. II. Solomonis.

Digitized by Google

Pag. 404. 6. *Ετερα τρία*] Primus omnium Eusebius, quod Hippolytus tantum indicaverat, ostendit intervallum a Baptismo ad Resurrectionem non minus esse triennio, quanquam minus quadriennio: quod priores Auctores, praeter Hippolytum et paucos alios, uno anno posteriores biennio terminarunt. Scaliger.

Pag. 404. 14. *Πάσχα τρία ἔτη*] Vide Petavium lib. XII. de Doctr. Temp. cap. XVII. et Usserium Armachanum in Annal. to. II. pag. 569. apud quos haec quaestio expenditur.

Pag. 404. 15. *Οὐεννικίου*] Epiphan. *Οὐεννικίου καὶ Λογγίνου Κασσίου*. *Vinicius* dicitur Idatio et aliis, et in vet. Inscript. MLXXXVII. Vide Herwartum in Chronolog. cap. CCXLIX. et Norisium in Epist. Consulari pag. II.

Pag. 406. 11. *Οντος Αρχιερέως Ελεαζάρου υἱοῦ Ανανίου*] Haec jure delet Cod. Holstenii.

Pag. 406. 12. *Τὸ ε΄ μόνου*] Idatiani Fasti MSS. *Tiberiano Caesare* IV. *solo:* ubi observanda vox *Tiberiano*, pro *Tiberio*, ut *Octaviano*, pro *Octavio*. Neque porro solus hoc anno Cos. fuit Tiberius: nam ei adjunctus fuit Sejanus, quo caeso et hoste publico denunciato, illius nomen e Fastis erasum, ut in Lapide Nolano, in quo suffecti ipsi Tiberio eo anno Consules describuntur. Vide Norisium in Epist. Consulari pag. 13. Errant autem Fasti in numero Consulatuum Tiberii.

Pag. 408. 1. *Εν ιη΄ τῆς Αρχαιολογίας*] Cap. VII.

V 442 *Pag.* 408. 13. *Λουγδόνον τῆς Σπανίας*] Immo Galliae urbe nota.

Ibid. *Οντος Αρχιερέως*] Haec absunt a Cod. Holstenii.

Pag. 408. 14. *Περσύκου καὶ Βετελλίου*] Seu, ut praefert editio Scaligeri, *Περσίκου καὶ Βιτελλίου*. Hos Coss. statim etiam post Consulatum Tiberii IV. seu V. ponunt Fasti Idatiani MSS. quos in editis post Galbae et Syllae Consulatum rejecit Labbeus contra fidem Codicis quo usus est, hisce verbis, *Persico et Vitellio Pulo*, adeo ut Auctori Chronici in hoc concinant: tametsi uterque Scriptor in nomine *Persici* hallucinentur, cum
P 526 *Paulus Fabius Priscus* dicatur Dioni lib. LVIII. sed cur *Pulo* addatur Vitellii nomini in Fastis Idatianis, qui quidem L. Vitellius dicitur eidem Dioni, non plane assequor: neque enim ausim asserere in Fastis fortean Graecis Scriptorem Idatianorum legisse *Οὐϊτελλιόπουλον*, ita ut id nominis posteri Graeci Vitellio tribuerint, quod cum esset in teneris *junior* vel *minor Vitellius* appellaretur, et postremus esset ex IV. P. Vitellii filiis, ut scribit Tranquillus. Verum, haec conjectura minus arridet: quin potius existimaverim Auctorem Chronici utriusque Cos. nomina confudisse, et Pauli nomen, quod erat Prisci, Vitellio aptasse. Utcunque sit, constat horum Consulatum male hoc anno referri, quem ii demum gessere post Consulatum Galbae

Digitized by Google

et Syllae. Errori, ni fallor, ansam dedit Vitellii nomen, Auli praenomine, ac L. Vitellii fratris primogeniti, qui in Consulatu quem cum Domitio Neronis Caesaris patre gesserat, obiit, ut tradit idem Tranquillus: cui suffectus fuit M. Furius Camillus Scribonianus, cujus cognomento Aruntii praeterea cognomen adscribunt Contius et Temporarius: qua vero auctoritate incertum, nisi forte Fastorum Siculorum, quorum excerpta tum vulgata erant, in quibus, ut et in Idatianis, Aruntius cum Ahenobarbo copulatur. Nam alterius gentis fuisse Aruntios, seu Arruntios, uti habent Fasti Capitolini, satis indicant Consules anni U. C. DCCXXXI. et DCCLVIII. et certe in Fastis Onuphrianis deest cognomen Arruntii in Camilli Scriboniani nomine.

Pag. 408. 18. *Μετὰ τὸ Βάπτισμα*] Vide Petavium lib. XII. de Doctr. Temp. cap. XIX. ubi gesta Christi a Baptismo usque ad Passionem percurrit.

Pag. 408. 20. *Τῷ ιθ' ἔτει τῆς Τιβερίου*, etc.] Vide Herwarti Chronologiam cap. CLIV. CLVI.

Pag. 409. 3. *Τοῦτο δὲ δ' Πάσχα*] Hic IV. Paschata numerat ab initio Praedicationis Christi: qua in sententia videtur fuisse Eusebius lib. I. Hist. Eccl. cap. X. cum alii III. duntaxat putent. Vide Henric. Valesium ad hunc locum Eusebii.

Pag. 410. 14. *Τετάρτην*] Holsten. *Τρίτην*.

Pag. 410. 17. *Ἰώσηππος*] Lib. VII. Antiq. Jud. cap. X. XII. XIII.

Pag. 410. 21. *Ην Βασιλεὺς*] Haec absunt a Cod. Holstenii.

Pag. 411. 1. *Πόντιος Πιλάτος ἐχρημάτισεν*] Has tres voces ex Holstenio addidimus. Sed et pro *ὡς*, legendum *ὅς*, *ille:* ita enim efferunt Graeci recentiores. Ridicula vero quae de Pontii Pilati nominis etymo Auctor hic inseruit, quae apud aliquot alios Scriptores etiam habentur.

Pag. 411. 5. *Ματθαῖος*] Immo Lucas cap. XXIII. 7. etc.

Pag. 411. 7. *Ἀπέπεμψεν αὐτὸν τῷ Ηρώδῃ*] Male hic ordo invertitur contra Joannis Evangelium: nam Christus primo ductus fuit ad Annam, deinde ad Caïpham. Vide Selden. de Success. in Pontif. Hebraeor. cap. XI.

Pag. 411. 15. *Ην δὲ Παρασκευὴ*, etc.] Ex Petro Alexandrino lib. de Paschate, cujus excerptum ex veteri exemplari exscripsit Casaubonus in Exercit. in Annal. Eccles. pag. 670.

Pag. 411. 17. *Οπερ μέχρι νῦν*] Nam Ephesi conscriptum a Joanne Evangelium consentiunt Scriptores. Vide Baronium an. XCIX.

Pag. 412. 4. *Καὶ ἐσκοτίσθη*] De hoc Solis deliquio tempore Passionis Dominicae egere prae caeteris Africanus apud

Digitized by Google

V 443 Georgium Syncellum, Petavius lib. XII. de Doctr. Temp. cap. XXI. et in Notis ad S. Epiphanium pag. 276. et Grandamicus lib. I. de Morte et Natali Christi cap. II. ut omittam alios.

Pag. 412. 5. *Περὶ οὗ*] Haec delet Cod. Holstenii, usque ad voces, *τοῦ ἡλίου ἐκλείψεως*.

Pag. 412. 9. *Φλέγων*] Cujus verba plurimus excutit Philoponus lib. II. de Creat. mundi cap. XXXI. lib. III. cap. IX. et ex eo Grandamicus, Huetius, et alii. Phlegontem vero et ejus Olympiadas laudat praeterea idem Philoponus lib. V. cap. I. ut et Africanus apud Georgium Syncellum pag. 322. Stephanus de Urbibus, et alii: de quo consulendi Scaliger ad Eusebium p. 185. Vossius de Hist. Gr. etc.

Pag. 412. 14. *Τὰ πολλὰ Νικαίας καταστρέψας*] Haec ex Holstenio addidimus, quae habentur infra apud Scriptorem Chronici, ubi hunc Phlegontis locum rursum laudat hoc ipso anno.

Pag. 413. 20. *Ἀλλ' ὥστε*, etc.] Haec desunt in Cod. Holstenii, usque ad voces, *τοσὶν ἔθεσιν*.

Pag. 414. 7. *Νεκρῶν*] Addidimus ex Holstenio *εἰδότες*.

Pag. 414. 14. *Παρὰ τῶν*] Holsten. *παρὰ τὸ* atque sic edidimus.

Pag. 414. 16. *Καὶ ευρίσκομεν*] Commutandi videntur ex superioribus numeri, et rescribendum, *unde colligimus anno* XI. *naturalis Cycli Lunaris, qui* XIX. *annos continet, positi vero* X. XXI. *epactas adjunctas*, etc. quod superiora evincunt ejus generis initia. Haec suo Codici adscripserat Anton. Allenus Trecensis vir doctus.

Pag. 414. 17. *Ἐπακτὰς κα'*.] Holsten. X.

Pag. 414. 19. *Λεπτοῖς*] Hanc vocem delet Holstenius.

Pag. 415. 2. *Τῇ κγ'*.] Holsten. *τῇ κδ'*.

Ibid. *Τῇ κγ'*.] Holstenius, *κδ'*. Vide Notas Cotelerii ad librum V. Constitutionum Apostol. cap. XIV.

Pag. 415. 9. *Καὶ δέδεικται*] Vide et confer tractatulum de anno Nativitatis et Passionis Christi, qui Chronico Paschali subjicitur.

Pag. 416. 5. *Τῶν τῶν Ἀποστόλων*] Scriptorum sententiarum, qui S. Ignatium ab Apostolis Antiochiae ordinatum fuisse
P 527 Episcopum tradidere, multis expendit idem Cotelerius ad Constitut. Apost. pag. 298.

Pag. 416. 6. *Ἐπιστολῇ*] Epistola scilicet interpolata ad Trallianos n. X. cujus interpretationem veterem hic damus.

Pag. 417. 10. *Τεθηκώς*] Hinc supplendus hiatus unius aut alterius vocis apud Eusebium in Chron.

Ibid. *Τῷ δὲ τετάρτῳ*] Eadem verba affert Eusebius, et ex eo S. Hieronymus in Chron. cujus latina hic descripsimus.

Pag. 417. 17. *Ἐν τῷ ιη' τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχ.*] Cap. III.

Digitized by Google

Pag. 417. 19. *Βαφεὶ*] Vide Selden. lib. I. de Success. in Pontif. Hebr. cap. XI.

Pag. 418. 11. *Κατὰ φησὶν ὁ Μέγας Βασίλειος*] Haec delet Holstenius.

Pag. 419. 4. *Τῇ τρίτῃ*] Holsten. *τετάρτῃ*.

Pag. 419. 7. *Ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος*] Hunc locum Athanasii usque ad *αἰώνων*, omittit Cod. Holstenii.

Pag. 419. 17. *Καὶ τῇ ιγ'.*] Holsten. *ιδ'*.

Pag. 419. 22. *Ἐξ ἧς κανονίζοντες*] Haec pariter absunt a Cod. Holstenii usque ad *Ἀμήν*. An respexit *Festum divisionis Apostolorum*, de quo in Gloss. med. Latin.

Pag. 420. 9. *Βαρνάβας*] Barnabam unum fuisse ex LXX. Christi Discipulis, ex variis Scripteribus docet Cotelerius ad illius Epistolam pag. 4, et ad lib. I. Recognit. cap. VII.

Pag. 420. 21. *Φιλίππου*] Quem perperam Polycrates *ἕνα τῶν ιβ' Ἀποστόλων* vocat, de quo Act. XXI. 8.

Pag. 421. 6. *Ἰάκωβος*] Vide Cotelerium ad lib. II. Constit. Apostol. cap. LV. et ad lib. II. Recogn. cap. LXVIII.

Pag. 421. 11. *Εἰσὶν δὲ καὶ αἱ παρακολουθήσασαι*] Vide Baron. an. LVIII. n. LV.

Pag. 421. 17. *Περὶ τῆς γεννήσεως*] Haec delet Cod. Holstenii usque ad *ὥρα τῆς ἡμέρας*.

Pag. 422. 1. *Χυὰκ κά.*] Holsten. *Χοιὰκ κθ'*. quemodo edidimus.

Ibid. *Ὥρα τῆς ἡμέρας*] Leg. *νυκτός*. Et mox, *ἡμέρᾳ ι' τῆς νυκτός*. Leg. *ἡμέρας*, Librarii vitio inversa.

Pag. 422. 2. *Καὶ ὁ Ἰορδάνης*] Haec, ut et quae mox subdit, sumpta sunt ex Apocryphis.

Pag. 422. 15. *Καὶ ἐστανρώθη*] Vide Petavium lib. XII. de Doctr. Temp. cap. XII. et in Auctario lib. VIII. cap. III.

Ibid. *Φαμενὼθ κθ'.*] Alii *κζ'*. V 444

Pag. 422. 20. *Ἀρουντίου καὶ Δενοβάρβου*] M. Furii Camilli Scriboniani, qui hic Arruntius dicitur, et Domitii Aenobarbi Consulatus poni debuit in Indict. IV. uti supra monuimus. Vide Norisium in Epist. Consul. pag. 14.

Pag. 428. 6. *Σελήνης τῇ ια'.*] Holsten. *τῇ ιβ'*.

Pag. 427. 14. *Φίλων*] Lib. de vita Mosis: *ἄγεται τὰ διαβατήρια δημοφανὴς ἑορτὴ, καὶ Χαλδαϊστὶ λεγόμενα Πάσχα.*

Ibid. *Καὶ Ἰωσήπου*] Lib. II. Antiq. Jud. cap. V. *Ὅθεν οὖν ἔτι κατὰ τὸ ἔθος οὕτως θύομεν, τὴν ἑορτὴν Πάσχα καλοῦντες. Σημαίνει δὲ ὑπερβασία, δι' ὅτι κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ὁ Θεὸς αὐτοὺς ὑπερβὰς Αἰγυπτίοις ἐνεπέσκηψεν τὴν νόσον.*

Pag. 429. 7. *Καὶ τῶν ὁσίων τῆς ἐκκ. διδασκ..*] Haec desunt in Holstenii Codice.

Pag. 429. 16. *Τὸ οὖν κά.*] Holsten. legit *κβ'*. Id etiam adverterat *vir* in hisce versatus Anton. Allenus, ubi ita ille:

Digitized by Google

Idem peccatum anno v. MDXL. Cyclus Lunaris naturalis XI. vocatur, cum naturalis sit XII. quem eodem anno prodit, a quo si Epactae ducerentur, fuisset XII. non quam prodit. Proinde voces *κατὰ φύσιν*, esse glossema opinatur.

Pag. 430. 14. *Γάλβα καὶ Σύλλου*] Servii Sulpicii Galbae, et L. Cornelii Sullae Consulatus cadit, uti supra monuimus, in Ind. v. an. Chr. XXXIII. Vide Norisium in Epist. Consulari pag. 16.

Pag. 430. 15. *Ἀγρίππας*] Ex Chron. Eusebii, ubi consulendus Scaliger.

Pag. 430. 17. *Γάλλου καὶ Νοννιανοῦ*] *C. Sestio Gallo, et M. Servilio M. F. Noniano*, in Fastis Onuphrianis. Alter, *Nonnianus* etiam dicitur in Idatianis. Vide Norisium p. 23.

Pag. 430. 18. *Ἐπὶ τούτων τῶν Τπάτων*] Ex Chron. Eusebii, ex quo etiam Orosius lib. VII. cap. IV.

Pag. 431. 2. *Τερτουλλιανὸς ὁ Ρωμαῖος*] Hae voces absunt ab Eusebio.

Pag. 431. 8. *Ἀελιανοῦ καὶ Πλαύτου*] Fasti Idatiani, *Aemiliano et Plautio.* Prosper, *Gallieno et Plautiano.* Anonymus Cuspiniani, *Gallieno et Plautio.* Vide Norisium p. 24.

Pag. 431. 4. *Τετάρτῳ ἔτει*] Vide Baronium an. XXXIX. n. IX. et seqq.

Pag. 431. 11. *Ἐν τῷ Παλατίῳ*] Immo in villa Luculliana, ut est apud Sueton. Eusebius, *in Campania.*

Pag. 431. 12. *Ἀπαις καὶ ἀγύναιος*] Recte adscriptum Codici, *οὐχ οὕτως*· habuit enim uxores et liberos.

Ibid. Ετῶν ο΄.] Sueton. cap. LXXVIII.

Pag. 431. 13. *Ετη δ΄.*] De annis Imperii Caligulae egerunt Scaliger lib. v. p. 468. Herwartus in Chronogr. cap. CCL. et Petavius ad Epiphanium p. 384.

Pag. 431. 14. *Ομοῦ ,εφμή΄.*] Abhinc ad finem usque Chronici, anni mundi omnes unitate peccant et superfluunt: quod paralogismo accidit, dum Librarius vel Lector parum accuratus, ac insuper turbatus forte hiatu annorum Neronis, non animadvertit in superioribus annum decessoris ultimum, non successoris primum constanter usurpari, hoc successoris primum designari credens, et eum et caeteros similes ad finem
P 528 omnes unitate auxit. Nec alia ratione occurri annorum ruinae potest, nisi Indictiones et Olympiades omnes sua sede revellantur, quod a vero longius recedere visum est. Quare pro v. MDXLVIII. rescribendum v. MDXLVII. et ita deinceps, unitate dempta. Haec observata ab Antonio Alleno.

Pag. 431. 15. *Νιπρίνου*] Ita etiam editio Scaligeri: sed leg. *Νιγρίνου*· atque ita emendavimus.

Pag. 431. 17. *Ιώσηππος*] Lib. XVIII. Antiq. Jud. cap. IX.

Ibid. Καὶ Ἀγρίππαν λύσας] Ex Chron. Eusebii.

Digitized by Google

Pag. 431. 20. *Οστις ἐβασίλευσεν*] Haec referuntur ad Agrippam, ideo quae de Herode hic inseruntur, parenthesi inclusimus.

Pag. 432. 1. *Ἰώσηππος*] Lib. I. de Bello Judaïco cap. XXI.

Pag. 432. 4. *Πόντιος Πιλάτος*] Ex Chronico Eusebii et lib. II. Hist. Eccl. cap. VII. a quo etiam hausere quae habent Georgius Syncellus p. 130. Scriptor Sylloges Historiarum Scaligerjana p. 387. Cedrenus p. 195. et Symeon Logotheta in Chron. MS. Aliter de Pilati morte scribit Joannes Antiochenus in Excerptis Valesianis p. 809. quem a Nerone gladio caesum ait, quod Christum absque Principis auctoritate ausus esset morte mulctare. Scribunt alii, ut auctor est idem Cedrenus, apud Caesarem Christi causa accusatum a Maria Magdalena, pelli recens bovi detractae insutum una cum Gallo, vipera et simia, ut solent Romani, radiisque Solis expositum periisse, vel denique, ut alii tradidere, utris instar excoriatum obiisse. Hunc propriis se manibus interfecisse scribit Gregorius Turon. lib. I. Hist. cap. XXIV. Ita etiam Glycas p. 234. Sed quae de Pilati morte vel supplicio, hic et ab aliis traduntur, hausta videntur ex Actis ejusdem Pilati apocryphis, Maximiani Imp. jussu confictis, quae se vidisse testatur Epiphanius, et de quibus egit Eusebius: quorum auctorem quendam Theotecnum fuisse volunt Theophanes et Cedrenus, cujusmodi habentur in Bibliotheca Regia et Colbertea, eadem forte quae laudantur ab eodem Gregorio Turon. cap. XX. eod. lib. V 445

Pag. 432. 9. *Κερσιανοῦ*] Leg. *Καισιανοῦ*, ut apud Schottum, Idatium, et Anonymum Cuspiniani. Dio, lib. LIX. *Aponium Celianum*, *vel Cassianum* vocat.

Pag. 432. 10. *Πέτρος*] Ex Chron. Eusebii. Vide Syncellum p. 331. etc.

Pag. 432. 12. *Μάρκος*] Euseb. in Chron. *Marcus Evangelista interpres Petri in Aegypto, et Alexandriae Christum annuntiat.* Vide Eutychii Origines, et ibi Seldenum.

Pag. 432. 16. *Τὸ β' μόνου*] Leg. *γ'*, ut apud Dionem, Idat. et al. Vide Sueton. in Caligula cap. XVII.

Pag. 432. 17. *Επὶ τούτου τοῦ Γαΐου*] Vide Chronicon Eusebii.

Pag. 432. 20. *Υπὸ τῶν ἰδίων σπαθαρίων*] *A protectoribus suis*, Euseb. in Chron. *ὑπὸ τῶν ἐν στρατείαις ἐπισήμων*, in Gr.

Pag. 432. 21. *Ων ἐτῶν λθ'.*] Sic Cod. Vatican. Leg. *κθ'*. Ita Eusebius. Natus enim Caligula Germanico patre et Capitone Coss. an. Chr. XII. Sueton. num. VIII.

Pag. 433. 2. *Ετη ιδ'.*] De annis Claudii agunt Scaliger lib. V. pag. 466. Herwartus in Chronolog. cap. CCLIII. et Petavius ad Epiphanium pag. 385.

Digitized by Google

Pag. 433. 3. *Αντωνίνου*] Ita Fasti Idatiani: sed leg. *Σαουηρνίνου*, ut apud Dionem, et in caeteris Fastis.

Ibid. Τούτῳ τῷ πρώτῳ ἔτει] De anno quo S. Stephanus Martyrii palmam est adeptus, praeter Baronium, prae caeteris egit Henric. Valesius ad Eusebii Hist. Eccl. lib. II. cap. I.

Pag. 433. 20. *Τὸ δ'.*] Leg. *τὸ β'.* ut in Idatianis et aliis Fastis, et apud Dionem.

Ibid. Καὶ Λάργου] Vide Norisium in Epistola Consulari pag. 29.

Ibid. Τὸ ε'.] Leg. *τὸ γ'.*

Pag. 435. 14. *Ἰωσήππου*] Lib. I. de Bello Jud. cap. XXI.

Pag. 435. 16. *Κράσσου*] Leg. *Κρίσσον.* Ita Scaliger. Fasti omnes, et Dio.

Pag. 435. 20. *Οὐϊννικίου*] *Vinicium* vocant Dio et Fasti.

Pag. 436. 5. *Κλήμης*] In Recognit. lib. X. cap. LX. LXI.

Ibid. Καὶ Τατιανὸς] Hoc non extat in libro ad gentes: nam is alia scripsit, ut testatur Clemens Alexandrinus.

Pag. 436. 8. *Ἀσιατικοῦ*] De his Coss. consulendus Norisius in Epist. Consulari p. 32.

Pag. 436. 19. *Ἰώσηππος*] Lib. II. de Bello Jud. cap. XI.

Pag. 437. 15. *Ὡς λέγει Χρυσόστομος*] Haec verba desunt in Cod. Holstenii.

Pag. 444. 8. *Μηδέποτε γίνεσθαι*] In hac Sententia sunt Procopius Gazaeus cap. I. et VII. ad Genesim, Lactantius, Chrysostomus, Damascenus. Quod si de Coelo Empyreo esset sermo, non abs re docerent. Vide Conimbr. lib. II. de Coelo cap. IV. q. I. art. II. et cap. V. art. II. Haec Raderus.

Pag. 444. 21. *Γαμοῦντες καὶ γαμιζόμενοι*] Haereticos illos carpit, qui mortuorum resurrectionem de liberorum procreatione continua intelligendam putabant, de quibus Philastrius. Vide Dissertat. XXII. ad Joinvillam sub initium.

Pag. 445. 11. *Οὐκ ἔσων ἐμὸν τοῦτο δοῦναι*] Nota hunc locum propter humanitatem Christi, quam infra solum spectat, cum de Justis ad coelum vocandis esset, eamque rem Deo Patri adscribit. Sic idem Raderus.

Pag. 447. 11. *Οὔτε μετὰ τῶν ἀσεβῶν*] Haec sententia ab Ecclesia damnata est. Putat Auctor medium fore locum etiam adultis inter coelum et inferos post extremum Judicium. Idem Rader. V 446 P 529

Pag. 450. 11. *Ζητητέον*] Haec et sequentia absunt a Cod. Holstenii, usque ad annum XIV. Neronis. Parro Cyrilli Epistola hic allata, inter editas non habetur, cujus interpretationem Raderianam hic dedimus. Sed nescio an is hanc reddiderit haec verba sub initium, *καὶ διὰ τὸ πρὸς σὲν εὐλάβειαν οἰκεῖον*, quae videntur ita verti debuisse: *et propter eo-*

Digitized by Google

cessitudinem quam habent cum tua Pietate, vel *Reverentia*. Vide Gloss. med. Graecit. in *Εὐλαβεῖς*.

Pag. 459. 5. *Φαξὰδ*] Holsten. *Ἀρφαξάδ*.

Pag. 459. 12. *Ἰταλικοῦ καὶ Τραχάνου*] Perperam editio Scaligeri *Ταλικοῦ* praefert. Quem vero Trachanum Auctor Chronici, *Trahalum* vocant Fasti Idatiani MSS. Alii *Trachalum*.

Pag. 459. 13. *Ἀφανὴς γέγονεν*] Fasti Idatiani ad hunc annum: *His Coss. Nero non comparuit*. Eadem loquendi formula utitur Chronici Scriptor, ubi de nece Domitiani: *ἀφανὴς γενόμενος τελευτᾷ*. At cur de Domitiano ita scripserit, haud forte mirum, quod a Senatoribus in Templo (ut certe fingit) illo interempto, subtractum oculis omnium in coelum raptum plebi persuadere in animo ii habuerint. Simile vero quidpiam de Nerone dici non potest, nisi audiendus sit Auctor Miscellae, qui *seipsum vivum defodisse scribit*: cui consentit Nicephorus Constantinopolitanus in Chronolog. *φυγὼν ἑαυτὸν ζῶντα ἔχωσεν*· ubi Contius legendum censebat, *κατέσφαξεν*. Procliviori emendatione *ἔχρησεν* dixisset, quae vox Graecis idem sonat quod *κατέσφαξεν*. Iidem Fasti Idatiani de extincto Valente: *ex ea die Valens Augustus nusquam apparuit*, igne scilicet in tugurio consumptus. Scaliger explicans haec in Abydeni fragmento ex Historia Assyriorum: *ὁ μὲν Θεσπίσας παφαχρῆμα ἠφάνισεν*· id est, inquit, obiit. At in Chronico nostro pag. 26. aliter haec vox *ἀφανὴς* sumitur, ubi de Saturno: *ἀφανὴς ἐν τῇ Συρίᾳ γενόμενος*, non amplius scilicet reversus in Syriam: neque enim in Syria obiit. An igitur Scriptor Chronici vanum illum quorumdam errorem attigit, cujus meminit Augustinus lib. xx. de Civit. Dei cap. xix. et Severus lib. ii. Hist. Eccl. qui nec eum occisum putabant, sed subtractum potius, cum putaretur occisus, vel etiamsi se gladio ipse transfixerit, curato vulnere ejus, vivum occultatum donec suo tempore revelaretur et restitueretur in regnum, sed et neque alium esse ab Antichristo existimabant: cui quidem confirmando errori ipsorum Gentilium accessit vulgata opinio, cum haud multo post illius necem, adhuc in vivis esse, et brevi magno inimicorum malo reversurum quidam jactarent, quod testantur Suetonius et Tacitus. Sane de Nerone idem fere quod Scriptor Chronici narrat Lactantius de Mortibus Persecut. n. ii. ubi etiam vulgarem hanc opinionem attigit: *Dejectus itaque fastigio Imperii, ac devolutus a summo tyrannus impotens, nusquam repente comparuit, ut ne sepulturae quidem locus in terra tam malae bestiae appareret. Unde illum quidam deliri credunt esse translatum ac vivum reservatum, Sibylla dicente matricidam profugum a finibus esse venturum, ut qui primus persecutus est, idem etiam novissimus persequatur, et Antichristi praecedat adventum.* Secus tamen de Neronis tumulo scribunt Suetonius et Eutropius.

Digitized by Google

Pag. 459. 14. *Ἐκ συσκευῆς τῶν Ἰουδαίων*] Haec ex libris apocryphis desumpta.

Pag. 459. 15. *Ὡς ἐκδίκησιν*] Cod. Vatic. *καθότι Πιλάτῳ ἀπεκεφάλησεν ὡς εἰς ἐκδίκησιν.* Rader. *Καθότε Πιλάτον ἀπεκεφάλισεν ὡς ἐκδίκησιν.* Vide quae supra annotamus de Pilati morte.

Pag. 459. 16. *Ἐτῶν ξθ'.*] Sic etiam Cod. Vatic. Sed est error in numero: obiit enim Nero XXXII. aetatis anno. Suetonius.

Ibid. Μετὰ Νέρωνα] Ex Eusebii Chronico.

Pag. 459. 17. *σζ'. ση'. σθ'. σι'. σια'.*] Haec post vocem *Ῥώμης* desunt in edit. Scaligeri, eaque omisimus, atque Raderus uncis incluserat.

Pag. 459. 18. *Ἑκαστος*] De annis Imperii Galbae, Vitellii et Othonis, qui alias perobscuri sunt, egerunt praeter Clementem Alexandrinum Scaliger lib. v. de Emendat. temp.
V 447 Petavius ad Epiphanium p. 385. et Pagius in Prolog. ad Dissert. Hypat. n. XIX.

Pag. 460. 4. *Ῥωμαίων ζ'.*] Plerique Scriptorum, Galbam, Vitellium et Othonem in Imperatorum serie omittunt, quod, ut ait Scaliger, *de iis vix quidpiam colligi possit praeter argumenta, incertaque eorum sint initia:* adde et quod arrepti, vel delati, gestique Imperii per tumultum quendam militarem tempus brevissimum fuerit. Unde tres hos Principes *ἀθλίους καὶ ἐνιαυσίους ἄρχοντας* vocat Eunapius in Prooemio. Proinde ex iis sunt quos Lampridius in Heliogabalo et in Alexandro Severo, *semestres et vix annuos et bimos*, Pollio vero in Claudio, *tumultuarios Imperatores ac regulos* appellant, *τῶν ἐν τοῖς ὀνείροις φαντασιῶν οὐδὲν ἀλλοιότερον γεγονότας*, ut addit Zosimus. Iis igitur, ut dixi, omissis, Neroni Vespasianum statim subdunt, ut Auctor Chronici rursum pag. 166. ubi Vespasianum post Neronem imperasse exerte ait, Hippolytus et Eusebius in Chronicis, idem Zosimus lib. I. Epiphanius in Ancorato n. LX. Marcellinus Comes, Senator, Mellitus in brevi temporum Expositione MS. Gregorius Turon. lib. I. Hist. cap. XXXIII. XXXIV. Freculfus, Auctor Collectionis Historicae apud Canisium to. II. Antiq. Lect. et aliquot alii, qui Vespasianum VII. ex Romanis Imperatoribus fuisse aiunt, caeteros deinceps Augustos, adjecto ad septimum numero recensentes: quod scilicet Vespasia-
P 530 nus statim fere post mortem Neronis Imperator acclamatus fuerit, tres vero alii pro tyrannis habiti sint, quorum Principatum, non Imperium, sed *rebellionem* ideo vocat Tranquillus in eodem Vespasiano cap. I. Clemens Alexandrinus lib. I. Stromat. et Orosius lib. VII. cap. IX. Vitellio et Othone duntaxat ex Imperatorum serie segregatis, ab Augusto, cui Monarchiae Romanae inchoatae primordia adscribunt plerique, ut observat

Digitized by Google

Usserius, octavum Titum, Domitianum vero nonum ponunt, ita ut Galbam non subtrahant, cum is primus a Nerone defecerit, a Galba deinde Otho et Vitellius: quos tamen idem Epiphanius lib. de Ponder. n. XI. in Imperatorum serie admittit.

Pag. 460. 4. *Ετη θ'.*] Obiit nempe Vespasianus anno Imperii IX. et die VII. ut est apud Eutropium et Orosium. Dio vero annos X. diebus VI. minus, Clemens Alexandrinus an. XI. menses totidem, dies XXII. imperasse scribunt. Cujus tantae diversitatis caussam recitat idem Dio apud Xiphilinum, quod scilicet inter mortem Neronis, et initium Imperii Vespasiani, annus et XXII. dies intersint, qui eidem Vespasiano adscribuntur a Dione, quod Nerone superstite Imperator acclamatus fuerit. At cum Paschalis Auctor Vespasiani Imperium incipiat a morte Neronis, ac IX. duntaxat annos eidem tribuat, factum inde ut infra duos sub eo Consulatus omiserit, uti mox docemus.

Pag. 460. 6. *Τίτου Ρουφίνου*] Ita Fasti Idatiani. Vide Norisium in Epist. Consul. pag. 46. 47.

Pag. 460. 7. *Επὶ τούτων*, etc.] Haec desumpta sunt ex Apocryphis.

Pag. 460. 11. *Τῷ αὐτῷ ἔτει*] Desunt ista in Cod. Holstenii, usque ad *γίνεται Πατριάρχης*. Caeterum eorum errorem secutus est Auctor Chronici, qui Petro Jacobum fuisse superstitem volunt, de quorum sententia consulendus Cotelerius in Epistolam Clementis ad Jacobum p. 406.

Ibid. *Πατριάρχης*] Atqui ea aetate nondum id nominis notum erat apud Christianos, de cujus initio apud Constantinopolitanos egit prae caeteris Allatius in libris de Consensu utriusque Ecclesiae.

Pag. 460. 13. *Ανιὼν ἐπὶ τὴν Ρώμην*] Jacobum eodem anno quo Christus in coelum ascendit, ordinatum Hierosolymorum Episcopum docet Eusebius in Chronico. Neque verum est quod ait Auctor Chronici, tum a Petro ordinatum esse cum is Romam proficisceretur. Occisus est autem anno Neronis VII. testibus eodem Eusebio et Hieronymo in Scriptoribus Ecclesiasticis. Longe enim aberrat, quod Vespasiani primo, Ind. XI. Galba et Tito Rufino Coss. Jacobi necem consignat. V 448
Haec Petavius ad Epiphanium pag. 466.

Ibid. *Ετελεύτησεν*] Vide Epiphan. Haer. LXXVIII. n. XIV.

Ibid. *Τὸ σχῆμα*] Sic infra in Juliano. Joan. Malela de Ignatio Episc. Antiocheno: *καὶ ἔλαβε τὸ σχῆμα τῆς Επισκοπῆς Αντιοχείας μεγάλης.* Herodianus lib. VI. init. *παραλαβόντος δὲ τὴν ἀρχὴν Αλεξάνδρου, τὸ σχῆμα καὶ τὸ ὄνομα τῆς βασιλείας ἐκείνῳ περιέκειτο.* et lib. VII. *φέρων Βασιλέως ὄνομα καὶ σχῆμα.* Chronicon Paschale an. XI. Theodosii Jun. *Εἰσελθόντος Αετίου*

Digitized by Google

Τπάρχου πόλεως μετὰ τοῦ σχήματος ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ, etc. Vide Theophanem anno x. Constantini M.

Pag. 460. 17. *Τῆς Βιθυνίας*] Reliqua deesse in MS. annotatur in edit. Raderi: proinde incertum an ex terrae motu labefactata vel eversa intelligatur Nicomedia.

Pag. 460. 19. *Ἀγρίππας*] Chron. Eusebii: *Judaeorum Agrippa, superioris Agrippae filius, ann.* XXVI. ubi Scaliger observat hunc Agrippam, non eo quo excisa sunt Hierosolyma, sed tertio Imperii Trajani anno obiisse, ex Photio Cod. XXXIII. in Justo Tiberiensi.

Ibid. Οὐεσπασιανὸς] Ex Chronico Eusebii.

Pag. 461. 10. *Αὐτοκράτορος μόνου*] Fasti Idatiani, *Vespasiano* II. *solo.* Fasti alii *Titum Caesarem* adjungunt.

Pag. 461. 11. *Τριακοστῷ ἐννάτῳ*] Haec expungit Cod. Holstenii usque ad vocem *Κυρίου*.

Pag. 461. 18. *Ἰώσηππος*] Lib. VII. de Bello Judaïco cap. XVII. Vide Scaligerum lib. V. de Emend. temp. p. 474.

Pag. 464. 20. *Πάσας δὲ ἐπαρχίας*] Haec et quae sequuntur usque ad haec verba, *ἁλώσεως καταλαβούσης*, desunt in Cod. Holstenii.

Pag. 461. 21. *Εὐσέβιος*] In Chronico, et lib. III. Hist. Eccl. cap. V. Severus Sulpitius: *nimirum ita Deo placitum, ut eo tempore quo Dominum cruci affixerat, gens impia neci daretur.*

Pag. 462. 9. *Πραΐδας*] Cod. Vatic. *πρέδας*.

Pag. 462. 10. *Καὶ τὰ μεγάλα Χερουβεῖμ*] Perstabant adhuc eo ipso loco, imperante Justiniano, ut auctor est Nicephorus Uranus in vita S. Symeonis Stylitae Junioris n. II. *Συμβὰν δὲ τὸν Συμεὼν μετὰ ταῦτα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῆς Ἀντιόχου διάγειν, ὃ Χερουβεῖμ εἰκότως ἀπὸ Τίτου ἑλόντος Ἱεροσόλυμα λέγεται, εἰκόνας τε περιωνύμους τῶν Χερουβεῖμ ἀπὸ τῆς ἐν αὐτοῖς ἀνελομένου ναοῦ πρός τε τὴν Ἀντιόχου μετακομίσαντος, κἀνταῦθα τῆς πόλεως ὡς ἐν ἐπιφανεστάτῳ στήσαντος.* Quae vero Cherubinorum figura fuerit, docent liber III. Reg. cap. VI. et Josephus lib. VIII. Antiq. Jud. cap. II. Porro pro *τῆς πύλης*, in hoc loco Chronici, *ταῖς πύλαις* emendavimus. Ita enim legendum fuit, aut *τῇ πύλῃ*. Mox pro *τὰ Χερουβεῖμ*, legendum videtur *Σεραφεῖμ*· atque ita reddidimus.

Pag. 462. 19. *Δάφνης*] De quo quidem Antiochiae suburbano multa multi sunt commentati, ac in primis Scaliger ad Eusebii Chron. p. 152. Casaubonus ad Capitolinum pag. 64. et
P 531 Petavius ad Epiphanium p. 305. Vide praeterea Baldricum lib. II. Hist. Hierosol. p. 104. Will. Tyr. lib. IV. cap. X. et Fulcon. lib. IV. Viae Hierosol. sub fin. quibus addendus Choricius Rhetor in Encomio MS. Summi, Ducis Palaestinae, sub Justiniano, ex Codice Regio II. MDCLXII.

Pag. 462. 21. *Συναγωγὴ*] Josephus lib. XII. Antiq. Jud.

Digitized by Google

cap. III. lib. II. de Bello Jud. cap. X. lib. VII. cap. XXI. et XXIV. Judaeos Antiochiae habitasse, et Synagogam habuisse testatur. Universitatis etiam Judaeorum, qui in Antiochensium civitate constituti erant, meminit lex prima, quae est Antonini, Cod. de Judaeis et Coelicolis.

Pag. 463. 7. *Συνάγεται*] Similem annorum *ὁμάδα*, sive collectionem, hoc loco habet Euseb. in Chron. et ex eo Prosper, ut et Cedrenus pag. 241. tametsi in annis ubique Scriptori non concinant.

Pag. 463. 10. *Τεσσαράκοντα δύο*] Non praecise anni XLII. sunt enim tantum XLI. fluente XLII.

Ibid. *Ἀπὸ δὲ ἕκτου ἔτους*] Eusebius: *a Darii secundo anno, sub quo rursum Templum aedificatum est.* Sed ex superioribus, anno scilicet II. Olympiadis LXI. anno VIII. Julii Caesaris, et anno XXI. Constantini, legendum *octavo.* Unde pro *ἕκτου*, quidam reponendum *ὄκτου* censent: sed ita etiam habet Cod. V 449 Vatic.

Pag. 463. 13. *Εἰς ἔτη φϟζ.*] Euseb. *anni* DXC.

Pag. 463. 14. *ἀρχ΄*] Euseb. *anni* MCII. Prosper MCIII.

Pag. 463. 16. *Ἰώσηππος*] Deest haec perioche in Cod. Holsteniano, usque ad *λιθοβοληθέντα.*

Pag. 464. 1. *Κομαγηνοὶ*] Sueton. in Vespas. cap. VIII. *Thraciam, Ciliciam, et Commagenem in Provinciarum formam redegit.* Chron. Eusebii: *Achaia, Lycia, Rhodus, Byzantium, Samus, Trachea, Cilicia, Commagene, quae antea liberae erant, et sub Regibus amicis erant, in Provinciam redactae.* Quippe antea Commagene, quam deinde Augustaphratensem dictam scribit Victor in Diocletiano, cujus metropolis fuit Samosata, ut auctor est Strabo libro XVI. Syria in Provinciae formam redacta, data seu relicta fuerat Antiocho, ultimo Syriae Regi ex Seleucidis, cujus extant nummi aliquot, ut et Jotappae filiae, cum voce *ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ*, post quorum obitum Commagene in Romanorum potestatem concessit, Flavio Vespasiano imperante, a quo Samosata, quae *Comageni Regni clarissima sedes* ab Ammiano appellatur, jus non modo *αὐτονομίας* consecuta est, sed etiam de ejus nomine *Flavia* est cognominata, quod testantur passim istius urbis nummi, quos prae caeteris descripsit vir eruditissimus Joannes Harduinus in Nummis antiquis illustratis, hoc scilicet quarto ejusdem Augusti anno, a quo annos suos deinceps putare coeperunt Comageni et Samosateni. Vide Scaliger. ad Eusebium p. 199. et Herwart. in Chronol. p. CLII.

Pag. 464. 7. *Πάντας ἀπὸ γένους Δαβὶδ*] Ex Eusebio lib. III. Hist. Eccl. cap. XII.

Pag. 464. 12. *Τίτου τὸ γ΄.*] Censorin. cap. XVIII. *Vespasiano* V. *et Caesare Coss.*

Digitized by Google

Pag. 464. 13. *Ο Κολοσσὸς*] Ita Dio apud Xiphilinum, Eusebius in Chron. Syncellus pag. 842. et Senator in Fastis. Mirum porro cur ab iis Colossus tum primum erectus Vespasiano imperante dicatur, quem sub Nerone confectum exerte ait Plinius lib. XXXIII. cap. VII. cum Vespasianus dempto Neronis capite, et Solis adjecto cum VII. radiis, Soli dicaverit. Et sane Sueton. cap. XVIII. refectorem duntaxat fuisse ait. Vide Scalig. ad Euseb. pag. 200. et 226. et Casaubonum ad Spartianum in Hadriano. Perperam porro apud Auctorem Chronici *ἐν Ῥόδῳ* irrepsit.

Pag. 464. 20. *Ἀλκίππη*] Ita finxere Graeci Glaucippem elephantum enixam esse, ut auctor est Tatianus contra Graecos.

Ibid. Ἐν ᾧ καιρῷ] Istius luis hoc anno meminit Eusebius in Chron.

Pag. 465. 1. *Τίτου τὸ ϛ'.*] Hic omittuntur duo Consulatus, quorum alter fuit *Commodi et Prisci*, qui pariter praetermittitur in Fastis Idatii, de quo pluribus egit Norisius in Epistola Consulari pag. 87. ubi hos ille privatos Consules vocat. Alter est *Vespasiani* IX. *et Titi* VII. sub quo Vespasianus obiit, ut est apud Suetonium et alios. Proinde reponendus in Chronico Consulatus *Titi et Domitiani*, post obitum Vespasiani.

Ibid. Καὶ Δομετιανοῦ τὸ β'.] De Consulatibus Domitiani egit vir doctissimus in Dissertatione Hypatica pag. 64. Sed in eo quod primam seriem Dioni adscripserit, errasse recte Norisius deprehendit. Quoad numeros in Chronico adscriptos non consentiunt Fasti Idatii, Prosperi, et alii. Notum ex Suetonio cap. XIII. Domitianum Consulatus XVII. cepisse, quod, inquit, ante eum nemo, ex quibus septem medios continuarit, omnes autem paene titulo tenus gessit, nec quempiam ultra Kal. Maii, plures ad Idus usque Januarias. De annis porro Domitiani consulendus Petavius ad Epiphan. pag. 386.

Pag. 465. 7. *Γάλβα καὶ Πολλίωνος*] Fasti Idatii, *Galva et Pollione.* Alii pro *Galba* Silvanum legunt. Prosper, *Silvano et Vero.* Vide Norisium in Epist. Consulari pag. 50.

Pag. 465. 8. *Ἕως τούτου τοῦ χρόνου*] Eusebius in Chron. ad ann. XIII. Domitiani: *Flavius Josephus vicesimum librum Antiquitatum hujus temporis scribit.* Vide Scaligerum.

Pag. 465. 11. *Πάθει δεινῷ*] Vide praeter alios Scriptores, Albupharaijum in Dynast. pag. 75. et Theod. Marsilium
V 450 ad Suetonii Titum cap. X. ubi plura de genere mortis Titi.
P 532 *Pag.* 465. 14. *Σαβίνου*] *Messalinum* vocat Prosper.

Pag. 465. 16. *Εὐνουχίζειν*] Ex Chron. Eusebii, ubi Scaliger.

Pag. 465. 18. *Τὸ ϛ'.*] VIII. apud Gruter. XXVIII. I. suffectis scilicet numeratis.

Digitized by Google

Pag. 465. 19. *Τὸ ζ'.*] Domitiani VII. Consulatum cum Q. Petilio Rufo jungit vetus Inscriptio apud Sponium in Miscellan. eruditae Antiquitatis pag. 352.

Pag. 466. 2. *Τὸ η'.*] XII. apud Gruter. v. 2. et Capitolinum in Pio, sub init. suffectis pariter numeratis.

Pag. 466. 3. *Τὸν ἄξυλον ναὸν*] Chron. Eusebii Hieronymianum: *Templum sine lignorum admistione construxit.* Ubi Scaliger pro ἄξυλον, legendum ἄσυλον conjicit. Syncellus p. 348. *Τότε καὶ ἄζυλον ὠκοδόμησεν.* ubi Interpres *asylum* vertit. Sed leg. ἄξυλον videtur.

Pag. 466. 4. *Πρώτη πενταετηρὶς*] Censorinus de die natali cap. XVIII. *Rursus tamen annus idem magnus per Capitolinos agonas coeptus est diligentius servari: quorum agonum primus a Domitiano institutus fuit, duodecimo ejus et Servii Cornelii Dolabellae Consulatu,* annis CXIII. post institutum ab Augusto agonem Actiacum anno U. C. DCCXXVI. ut est apud Clement. Alexandrin. Stromat. lib. I. pag. 451. Vide Scaliger. lib. v. de Emendat. temp. p. 481. et Casaubon. ad Sueton. in Domit. cap. VI.

Pag. 466. 6. *Δύο μῆνες*] Chron. Eusebii, ex Sueton. cap. XIII. Vide Scalig.

Pag. 466. 7. *Διὰ τὸ νίκας ἐν αὐτοῖς*] Aliter Sueton. *quod altero suscepisset Imperium, altero natus esset.*

Pag. 466. 11. *Τὸ ι'.* Vetus lapis apud Norisium pag. 53. habet IX. Collegam vero Q. Petilium Rufum II. Sic etiam Phlegon cap. XXIV.

Pag. 466. 14. *Κορνηλία*] Ita Chron. Eusebii et Syncellus, ex Suetonio cap. VIII. Plinio lib. IV. cap. XI. etc.

Pag. 466. 19. *Αμπελον*] Chron. Euseb. ex Suetonio, cujus locum expendit Scaliger. Vide praeterea Cedrenum pag. 245. Theodor. Marsilium in Tito cap. VII. et Casaubonum ad Vopiscum in Probo.

Pag 467. 1. *Λαβρίωνος*] Ita etiam editio Scaligeri. Fasti Idatiani MSS. *Grabrione et Gralano* habent. Sed leg. *Glabrione et Trajano.*

Pag. 467. 2. *Ηγεῖται τρίτος Κλήμης*] Ex Chron. Euseb. Quartum statuit Epiphanius Haer. XXVII. n. VI. Vide quae ad eundem hic annotat Petavius, praeterea Pearsonium, et Papebrochium, in Romanorum Pontificum, qui a Petro proximi fuerunt, serie.

Pag. 467. 6. *Τὸ ιβ'.*] Ita Fasti Idatiani. At apud Gruter. CCC. cum suffectis, numeratur XVI. Consulatus Domitiani cum Q. Volusiano. De hoc Consulatu vide Casaubonum in Pio p. 48.

Pag. 467. 8. *Πομπηΐου καὶ Κρίσπου*] Fasti Idatii: *Pompeiano et Prisciano.* Prosper, Victorius et Senator, *Silvano et Prisco.*

Pag. 467. 9. *Απολλώνιος.*] Vide Cedrenum pag. 245. 246.

Digitized by Google

Albupharaijum in Dynastiis pag. 75. et quae passim observamus in Constantinopoli Christ. de ejusmodi Apollonii telesmatis: τελέσματα enim hoc loco non sunt *vectigalia*, uti verterat Raderus. Vide Glossar. med. Graecit. in hac voce.

Pag. 467. 12. *Τὴν ἀπὸ τῆς τύχης*] Tametsi Fortunae statuam et aedem servarit ac coluerit Constantinus M. non ideo tamen Byzantium ex hoc simulacro vel templo Constantinopoleos nomen obtinuit: de qua quidem Fortunae statua, locisque urbis hic descriptis pluribus agimus in Constantinopoli Christ. Sed aliud a Fortunae statua fortasse hic sonat vox τύχης, ut *ex successu* vel *occasione* appellata fuerit Constantinopolis: atque sic vertimus.

Pag. 467. 17. *Δομετιανοῦ*] Hic Consulatus jure abest in Fastis Idatianis, cum idem sit cum Consulatu Indictionis xv. Ideo asterisco notatur in editione Scaligeri, ac proinde expungendus.

Pag. 467. 19. *Δεύτερος μετὰ*, etc.] Ex Eusebii Chron. ubi Scaliger.

Pag. 468. 3. *Τοὺς ἀπὸ γένους Δαβὶδ*] Ex eod. Chron. Eusebii, ubi consulendus perinde Scaliger.

Pag. 468. 6. *Λατερανοῦ*] Ita Fasti Idatiani. At Victorius, Prosper et Senator Asprenati *Clementem* Collegam adjungunt: alii *Arricinum*, qui idem est cum Clemente.

V 451 *Pag.* 468. 7. *Ἱστορεῖ ὁ Βροῦτος*] Ex Chron. Eusebii, ubi Scaliger disquirit quis ille sit Brutus, de quo quaedam supra attigimus ad pag. 90. Scaliger et Syncellus p. 344. *Βρέττιος* habent hoc loco.

Pag. 468. 9. *Τὸ ιδ'.*] Cum suffectis is Domitiani Consulatus est XVII. sed XII. ordinarius, ut ex Suetonio, Statio, Ausonio, et aliis, a viris doctis pridem annotatum.

Pag. 468. 10. *Τὸ β'.*] Ita etiam Victorius et Senator: alii omittunt.

Pag. 468. 13. *Ἀσκλήπιον*] Is *Ascletarion Mathematicus* appellatur a Suetonio cap. xv. et a Zonara, ex quibus emendandus Auctor Chronici. Perperam hunc Nervam vocant Cedrenus et Symeon Logotheta: de quo quidem Nerva aliter Georgius Syncellus, ubi de Domitiano: *οὗτος Νερβᾶν μετέστησεν ὡς ἐπίβουλον τῆς ἀρχῆς*. Sed haec probo vade indigent. Nervam etiam, quem Ascletarionem Tranquillus, vocat Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Sapientem: tum haec subdit: *Λέγεται δὲ ἀστρονόμος εἶπεν εἰς ὄψιν τοῦ Δομητιανοῦ τῷ Δομητιανῷ τεθνήξεσθαι ἡμέρᾳ τῇδε· ὁ δὲ ἐκέλευσε αὐτὸν φυλαχθῆναι ἐν δεσμῷ ὡσὰν τῆς ἡμέρας διελθούσης τῇ ἐπ' αὔριον ἀναιρήσειν· ἀλλὰ θανόντος τοῦ Δομητιανοῦ, ἀπελύθη ἀβλαβής.*

Ibid. *Σφαζόμενος*] Ita editio Scaligeri: Raderus σφαξόμενος ediderat.

Digitized by Google

Pag. 468. 15. *Ἀφανὴς γενόμενος*] Instar Romuli, qui P 533
Nonarum Juniarum die *in terris non apparuit*, inquit Lampridius in Commodo, seu, ut est in Sylloge Histor. Scaligerianae: *ἐξαίφνης μεγάλης περὶ τὸν ἀέρα τροπῆς γενομένης ἀφανὴς ἐγένετο*, vel denique ut Empedocles, quem *φιλοσόφον* nomine hic intelligi existimaverim, qui convivis in somnum datis, postero die solus ex iis desideratus, pro Deo habitus est. Sed unde hauserit Scriptor Chronici quae de Domitiani *ἀφανείᾳ* scribit, nescio an alii indicarint.

Pag. 468. 20. *Κανδήλων*] Quid haec vox significet docuimus in utroque Glossario. Adhibitas vero lucernas facesque in Deorum cultu observant Tatianus lib. contra Graecos pag. 110. et alii quos laudat Lipsius lib. I. Elector. cap. IV. idque adstruit vetus Inscriptio apud Gruterum LXXVIII. 3.

Pag. 469. 5. *Ἔτος α΄.*] De tempore Imperii Nervae egere Scaliger lib. V. de Emendat. temp. pag. 487. et Petavius ad Epiphan. pag. 388.

Pag. 469. 6. *Νερουᾶ Αὐγούστου*] Addenda litera numeralis *γ΄*, ut in Fastis Idatianis et aliis, nisi quae describitur post vocem *Ρούφου*, ad utrumque pertineat. Hic porro observat Scaliger pag. 488. recte hoc loco unum par Consulum attribui Imperio Nervae, contra quam in Fastis Onuphrii. Alioqui, inquit, praeter IV. menses non annum, sed biennium imperasse. Id negat Petavius ad Epiphan. p. 389. Hos consule, ut et Norisium in Epist. Consulari p. 57. Hic porro Consulatus omittitur a Prospero.

Pag. 469. 7. *Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον*] Ex Chronico Eusebii, ubi Scaliger.

Pag. 469. 10. *Μάνης*] Euseb. lib. VII. Hist. Eccl. cap. XXXI. et ibi Henr. Valesius, et alii passim.

Pag. 469. 12. *Ἐπωλύθησαν οἱ Μονομάχοι*] Dio apud Xiphilinum, de Nerva: *πολλάς τε ἱπποδρομίας, ἄλλας τε θέας τισὶς κατέλυσε.*

Pag. 469. 14. *Πρὸ ἡ΄ Καλ.*] Leg. *ς΄*.

Pag. 469. 16. *Ετη ιθ΄.*] De annis Trajani agunt Scaliger lib. V. pag. 487. et Petavius ad Epiphan. pag. 389.

Pag. 469. 17. *Τραϊανοῦ Αὐγ. μόνου*] Fasti Idatii: *Nerva* III. *et Trajano* II. Prosper III.

Pag. 469. 18. *Σενεκίωνος*] Ita Fasti omnes. Idatiani MSS. *Senecio.*

Pag. 469. 19. *Παντιανοῦ*] Fasti Idat. *Pontino.* Prosper, Victorius et Senator, *Frontone.* Sed *Frontino* legendum contendit Norisius ex Anonymo Cuspiniani. Hunc adi pag. 59.

Pag. 470. 2. *Τραϊανοῦ Αὐγ. τὸ γ΄.*] Leg. *δ΄*. ex Spartiano: *Trajano quater et Arunculeio Pacto Coss.*

Digitized by Google

Pag. 470. 4. *Εἰρηναῖος*] Lib. IV. cap. III. ex Chron. Euseb. ex quo Syncellus p. 345.

Pag. 470. 8. *Καὶ νεανίσκος*] Ex Clemente Alexandrino in lib. *τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος*, et ex Eusebii Hist. Eccl. lib. III.
V 452 cap. XXIII. Ex iis Historiam etiam narrat Georgius Syncell. p. 345.

Pag. 470. 11. *Συριανοῦ*] Fasti Idatii MSS. *Severiano et Syrio.* Victorius, Prosper et Senator, *Senecione et Sura.* Spartianus in Hadriano, *Sura bis, et Serviano iterum Coss.*

Pag. 470. 13. *Συριανοῦ τὸ β'.*] Idat. *Suburano* II. *et Marcello.* Victorius, Prosper et Senator, *Urbano et Marcello.* Alii, *Surano*, vel *Suriano*, ut in Chron.

Pag. 470. 14. *Διήρκεσεν ὁ Θεολόγος*] De Joannis Evangelistae, Clementis, Simonis Cananitae, Marci, Crescentis, etc. Martyriis, consulendus in primis Baronius.

Pag. 470. 16. *Διωγμὸς Χριστιανῶν*] Ex Chron. Eusebii, ubi Scaliger. Vide praeter Baronium et alios, Norisium in Epist. Consul. pag. 68. etc.

Pag. 471. 6. *Βουκολίων*] Editio Scaligeri, *ἀπὸ τῶν λεγομένων Ταβουκολιῶν.* Sed legendum *τὰ Βουκολίων.* Sic enim dicere amabant, ut in Chron. an. II. Arcadii: *ἔκτισε καὶ τὸν οἶκον τοῦ ἁγίου Ανδρέου ἐπίκλην, τὰ Αρκαδίας.* Alia istius formulae exempla suggerit Constantinopolis Christiana non semel, ubi subintelligitur *λεγόμενα.* Michael Monachus in vita MS. S. Theodori Studitae ex Cod. Reg. *τοῖς ὁμοροῦσι μέρεσι τὰ λεγόμενα Λάκκου μιτάτα.* Et paullo infra: *καὶ κατασκηνεῖ εἰς τὰ λεγόμενα Κρισκεντίου.* De Bucoliis vero Aegyptiis, et Bucolis militibus et latronibus egerunt Casaubonus ad Capitolinum pag. 72. 2. edit. et Bourdelotius ad lib. I. Heliodori pag. 14.

Pag. 471. 12. *Κουαδράτου*] *Iterum* addit Spartianus.

Pag. 471. 13. *Ο τοῦ Κλεώπα*] Cujus genealogiam hic damus excerptam ex Cod. MS. Reg. nuper ex Chio insula advecto: verane illa sit an supposititia, non hic disquirimus. *Περὶ Μαρίας τῆς τοῦ Κλωπᾶ. Χρὴ εἰδέναι ὅτι ὁ Κλωπᾶς οὗτος ἀδελφὸς ἦν Ιωακεὶμ τοῦ πατρὸς τῆς Θεοτόκου. Εγημε δὲ γυναῖκα ὀνόματι Ανναν· καὶ ἐτελεύτησεν ὁ Κλωπᾶς ἄτεκνός. Ο γοῦν Ιωακεὶμ εἶχε καὶ αὐτὸς γυναῖκα ὀνόματι Σαλώμην, ἐξ ἧς ἐγέννησεν δυο θυγατέρας, τὴν Εσθὴρ καὶ τὴν Θάμαρ· καὶ ἐτελεύτησεν ἡ Σαλώμη, καὶ ἰδοὺ ἐχήρασεν Ιωακείμ· ὃς χηρεύσας ἠγάγετο πρὸς ἑαυτὸν Ανναν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Κλωπᾶ, ἐξ ἧς ἐγέννησε τὴν Μαρίαν, ἣν μνημονεύει ὁ Εὐαγγελιστὴς, λέγων, Μαρίαν τοῦ Κλωπᾶ. Ο δὲ Ιωακεὶμ εἰ καὶ εἶχεν Ανναν τὴν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Κλωπᾶ, ἀλλ' οὖν παρὰ τῷ νόμῳ, ὡς χηρεύων κατελογίζετο. Οθεν δευτέραν νόμῳ ἠγάγετο γυναῖκα ὀνόματι Ανναν, ἐξ ἧς καὶ ἐγέννησεν τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον τὴν Μαρίαν. γεννᾷ· λοιπὸν οὗτος ὁ Ιωακεὶμ ἐκ μὲν τῆς πρώτης γυναικὸς αὐτοῦ Σαλώμης τὴν Εσθὴρ*

Digitized by Google

καὶ τὴν Θάμαρ· ἐκ δὲ τῆς Αννης τοῦ Κλωπᾶ, τὴν Μαρίαν καὶ μόνην ἣν μνημονεύει ὁ Εὐαγγελιστής. Ἐκ δὲ τῆς δευτέρας καὶ παρθενικῆς Αννης τὴν Θεοτόκον. Συνάγεται οὖν ὅτι εἰσὶν ἀδελφαὶ ἥτε Εσθὴρ, ἡ Θάμαρ, ἡ Μαρία, καὶ ἡ Θεοτόκος, ἐκ τριῶν μὲν μερῶν, ἑνὸς δὲ πατρὸς, τοῦ Ιωακείμ. Δικαίως τοίνυν ὀνο- P 534
μάζει ὁ Εὐαγγελιστὴς τὴν Μαρίαν, ἀδελφὴν τῆς Θεοτόκου, λέγων, Καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ. De Symeone Cleopae filio eadem narrat Joelus.

Pag. 471. 15. *Διαβληθεὶς*] Ita Cod. Vatic. Perperam διοκληθεὶς ediderat Raderus. Vide Cotelerium ad Constitut. Apost. p. 297. ubi multa de Cleopa Simonis parente.

Pag. 472. 2. *Καὶ Ιγνάτιος*] Ex Chron. Eusebii, ubi Scaliger disquirit cur ex Syria bestiis objiciendus Ignatius Romam perductus sit. Vide eundem Eusebium lib. III. Hist. Eccl. cap. XXII. et XXXVI. Joannes Malela in Trajano: ἐμαρτύρισε δὲ ἐπὶ αὐτοῦ τότε ὁ ἅγιος Ιγνάτιος ὁ Επίσκοπος τῆς Αντιοχείας· ἠγανάκτησε γὰρ κατ' αὐτοῦ ὅτι ἐλοιδόρει αὐτόν.

Pag. 472. 3. *Εβνναίων*] Leg. *Εβιωνναίων*, ut est apud Euseb. lib. III. Hist. Eccl. cap. XXVII. Epiphanium Haeresi XXX. et alios. Vide Petavium ad eundem Epiphan. et Cotelerium ad Constitut Apost. lib. VI. cap. VI.

Pag. 472. 8. *Πετραῖοι καὶ Βοστρηνοὶ*] Eutropius lib. VIII. Arabiam in Provinciae formam redegisse Trajanum scribit. Dion vero apud Xiphilinum per Palmam Syriae Praefectum eam Arabiae duntaxat partem cepisse quae Petram attingit, et sub Imperium ditionemque Romanorum subjunxisse ait. Sed utramque Arabiam ea tempestate a Trajano expugnatam, vel inde haurire liceat, quod utriusque Metropoles Bostra et Petra, ex quo Romanorum esse coepere, annos suos putare incoeperint. Nam, V 453
ut est apud Willelmum Tyrium lib. XIII. cap. II. *fuere Syriae partes utraque Arabiae. prima, cujus metropolis fuit Bostrum; secunda, cujus fuit metropolis Petra deserti.* Bostrum vero *Bussereth* sua tempestate dictam idem ait lib. XVI. cap. VIII. et ex eo Jacobus de Vitriaco lib. I. Hist. Orient. cap. XLVII. et Sanutus lib. III. part. XIV. cap. I. ubi utriusque Metropoleos situm pariter describit. *Bethseret*, vero vocant Assisae Hierosolymitanae. Utramque urbem ampliasse, novisque aedificiis exornasse Trajanum, atque adeo privilegio αὐτονομίας donasse, vel hinc conjicere est, quod annos suos, ut dixi, putare exinde coeperint, in accepti ab Trajano beneficii argumentum, vel quo Augustorum gratiam captarent, more tum recepto, adeo ut quasdam civitates diem quo primum Augusti ad se venissent interdum initium anni fecisse tradat Suetonius in Octavio n. LIX. Instauratae vero a Trajano Bostrensis Metropoleos praecipuum indicium praebent nummi ab incolis cusi, in quibus *Nova Trajana Bostra* dicitur, de quibus egit in Nummis Antiquis illustratis vir singularis eruditionis Joan.

Digitized by Google

Harduinus. Deinde ex hoc Chronici loco saltem docemur quando haec Arabica expeditio contigerit, scilicet circa annum VII. aut VIII. Trajani.

Pag. 472. 10. *Κερατανοῦ*] Leg. *Κερεαλίου* ex Fastis omnibus.

Pag. 472. 13. *Ἀφεσιν ἐχαρίσατο*] Vir doctissimus in libro de Praestantia et usu Numismatum, ubi de similibus tributorum remissionibus agit, hanc siluit.

Pag. 472. 15. *Συριανοῦ*] Fasti Idatiani MSS. *Syra* III. *et Senecione.* Victorius, Prosper, et alii, *Sura*, qui tamen variant in numero Consulatus.

Pag. 472. 16. *Ἰοῦστος*] De quo egit prae caeteris Cotelerius ad lib. VII. Constit. Apostol. pag. 297.

Pag. 473. 3. *Πριστιανοῦ*] Ita Fasti Idatiani. Alii *Crispinum et Solenum* habent.

Pag. 473. 4. *Πίσωνος καὶ Ἰουλιανοῦ*] Sic etiam iidem Fasti Idatii: alii Pisoni Rusticum adjungunt.

Pag. 473. 5. *Τραϊανοῦ τὸ ε'.*] VI. Fasti Idatii. Phlegon cap. XXV. *ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Αὐτοκράτορος Τραϊανοῦ τὸ ἕκτον, καὶ Τίτου Σεξτίου Ἀφρικανοῦ.* Perperam igitur VII. habent Prosper, Victorius et Senator.

Pag. 473. 8. *Μάλσου καὶ Βουλίσκου*] Fasti Idatii MSS. *Malsa et Volcisco.* Victorius, Prosper et Senator, *Asta et Pisone.* Alii, *Hasta et Vopisco.* Atque ita legendum.

Pag. 473. 9. *Μεσσάλα καὶ Πόδωνος*] Sic Fasti Idatii MSS. praeferunt: caeteri *Pedonem* legunt. Vide Petavium lib. X. de Doctr. Temp. cap. LXII. extr.

Pag. 473. 10. *Αἰλιανοῦ*] *L. Lamia* dicitur Phlegonti cap. IX.

Pag. 473. 11. *Ἐν Σελινοῦντι*] Ex Chron. Eusebii, qui in annis vitae Trajani minime concinit. Vide Scaligerum.

Pag. 473. 13. *Ἐτη κα'*] De annis Hadriani agunt Scaliger ad Eusebium, et lib. V. de Emendat. temp. p. 488. et Petavius ad Epiphan. p. 38.

Pag. 473. 16. *Ἀμπρονίνου*] Leg. *Ἀπρωνιανοῦ*, ex Fastis. Vide Norisium in Epist. Consul. pag. 77.

Pag. 474. 3. *Ἐπὶ τούτων*] Hunc locum ut singularem omnino pluribus expendit Scaliger ad Eusebium pag. 209. ubi etiam de Terebintho urbe agit: ut et Petavius ad Epiphan. pag. 393. qui quae hic narrantur, partim falsa, partim alieno tempore posita contendit. Utrumque Lector adire potest: nos enim cursim res pertractamus.

Ibid. Ἰουδαίων στασιασάντων] Vide Scaliger. ad Euseb. pag. 215. 216. et Albupharaijum in Dynast. pag. 76.

Pag. 474. 8. *Πανήγυρις Ἀδριανὶς*] Hieron. in cap. XI. Zachariae. Locum exscripsit Scaliger.

Digitized by Google

Pag. 474. 10. *Εκτισε*] Orosius lib. VII. cap. XIII. de Hierosolymorum urbe: *quam ille in optimum statum murorum extructione reparavit.* Quid sint *δημόσια* diximus in Gloss. med. Graecit. *Τρικάμαρον* aedes fuit, mi fallor, tribus constans coenaculis, quam alii *τρίστεγον* vocant. *Τετράνυμφον*, quadruplex Nym- P 535
phaeum, seu aquarum receptaculum interpretor. *Δωδεκάπυλον*, aedificium XII. portis pervium, ut *τετράπυλον*, quatuor, de quo diximus lib. II. Constantinopoleos Christ. et *τρίπυλον*, tribus. *Ανάβαθμοι*, *Gradus* qui in compitis erant, de quibus egimus in Constantinopoli: nam alii sunt *ἀναβαθμοὶ* Circenses, in quibus consistebant Factiones. Vita MS. S. Stephani Junioris: *ὁ δὲ τύ-* V 454
ραννος τὸν λαὸν συναθροίσας ἐν τῷ θεάτρῳ τοῦ Ιπποδρομίου πρὸς τοὺς ἀναβαθμούς, ἔνθα ἐπιλέγεται τὰ τοῦ Ρουσίου, ubi scilicet Russata Factio Circenses spectabat. *Κόδρα*, *quadra* in Glossis exponitur, sed quid hac voce hic innuatur fateor me nescire. Quid sint *ἄμφοδοι* et *ἀμφοδάρχαι* diximus in eodem opere, ubi de Regionibus urbis egimus.

Pag. 474. 16. *Αἰλίαν αὐτὴν ὀνομάσας*] Nummi Hadriani, apud V. C. Joan. Harduinum, et alios. Euseb. lib. IV. Hist. Eccl. cap. VII. Epiphanius lib. de Ponder. et Mensur. n. XIX. etc.

Pag. 474. 18. *Σεβήρου καὶ Φούλκου*] Fasti Idatiani MSS. *Severo* II. *et Fulgo.* Prosper: *Serviliano et Fausto.* Caeteri *Fulvium* vocant, isque est Antoninus, postmodum Imperator, Pius dictus, ut est apud Capitolinum.

Pag. 474. 20. *Σεβήρου τὸ β', καὶ Αὐγουρίνου*] Prosper, *Vero et Augurino.* Idatius, *Vero* II. *et Augure.* Ita etiam Victorius, Senator, et alii.

Pag. 475. 3. *Τὴν Αντινόου*] Quae *Αντινόεια* dicitur Stephano, de qua praeter ejus Interpretes, Scaliger ad Euseb. Casaubonus et Salmasius ad Spartianum, Santamantius in Commentariis Histor. Joan. Harduinus in Nummis illustr. etc.

Pag. 475. 5. *Παμπίνου*] Fasti Idatii MSS. *Aproniano et Pampino.* Sed leg. *Paetino.* Hos Coss. miscent Prosper, Victorius et Senator, qui *Torquatum* Consulem anni proxime sequentis cum Paterno, *Glabrionem* cum *Aproniano* jungunt.

Pag. 475. 6. *Απολλώνιος Τυανεύς*] Syncellus Nerva imperante decessisse Apollonium ait, Auctoremque Philostratum laudat, qui tamen hoc non exerte scribit.

Pag. 475. 8. *Εν Νικομηδείᾳ*] Quae sub ann. IV. ejusdem Hadriani cum vicinis urbibus eversa fuerat: ad quarum instaurationem de publico is largitus est impensas, ut ait Eusebius in Chron. et ex eo Georgius Syncellus, et Senator in Fastis.

Pag. 475. 14. *Τορκουάτου*] Sic emendavimus ex edit. Scalig. et Fastis, cum prave editum esset, *Τουρκουάτου.*

Pag. 475. 16. *Καὶ Ακυλίνου*] Sic Fasti Idatii. Prosper,

Digitized by Google

Quintillo. Victorius et Senator, *Quinto.* Is nempe vocabatur *Q. Vettius Aquilinus.*

Pag. 475. 17. *Σεβήρου καὶ Ἀμφιγούλου*] Idat. *Vero* III. *et Ambigulo.* Prosper, Victorius, Senator, etc. *Vero et Ambiguo.* Sed leg. *Vero* III. *et Ambibulo,* ex veteri Inscript. et Anonymo Cuspiniani contendit Norisius pag. 79. proindeque pro *Ἀμβιγούλου,* legendum *Ἀμβιβούλου,* tametsi ita praetulisse Codicem Scriptoris ex Idatio appareat. Sic *Severum et Antoninum* perperam scriptum apud Theophilum Instit. de Excusat. pro *Vero et Antonino* observarunt alii. Sed cum *Verum et Bibulum* scribat Capitolinus in Pertinace, quem iis Coss. natum tradit, videat Lector quem sequi velit.

Pag. 475. 18. *Πατὴρ πατρίδος*] Ex Chron. Eusebii, ubi Scaliger. Vide etiam Georgium Syncellum.

Pag. 476. 1. *Ἐπὶ τούτων τῶν Ὑπάτων*] Chronicon Eusebii, et ex eo Georgius Syncellus: *Νικόπολις καὶ Καισάρεια σεισμῷ κατεπτώθησαν,* atque inde emendandum Chronicon, in quo perperam *Nicomedia* pro *Nicopoli,* et *Aoria* pro *Caesarea* irrepsit, delendaque vox *τῆς Βιθυνίας.* Quippe paullo ante Nicomediae casum retulit idem Eusebius, et ex eo Scriptor Chronici ad ann. VII. Hadriani. De Nicopoli supra egimus. [In annot. nostra dele verba *τῆς Βιθυνίας,* quae in Chronico non debebat delere Ducangius.]

Pag. 476. 5. *Λίβωνος*] Ita Fasti Idatiani. Alii *Aprum* Catullino Collegam adjungunt, ut et vetus Inscriptio.

Pag. 476. 6. *Ὁ ἐν Ῥόδῳ*] Vide quae de Colosso Rhodio congessit Allatius ad librum Philonis de VII. orbis miraculis.

Pag. 476. 9. *Σεργιανοῦ*] Fasti Idatiani MSS. *Auguriano et Sergiano.* Alii *Augurinum* et *Severianum* habent: atque sic legendum.

Pag. 476. 10. *Ἀκύλας*] Quae hic de Aquila, et ejus cum Hadriano affinitate narrat Scriptor, hausit ab Epiphanio lib. I. de Ponder. et Mensur. n. XIII. et XIV. qui Aquilam non *πενθερὸν,* sed *πενθερίδην* Hadriani fuisse scribit. Sed haec omnia fabulosa, et ab otiosis conficta videri censet Petavius in Not. ad eundem Epiphan.

Pag. 476. 15. *Προσήλυτος*] Editio Scaligeri: *προσηλυτεύει τε Ἰουδαίοις.*

V 455 *Pag.* 476. 18. *Ταῦτα ἱστορεῖ*] Tota haec perioche deest in Cod. Holstenii.

Pag. 477. 2. *Τεβερίου*] Scaligeri edit. *Τιβερίου.* Victorius et Prosper, *Tiberio et Silano.* Fasti Idatii, *Hibero et Sisenna* Senator, *Hibero et Silano.* Is porro *Julius Silanus Sisenna* vocabatur: alter vero *Hiberus.*

Pag. 477. 3. *Σεβήρου καὶ Οὐάρου*] Idat. *Severo* III. *et Varo.* Prosper et Victorius, *Sergiano* II. *et Vero.* Senator, *Sergio* II. *et Vero.* Sed legendum *Σερβιανοῦ καὶ Οὐέρου,* ex veteri Inscriptione docet Norisius pag. 82.

Digitized by Google

Pag. 477. 4. *Ων μέμνηται Εὐσέβιος*] Meminit quidem Eusebius lib. IV. Hist. Eccl. aliquot Apologiarum pro Christianis Hadriano oblatarum, Aristidis et Quadrati cap. III. Antonino vero Justini Martyris cap. VIII. et XXII. Sed de Apelle et Aristone silet, tametsi Aristonem Pellaeum laudet cap. VI. non indicato operis titulo. Jure igitur totam hanc periochen omittit Codex Holstenii. P 536

Pag. 477. 8. *Ποντιανοῦ*] Fasti Idatii, *Pontiano et Aquilino Rufo.* Prosper, Victorius et Senator, *Pompeiano et Atiliano.* Atque ita legendum ex veteri lapide colligit Norisius p. 85.

Pag. 477. 9. *Ποντιανοῦ τὸ γ'.*] *Pompeianum* II. habent Fasti alii. Ita alterum Consulatum frustra quaerebat Casaubonus ad Capitolinum in Marco, a quo Pompeianus bis Consul factus dicitur: siquidem anno superiori hanc dignitatem obtinuerat.

Pag. 477. 11. *Αἰλιανοῦ*] Idat. *Caesare* II. *et Balbino.* Senator, *L. Aelio et Balbino.* Prosper, *Laelio et Balbino*, ubi scribendum *L. Aelio*, nempe *Vero* II. Proinde hic legendum esset *Αἰλίου*, nisi ita ejusmodi efferre nomina solenne esse Scriptori constaret, ut de Octaviano, Tiberiano, et aliis observavimus. Vide Pagium in Prolegom. ad Dissert. Hypat. n. XXIII.

Pag. 477. 12. *Νοσήσας*] De morbo et anno aetatis quo Hadrianus interiit, agit Scaliger ad Euseb. pag. 218.

Pag. 477. 14. *Ετη κγ'.*] Annos Imperii Antonini Pii pluribus expendunt idem Scaliger lib. V. de Emend. temp. p. 498. et Petavius ad Epiphan. pag. 395.

Pag. 477. 16. *Καμερίνου*] Non plane video cur Camerino Antoninum Pium adjungant Fasti Savilliani apud V. C. Henr. Dodwellum, nisi forte quod ab illo ii initium ducant.

Pag. 477. 17. *Αντωνίνου Αὐγ.*] II. addunt iidem Fasti, et recte: nam primum Consulatum gesserat cum Catillo Severo anno IV. Hadriani, ut est apud Capitolinum. Sed et eundem numerum adscribit utrique Consuli Florentius Wigorn. ita ut ad hunc annum referenda sit Inscriptio allata a Sponio in Miscell. erud. antiq. p. 352. *Caes. Antonino* II. *et Praesente* II. Cos. Secundi istius Antonini Consulatus meminit idem Capitolinus.

Pag. 477. 18. *Κέρδων*] Vide Chron. Prosperi, et Scaligerum ad Euseb. praeter Baron. et al.

Ibid. Μαρκίωνα] De haeresi Marcionitarum, unde fluxit Manichaeorum haeresis, agunt passim Scriptores, ac in primis Epiphanius Haer. XLII. n. I. ubi Petavius de tempore quo is vixit sat fuse disserit, ut et Joannes Pearsonius in Dissert. de annis priorum Romae Episcoporum cap. VIII.

Pag. 478. 6. *Αντωνίνου Αὐγ. τὸ β'.*] Varie hic annus in Fastis Coss. consignatur. In Idatianis, *Antonino* II. *et Praesente.* Apud Prosperum, Victorium, Senatorem, Marianum, etc. deest numerus Consulatus. Florentius Wigorn. utrique II. assignat.

Digitized by Google

Sed III. *Antonino* recte subdunt Fasti Savilliani, in quibus pariter pro *Praesente*, Aurelius Caesar *Antonino* Collega adjungitur. Ad hunc annum referuntur verba Capitolini: *adhuc Quaestorem et Consulem secum Pius Marcum designavit, et Caesaris appellatione donavit*, cui forte suffectus *Praesens*, nisi ille Praesenti suffectus fuerit. Filium autem Antonini *Marcum Aurelium Verum* vocat Scriptor Chronici, quod ab eo adoptatus, et pro Annio *Aurelius* dictus fuerit, quod in familiam Aureliam adoptionis jure transisset, inquit Capitolinus. Nec refert quod *Aurelianus* hic dicatur, cum, quemadmodum non semel hic indicamus, sequioV 456 ris aevi Scriptoribus, ac praesertim Auctori Chronici, solenne sit uti hoc additamento in similibus vocibus appellativis. [Erravit igitur Chilmeadus ad Malalam p. 225. 8. 306. 16. ed. Bonn.]

Pag. 478. 9. *Σιλανοῦ*] Ita Marianus. At Prosper, Victorius, Senator, Idatius, et Florentius Wigorn. Silvanum vocant. In Fastis Savillianis *Σιλογᾶς* scribitur: vocabatur quippe ille *M. Peducaeus Siloga Priscianus*. Vetus Inscriptio apud Sirmondum ad Sidonii carmen IX. *Dedic.* VIII. *Kal. Jun. T. Hoenio Severo et M. Peducaeo Siloga Cos.*

Pag. 478. 10. *Καὶ Κοναδράτου*] Sic Fasti Idatiani et Savilliani. Sed Prosper, Victorius, Marianus, etc. *Torquatum* recte hic praeferunt.

Pag. 478. 11. *Καὶ Ἡρώδου*] *Αττικοῦ* Fasti Savilliani, qui idem est: is enim vocabatur *Tib. Claudius Atticus Herodes*, ut est in vet. Inscriptione apud Georgium Velberum in Itiner. pag. 877. Marci praeceptor, de quo multa commentatus est Salmasius in Notis ad Inscriptionem ejusdem Herodis Attici.

Pag. 478. 12. *Αβιόλα*] Sic Prosper, Victorius, Senator, Marianus et Wigorn. At Fasti Idatiani et Savilliani *Avitum* habent. Rem conciliant qui hoc anno Coss. legunt *Lollianum Avitum, et C. Gavium Maximum*. Verum Panvinius Lolliano *C. Gavium. C. F. Maximum Avitum* adjungit.

Pag. 478. 14. *Τὸ γ'.*] Legendum *τὸ δ'*. De hoc enim Consulatu sic Capitolinus, ubi de M. Aurelio, qui hic rursum *Aurelianus* dicitur: *Secundum etiam Consulem designavit, quum ipse quartum pariter iniret.*

Pag. 478. 16. *Οὐηρίνου*] *Clarum et Severum* Coss. hoc anno praeferunt Fasti Idatiani. Savilliani, *Clarum et Claudium*, qui idem est cum *Severo*. Hos Prosper, Victorius, Senator, Marianus, et alii omittunt: sed post Consulatum Aviolae duos alios Consulatus interserunt, scilicet *Antonini* III. *et Aurelii*: et Consulatum *Grati et Seleuci*. Spartianus ait Severum Imp. natam *Erucio Claro bis, et Severo Coss.*

P 537 *Ibid. Ἀφευῖς*] Melitus in Brevi temporum Expositione MS. *Iste pro hoc tale cognomentum accepit, quia in omni Regno Romano cautionibus inventis, cunctorum hominum debita relaxavit:*

Digitized by Google

unde Pater patriae appellatus est. Ex hoc porro Chronici loco, et aliis ex Dione vel Xiphilino petitis, conficit Scaliger ad Eusebii Chronicon pag. 209. remissiones illas Fiscalium debitorum per Indictiones factas; id est per tria lustra, seu annos xv. indeque Indictionum originem arcessendam. Sed an quod Pio tribuit Chronicon ad Hadrianum aut Marcum, *qui pecuniam, quae Fisco debebatur, Provinciis concessit*, ut scribit Senator, referri debeat, addubitat Spanhemius lib de Usu et praestantia veter. Numism. cum altum, inquit, apud Auctores in rebus Pii de eo facto sit silentium. Vide quae de ejusmodi reliquorum remissionibus docte, ut solet, commentatur idem vir eruditus pag. 811. praeterea Syncellum p. 353. et Sirmondum ad carmen XIII. Sidonii.

Pag. 479. 2. *Αφρικανὸς*] Quis ille Africanus qui Antonino Pio imperante mortem obierit, non omnino exploratum: neque enim haec de Africano Historico possunt intelligi, ut qui Historiam ad Antonini Heliogabali perduxerit, ut infra observamus: sed et neque de Africano Historico Christiano, qui sub Severo vixit, ut est in Chronico Graeco Eusebii, quem alium a Chronographo existimat Scaliger, qui non alius videtur ab illo Africano, quem sub Pertinace una cum Porphyrio floruisse testatur Auctor Chronici ab Adamo ad Leonem Sapientem: *Πορφύριος Φιλόσοφος ὁ κατὰ Χριστιανῶν γράψας, καὶ Αφρικανὸς σοφώτατος.* Proinde is forte fuerit Africanus Cestorum scriptor, quem Henricus Valesius ad Eusebii lib. VI. Hist. Eccles. cap. XXXI. paganum fuisse probare conatur. Verum cum Georgius Syncellus eundem esse Africanum Chronographum, qui *τὰς ἱστορίας ἐν πενταβίβλῳ* scripserit, et qui *τῶν Κεστῶν* libros IX. quos Alexandro Severo dicaverit, evanescit conjectura viri doctissimi. Nam quod in Cestis nulla forte occurrat Christianismi nota, imo Paganismi plurima insint argumenta, id mirum videri minime debet, siquidem opus suum Principi pagano inscripsit.

Pag. 479. 4. *Ορφίτου*] De his Coss. consulendus Norisius in Epist. Consul. p. 89. 90.

Pag. 479. 5. *Γλαβρίωνος*] Ita Fasti Idatiani, Prosperi, V 457
Victorii, Senatoris, Mariani, etc. At Savilliani, *Γαλλικανοῦ καὶ Ουέτηρος* praeferunt, ut Panvinius et alii.

Pag. 479. 6. *Κορδιανοῦ*] Editio Scalig. *Κονδιανοῦ*. Fasti alii *Gordianum* vocant. Sed *Condianus* rursum occurrit anno Chr. CLXXX. in Fastis Idatii et Cuspiniani: cujus filius forte fuit *Sextus* ille *Condianus* sub Commodo, quem Maximi filium fuisse ait Dio apud Xiphilinum: Condiani vero (sic enim leg. pro *Cocidiani* recte advertunt Casaubonus et Salmasius) meminit Lampridius in eodem Commodo, ita ut forte *Condianus Maximus* appellatus fuerit.

Digitized by Google

Pag. 479. 7. *Ιουμιλίου*] Fasti Idat. *Humillio:* Savilliani, *Ομμούλου.* Senator et veteres Inscript. *Homulo*, vel *Homullo.* Alia nuper edita a viro doctissimo Joan. Mabillonio in Itinere Italico, *Glabrione et Homulio Coss.* Prosper, Victorius, Marianus et Wigorn. *Romulo. Omuli* meminit Capitolinus in Pio et in Alexandro. Vide Casaubonum ad eundem pag. 54. et Norisium pag. 91.

Pag. 479. 10. *Κομμόδου καὶ Λατ.*] Capitolinus in Vero: *Post Quaesturam statim Cos. factus est cum Sextilio Laterano.*

Pag. 479. 11. *Σεβήρου τὸ ϛ'.*] Delenda haec nota numeralis, cum absit a Fastis Idatii et aliis, in quibus hi Coss. ita nominantur. *Sabinum et Severum* Fasti Savilliani: *Verum et Sabinum* habent Prosper, Victorius, Senator: praeterea Marianus, ubi haec addit, *qui Caesaris praeceptores fuerunt.* Sed unde hauserit videant alii.

Ibid. Σισβανοῦ] Editio Scalig *Σιλβανοῦ.* Fasti Savilliani, *Σουλιανὸς καὶ Αὐριανός. Silvanum et Augurinum* habent caeteri. Vide Norisium pag. 197.

Pag. 479. 14. *Βαρβάρου*] Ita Fasti Savilliani et Prosper: caeteri *Barbatum* legunt.

Pag. 479. 16. *Πολύκαρπος*] Ex Eusebio lib. IV. cap. XIV. de cujus Martyrii anno et die multis egerunt Baronius, Usserius, Petavius, Halloixius, Bucherius, Bollandus, Henric. Valesius, Blondellus, Jacobus Grandamicus, et novissime Joannes Pearsonus in Dissert. II. de Annis priorum Romae Episcoporum cap. XV. XVI. XVII. et XVIII. ubi post alios hunc Chronici locum examinat, et multa de Tatio Quadrato Proconsule profert, ac lectionem quoad diem Martyrii hic designatum, quam quidam vellicant, tuetur. Hunc igitur adeat qui plura nosse volet.

Pag. 480. 8. *Εν Προικονήσῳ*] Ioeles: *μετὰ δὲ Μάρκον ἐβασίλευσε Σεβῆρος υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ἡ', καὶ ἐσφάγη ἐν Προικονήσῳ.* Portentum fabulae jure exclamat Scaliger, cum Antoninum *Loris* villa, XII. ab urbe milliario mortuum tradant Scriptores: cui quidem aliud adjungi potuerit, quod habet Scriptor Spurius Vitae S. Meletii II. CXXXI. ubi Antoninum in Aegypto fulmine exanimatum scribit. Sed mendo apud Scriptorem Chronici locum dedit male intellecta vel lecta vox. Sic enim Georgius Hamartolus et Georgius Monachus in Chronicis MSS. *μετὰ δὲ Μάρκον ἐβασίλευσε Βῆρος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἔτη ἡ'. καὶ ἐσφάγη ἐν Προκένσῳ.* Quid autem haec vox significet docemus in utroque Glossario: neque enim aliud sonat quam *villam.* Sic Antiquariorum errata Scriptoribus ipsis ad-
P 538 scribi persaepe solent. At uterque Georgius et Joeles Vero adscribunt quod Marco convenit: Verum enim Altini Venetiae urbe consumptum tradunt alii. Haec porro nondum sub ma-

Digitized by Google

nus venerant, cum Chronici locus editus est, alioquin emendatum dedissemus.

Pag. 480. 11. *Υἱὸς*] Filius adoptivus *in familiam atque Imperium adscitus*, ut loquitur Victor Schotti.

Pag. 480. 14. *Μάρκον Αὐρηλίον*, etc.] Hoc loco mire turbant Fasti, ac primum hi quos ad examen revocamus: neque enim Pius, uti mors illius hic consignatur, obiit *Bradua et Vero*, sed *M. Aurelio Antonino* III. *et L. Aurelio* II. *Coss.* Quinetiam fallitur Auctor, quod eundem Consulatum cum nona Indictione statim repetat, qui idem cum proximo fuit. Neque solus hunc errorem erravit: nam Prosper, Victorius et Senator ex unico Consulatu tres confecere, hac scilicet ratione, post Consulatum Braduae et Veri. Ac Prosper quidem: *Antonino* III. *et Aurelio* III. deinde, *P. C. Antonini* III. *et Aurelii* III. V 458
Postremo, *Duobus Augustis*, ad alterum Consulatum mortem Pii revocat. Victorius autem et Senator ita: *Antonino* V. (leg. III.) *et Aurelio* III. (leg. II.) deinde, *Antonino* VI. et *Aurelio* IV. ubi loco istius Consulatus, Senator et quidam Codd. Victorii habent, *P. C. Antonini* V. *et Aurelii* III. Tertius demum ex iis Consulatus sic describitur: *Duobus Augustis*. Sed hancce hallucinationem emendant non modo Fasti Savilliani, qui hos tres Consulatus in unicum conferunt, *Antonini* III. *et Veri* II. sed et Fasti Idatiani, in quibus is ita consignatur: *Antonino* V. (leg. III.) *et Aurelio Caesare duobus Augustis*. Quippe post mortem Pii M. Antoninus *a Senatu coactus est regimen publicum capere;* qui quidem *fratrem sibi participem in Imperio designavit, quem Lucium Aurelium Verum Commodum appellavit, Caesaremque atque Augustum dixit: atque ex eo pariter coeperunt Rempublicam gerere, tuncque primum Romanorum Imperium duos Augustos habere coepit.* Ita Capitolinus. Galenus lib. adversus illos qui de Typis et Periodis scripserunt: *Μεθεστήκει μὲν ἐξ ἀνθρώπων ἔναγχος Αντωνῖνος, ὁ μετ' Αδριανὸν γενόμενος Αὐτοκράτωρ· ἦρχεν δὲ τότε Σεβῆρος, ἑαυτὸν μὲν Αντωνῖνον μετονομάσας, εἰς δὲ τῆς ἀρχῆς κοινωνίαν προσλαβὼν Λούκιον, καὶ μετονομάσας Σεβῆρον.* Sed pro *Σεβῆρον* utrobique legendum *Βῆρον*, ex Capitolino satis patet, et ipso Galeno lib. de Scriptis suis, ubi de Marco: *Ὃς ἐκαλεῖτο μὲν ἐξ ἀρχῆς Βῆρος· ἐπεὶ δὲ Αντωνῖνος ὁ μετὰ τὸν Αδριανὸν ἄρξας διάδοχον αὑτὸν ἔθετο τῆς ἀρχῆς, τὸν μὲν ἔμπροσθεν ὀνομαζόμενον Λούκιον κοινωνὸν ἐποιήσατο, καλέσας Βῆρον, ἑαυτὸν δὲ μετωνόμασεν Αντωνῖνον.* Spartianus in eodem Vero, in eandem sententiam scribens, *Verus*, inquit, *certe cum Marco aequale gessit Imperium: nam ipsi sunt qui primi duo Augusti appellati sunt, et quorum Fastis Consularibus sic nomina praescribuntur, ut dicantur non tantum duo Antonini, sed duo Augusti: tantumque hujus rei novitas et dignitas valuit, ut Fasti Consulares nonnulli ab his sumerent exordium Con-*

Digitized by Google

sulum. Quae postrema verba ita interpretatur Casaubonus, ut fuisse velit, qui in digerendis Consularibus Fastis, basim supputationis suae ponerent Consulatum Marci et L. Veri duorum Augustorum, ab eo capite annos posteriores numerarent, ut dicerent, hoc illudve accidisse anno post Consulatum duorum Augustorum tali. Ad quam sane formulam referri fortean possit, quod Scriptores laudati, descripto Consulatu M. Antonini, (qui non alius est a successore Pii) et L. Aurelii Veri, addidere, P. C. eorumdem, *et Duobus Augustis:* non quod essent diversi Consulatus, sed ut indicarent formulam exinde receptam in describendis Fastis, ita ut loco ejusdem Consulatus scriberetur duntaxat: *Duobus Augustis Coss.* ut in Fastis Cassiodori: et anno dein proximo, *P. C. duorum Augustorum:* quae cum non adverterent, totidem esse Consulatus existimarunt.

Pag. 480. 18. *Ρουστικίου*] *Rusticum* vocant Fasti omnes, atque Capitolinus in Pio, a quo *Junius Rusticus* appellatur: solus Idatius *Rufinum* vocat.

Pag. 481. 6. *Πρὸ ζ' Καλ. Ιουνίων*] Locum hunc multis expendunt Scaliger ad Eusebium pag. 221. et Henric. Valesius ad ejusdem Eusebii Hist. Eccl. lib. IV, cap. XV. quos adire cuivis licet.

Pag. 481. 9. *πξ'.*] Holsten. *πς'.*

Pag. 481. 12. *πς'.*] Holsten. *πς' ἔτη δουλεύω.* Ex Eusebio.

Pag. 482. 4. *Ιουστῖνος*] Vide Euseb. lib. IV. cap. XVI. et alios passim.

Pag. 482. 8. *Μελίτων*] Ex Eusebio in Chron. et lib. IV. cap. XIII. XXVI. lib. V. cap. XXIV. XXVIII. ex eo, et aliis. Gotofr. Henschenius de Melitone ad illius vitam to. I. April. multa commentatur.

Pag. 482. 11. *Ενέθηκεν*] In Apolog. II. pro Christianis, sub initium, ex qua variantes lectiones subinde hic apponam.

Pag. 482. 13. *Κρίσκεντος*] De quo Scaliger ad Eusebium.

Ibid. *Φιλοσόφου*] Ed. *φιλοψόφου.* Deinde, pro *φιλόνεικον, φιλόσοφον.* *Ως γε*] Ed. *ὅς γε·* et sic legendum. *Ημῶν,* abest ab ed. *Τινὰς*] Ed. addit, *τοιαύτας γε.* Deinde, *οὐδὲν,* ed. *μηδέν.* *Ετοιμός εἰμι*] Edit. *ἕτοιμος καὶ ἐφ' ἡμῶν.* Mox, *γὰρ ἄν,* ed. *δ' ἄν.* V 459

Pag. 483. 3. *Καὶ αἱ ἀποκρίσεις*] Edit. *καὶ αἱ ἐκείνου ἀποκρίσεις φανερὸν,* etc. *Τῶν ἡμετέρων*] Desunt in Ed. Mox, *ἐνδὲ,* ed. *ἢ εἰ καί.* *Λέγειν*] Edit. addit, *ὁμοίως Σωκράτει, ὡς προέφην.* *Σωματικὸν*] Edit. *Σωκρατικὸν ἀξιόπιστον ὄν τινα.*

Pag. 483. 13. *Τὸ β'.*] Ita apud Presperum. At haec nota iterati Consulatus abest a Lampridio in Commodo, ab Idatio, et a veteri Inscriptione. Unde hunc Pudentem alium esse qui cum P 539

Digitized by Google

Orphito Cos. fuit anno praecedenti, atque adeo ex alia familia, conjicit Norisius in Epistola Consulari p. 107.

Pag. 483. 14. *Μάρκου Αὐρηλίου*] Idatius et Senator, *Vero* III. *et Quadrato.* Prosper, *Vero* IV. Sed hoc loco legendum, ut in Fastis Savillianis, *Λουκίου τὸ γ'.* Is enim fuit Lucius Aurelius Verus, non vero Marcus: atque ita habet Panvinius.

Pag. 483. 16. *Απρωνιανοῦ*] Sic Idat. Prosper, Victorius et Senator. Alii *Junium Pontanum* Collegam adjungunt. Fasti Savilliani Aproniano notam II. addunt.

Pag. 484. 1. *Λούκιος Αὐρήλιος*, etc.] Sub mediam hyemem, ut scribit Galenus lib. *περὶ τοῦ προγινώσκειν*, et lib. de Scriptis suis, cum una cum fratre Marco in bellum contra Germanos proficisceretur.

Pag. 484. 7. *Μελίτων*] Ex Chron. Eusebii. Vide Henr. Dodwellum in Dissertatione Cypriaňica XI. n. XXXIX.

Ibid. Καὶ Απολλινάριος] De quo idem Eusebius in Chron. et lib. IV. Hist. Eccl. cap. XXVII. lib. V. cap. XIX. Photius Cod. XIV. et alii.

Pag. 484. 14. *Μάρκος Αὐρήλιος*] Describitur haec Epistola post secundam Justini Apologiam, et ab Eusebio lib. IV. Hist. Eccl. cap. XII. quam peritiores multis de causis Justino abjudicant, cujus variantes lectiones hic descripsimus. *Σέβαστος*, addit Euseb. *Αρμένιος*. Deinde, *τὸ πέντε*, Euseb. *τὸ πέμπτον*. *Πολλῷ γὰρ*, Euseb. *πολὺ γάρ*. *Αὐτοὺς μὴ*, Euseb. *τοὺς μή*. *Αὐτοῖς*, Euseb. *αὐτούς*. *Εμβάλλοντες*, Euseb. *ἐμβάλλετε βεβαιοῦντες*. *Πεποίθασιν*, Euseb. *πεποίθαμεν*. *Τῶν γενομένων*, Euseb. *τῶν γεγονότων*. *Οτι περ*, Euseb. *ὅταν περ*. *Οἱ μὲν*, Euseb. *οἱ μὲν οὖν*. *Τῶν Θεῶν*, Euseb. *τῶν τε Θεῶν*. *Αμελεῖτε*, Euseb. addit, *καὶ τῆς θρησκείας περὶ τὸν ἀθάνατον· ὃν δὴ τοὺς Χριστιανούς*. *Οχλοῦν*, Euseb. *ἐνοχλοῦν*. *Προέγραψα*, Euseb. *ἀντέγραψα*. *Ος τοσοῦτον*, Euseb. *ὡς δή*, etc. *Εν Εφέσῳ*, addit Euseb. *ἐν τῷ κοινῷ τῆς Ασίας*.

Pag. 485. 18. *Προστέθη*] Formula vulgaris, de qua Brissonius lib III. Form. p. 356.

Pag. 486. 2. *Η τῶν ἐγκρατιτῶν*] Vid. Epiphan. Haer. XLVI. et ibi Petavius et alii.

Pag. 486. 9. *Τὸ ἄῤῥεν καὶ τὸ θῆλυ*] Vide Cotelerium ad Constitut. Apost. p. 266.

Pag. 486. 14. *Καὶ Αἰῶνας*] De quibus multis egit idem Cotelerius ad lib. VI. Constitutionum Apostol. cap. VIII.

Pag. 486. 18. *Μουσανὸς*] Georgio Syncello pag. 355. *Μουσιανός*. *Musani* Scriptoris meminit Eusebius in Chron. et lib. IV. Hist. cap. XXVIII. et Hieronymus de Scriptorib. Eccl.

Pag. 486. 19. *Αντωνῖνος*] Ex Eusebii Hist. Eccl. lib. V. cap. V. et Chronico, ubi consulendus Scaliger, qui quod hic narratur non sub Antonino Pio, uti scripsit Themistius Orat. XV.

Digitized by Google

pag. 191. edit. Reg. sed sub Marco Antonino Vero accidisse probat, ut et vir doctissimus Joannes Harduinus ad eandem Orat. pag. 470. tametsi forte aliquatenus Themistio favere videatur Capitolinus in eodem Pio: *Tantus autem terror belli Marcomannici fuit, ut undique Sacerdotes acciverit, peregrinos ritus impleverit, Romam omni genere lustraverit:* ubi per *peregrinos ritus*, Christianos haud dubie intellexit.

Pag. 486. 20. *Περτίναξι*] Qui postea rerum potitus est.

Pag. 487. 1. *Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*] Edit. Scalig. *ἐκ τοῦ Θεοῦ.*

Ibid. Γερμανικοῖς] Belli Germanici sub Marco meminit Galenus de Prognost. p. 459.

Pag. 4 7. 4. *Ἐπιστολαὶ*] Orosius lib. VII. cap. XV. De iis Epistolis pluribus egit loco laudato Scalig.

V 460 *Pag.* 487. 8. *Ὀρφίτου τὸ β'.*] Abest nota iterati Consulatus apud Lampridium in Commodo, Prosperum, Idatium, et alios.

Pag. 487. 9. *Πομπηϊανοῦ*] Is est Claudius Pompeianus, patria Antiochenus, M. Antonini Philosophi gener, qui bis Cos. fuit, cujus semel ac iterum meminit Herodianus lib. I. et Dio in Excerptis Valesianis p. 729.

Pag. 487. 10. *Σέβηρος*] Ex Eusebii Hist. Eccl. lib. IV. cap. XXIX.

Pag. 487. 20. *Φύσεως*] Forte *φράσεως*, nisi forte *naturalis* et *genuinus sensus*, uti sumus interpretati, intelligatur.

Pag. 488. 2. *Λόγος πρὸς Ἕλληνας*] Euseb. lib. IV. cap. XVI. Tatiani opus primo editum ab Joanne Heroldo an. MDLV. in Bibliothecam Patrum deinde relatum est. De aliis Tatiani libris agit prae caeteris Clemens Alexandrinus lib. III. Strom.

Pag. 488. 8. *Ὀρφίτου καὶ Ῥούφου*] Hic Consulatus temere hoc loco est insertus, qui in an. CLXVIII. cadit. Consules enim hoc anno fuerunt *Piso et Julianus*, de quibus Lampridius in Commodo: atque ita Fasti omnes.

Pag. 488. 9. *Ποθεινὸς*] Vide Henr. Valesium ad Eusebii Hist. Eccl. lib. V. in Prooemio, ubi de hac persecutione sub Antonino Vero plura congerit.

Pag. 488. 12. *Ἀλλὰ καὶ Ἄτταλος*] Ex Eusebii lib. V. Hist. Eccl. cap. III.

Pag. 489. 5. *Πολλίωνος καὶ Ἀπρου*] Utrique II. apponit vetus Inscriptio. Lampridius, *Pollione.* Fasti Savilliani, *Apro.* Senator, *Aspro.* Vide Norisium in Epist. Consul. p. 112.

Pag. 489. 6. *Νόμος ἐτέθη*] Eadem iisdem verbis habentur apud Nicephorum Call. lib. III. cap. XXXI. et in Synagoge Historiarum Scaligeriana pag. 342. quae quidem obscura videntur

P 540 propter duos accusativos. Unde Raderus in Chronico Paschali, et Joannes Langus apud Nicephorum, ita sunt haec interpretati, ut cautum fuerit, ut in posterum filii parentibus ab intestato suc-

Digitized by Google

cederent. Neque id tamen novum fuit sub Marco, quod non modo naturalis, sed et Lex XII. Tabularum de *suis haeredibus*, uti vocant Jurisconsulti, pridem statuerat. Quin potius ita forte capienda haec verba, ut parentes filiis intestatis succederent, quod videtur indicare Zonaras, qui hanc legem Pio adscribit: *τούτου λέγεται νομοθέτημα εἶναι, τὸ τῶν τέκνων ἀδιαθέτων τελευτώντων κληρονόμους ἀναφαίνεσθαι τοὺς γονεῖς, καὶ διατιθεμένοις τοῖς παισὶν ἐν ἀπαιδίᾳ ἀνάγκην εἶναι τὸ νόμιμον μέρος τοῖς γονεῦσι καταλιμπάνειν.* Ac siquidem eadem Lex censeri hoc loco debet cum Lege quae Marco tribuitur, utriusque prorsus diversa est sententia, tametsi duo similia fere capita utraque contineat, nempe de successione in bona intestati, et de quadrante haereditatis. Quod si verba Chronici intelligi debeant de successione liberorum in bona patris intestati, dicendum erit cum Cujacio ad lib. III. Sentent. Pauli tit. VII. et in lib. III. Observat. cap. VIII. pro *τὸν πατέρα* legendum esse *τὴν μητέρα*, cum certum sit Marcum Senatusconsulto, quod Orphitianum, utpote latum Orphito et Ruffo Coss. sive Orationem D. Marci vocant, statuisse ut matribus liberi ab intestato succederent, cujus quidem Senatusconsulti passim mentio est, meminitque Capitolinus in Marco: seu potius ut *μητέρες τε καὶ παῖδες ἀλλήλων διάδοχοι* fierent, ut est in Leg. VII. Cod. de veteri Jure enucleando §. 7. Quod vero alteram Legis Marci partem spectat, uti refertur ab Auctore Chronici, et a Nicephoro, ita capiendum censet Cujacius, ut *ἀμνημονεύτοις καὶ ἀχαριστουμένοις*, id est, praeteritis et nihil e judicio patris accipientibus, quadrans haereditatis debeatur: quod si patres fecerint, rescindi testamentum querela inofficiosi non possit. Has forte atque adeo leges alias Marci, quae plurimae fuere, respexit Eusebius, et ex eo Senator in Chron. ubi de Marco: *ac ne quid bonitatis deesset, severiores quasdam Leges novis Constitutionibus temperavit.*

Pag. 489. 9. *Τπετάξατο ἔθνος τῶν Γερμανῶν*] Ex Chron. Eusebii an. XVIII. Hoc anno profectum cum patre (M. Antonino) Commodum ad Germanicum bellum scribit Lampridius.

Pag. 489. 11. *Ρούφου*] Supra laudata Inscriptio Orphito Julianum collegam adjungit: unde, inquit Norisius, dictus forte V 461
fuerit *Julianus Rufus*. Lampridius *Orphitum et Ruffum* Coss. pariter habet.

Pag. 489. 12. *Σμύρνα*] Addit Chron. Eusebii, *ad cujus instaurationem decem annis tributorum immunitas data est.* Extat lib. IV. Anthol. cap. I. epigramma in imaginem Damocharidis, ob instauratam Smyrnam post terrae motum, atque adeo hunc forte. Prostat ibidem aliud in Theodosii aliam imaginem, ob praeclara in eadem urbe excitata opera: sed Theodosii nomen recentius forte videri possit.

Digitized by Google

Pag. 489. 13. *Ἐν Παωνίαις*] Pro *Παιονίαις*, vel *Παννονίαις*, uti habetur in Chron. Gr. Eusebii, et apud Syncellum. Porro Sirmii urbe Pannoniae obiisse Marcum die XVI. Kal. April. scribit Tertullianus. Vide Casaubonum ad Capitolinum.

Pag. 489. 16. *Καὶ Βήρου*] Ita Fasti Idatiani et Savilliani. At Prosper, Victorius, Senator, et veteres Inscription. addunt II. Vide Norisium pag. III.

Pag. 490. 1. *Ἡγήσιππος*] De quo consulendus Henric. Valesius ad Eusebii Hist. Eccles. lib. II. cap. XXXIII.

Pag. 490. 4. *Πραισεντος*] Lampridius addit, *iterum*.

Ibid. Γορδιανοῦ] Fasti Idatii, Savilliani et Anonymi Cuspiniani *Condianum* vocant, cujus nomen, cum hostis appellatus condemnatusque fuisset, erasum e Fastis. Unde apud Lampridium solus *Praesens iterum Cons.* dicitur. Vide Casaubonum ad eundem Lampridium in Commodo p. 99. Norisium in Epist. Consul. p. 114. et quae annotamus ad ann. Chr. CLI.

Pag. 490. 5. *Καὶ Βήρου τὸ β'.*] Fasti Idatii, Victoris et Senatoris, *Commodo* III. *et Byrro*. Savilliani, *Βούῤῥου*. Prosper Praesenti *Burrum* Collegam adjungit. Chronicon Eusebii Scaligerianum *Βοῦῤῥον* edidit. Panvinius Antistium Rufum vocat. *Byrrum* sororis Commodi virum memorat Lampridius in Commodo.

Pag. 490. 6. *Εἰρηναῖος*] Ex Chron. Eusebii.

Pag. 490. 8. *Κτήτωρ*] *Possessor*, civis qui in urbe domum possidet, ita ut ab inquilino distinguatur. Valerianus Imp. apud Pollionem in Balista: *non provincialem, non possessorem cogat illic frumenta ubi non habet dare.* Vide utrumque Glossarium nostrum. Caeterum similia de Artabano habet Sylloge Historiarum Scaligeriana ad Olymp. CCXLI.

Pag. 490. 10. *Καλάμια συντόμια*] Editio Scalig. *σχυτόμια πολλὰ ἄρτων*. Sed rectius editio Raderiana, nisi legendum sit *σύντομα*, ex Glossis Lat. Gr. in quibus, *tessera*, *κύβος*, *σύντομον σύμβολον* exponitur. Rursum: *tessera*, *σύμβολον*, *σύνθεμα*, *σύντομα*. At in Glossis Graecolat. habetur etiam *συντόμια*, *haec tessera*, *singulare non habet*. Unde videtur addendum post *καλάμια*, vox *ἤ*, *vel*, *seu*, cum *συντόμια* substantivi vicem tenuerit. De ejusmodi tesseris egere viri eruditi, Salmasius ad Vopiscum pag. 375. Petavius et Joan. Harduinus ad Themistii Orat. XXIII. edit. Reg. Nos etiam quaedam de iis attigimus in Glossar. med. Lat. in v. *Panes Civiles.*

P 541 *Pag.* 490. 11. *Ἐκάλεσεν*] Ita Cod. Vatican. pro *ἐκέλευσεν*, uti utraque editio praetulit.

Pag. 490. 15. *Ἀρταβάνην*, etc.] Edit. Scaligeri, *Ἀρταβάνει αἰωνία μνήμη·* nec refert quod paulo ante *Ἀρτάβανος*, hic vero *Ἀρταβάνης* dicatur: nam et Artabanum Parthorum

Digitized by Google

Regem *Artabanem* vocat Capitolinus in Macrino: *Αρταβάνην* Georgius Syncellus pag. 356. et Zonaras lib. VI. Annal. n. XII. quem *Αρτάβανον* Zosimus lib. II., Dio apud Valesium, et alii appellant.

Pag. 490. 18. *Η κατὰ Φρύγας*] Ex Chronico Eusebii, et illius Hist. Eccl. lib. V. cap. XVI. cui adjungendus Prosper ad Consulatum Cethegi et Clari.

Pag. 490. 20. *Αλκιβιάδης*] Ex Eusebio lib. V. Hist. Eccl. cap. III. Caeterum de Theodotianorum haeresi egit in primis Epiphanius Haer. CDLXII. et ex eo alii.

Ibid. Καθὸν] Ita editio Raderi: quae quidem vox non semel pro, *qua tempestate*, ab Auctore Chronici usurpatur, ut in Gloss. med. Graecit. observamus. Sed videtur legendum, *καθ' ὧν*, quomodo praefert Scaligeri editio: quippe Apollinaris et Miltiades contra Cataphryges scripserunt, ut testatur Eusebius.

Pag. 491. 1. *Απολλινάριος*] Eusebius lib. IV. Hist. Eccl. V 462 cap. XXVII. lib. V. cap. XIX.

Pag. 491. 2. *Μιλτιάδης*] Idem Eusebius lib. V. cap. XVII. XXVIII.

Pag. 491. 3. *Σεραπίων*] Serapion octavus Antiochiae Episcopus, ut est in Chron. Eusebii, qui de illius scriptis agit lib. V. Hist. Eccl. cap. XIX. et lib. VI. cap. XII.

Pag. 491. 5. *Απολλώνιον*] Vide Suidam in hac voce.

Pag. 491. 6. *Σεβήρου Βιθυνίας ἡγεμονεύοντος*] Is est forte *Severus clarissimus miles*, cujus meminit Spartianus in Didio Juliano: qui quidem Julianus Commodo imperante Bithyniam pariter rexit; vel etiam is Severus fuerit qui postea Imperator: nam Proconsulatus plures adeptus dicitur.

Pag. 491. 9. *Μαρκέλλου*] *Marullum* Idatius et Fasti alii praeferunt. Vide Norisium p. 116.

Pag. 491. 10. *Θεοδοτίων*] Eusebius lib. V. cap. VIII. Vide Baron. anno CLXXXIV. et alios passim.

Pag. 491. 12. *Μηνίων*] Sic reposuimus cum Scaligero, cum Raderus edidisset *μηνύων*.

Pag. 491. 15. *Ανάδοντα*] Scalig. edit. *ἐκάδοντα*. Sed legendum *συνάδοντα*, ex Epiphanio.

Ibid. Ως ἱστορεῖ, etc.] Haec absunt a Codice Holstenii. Hunc porro Epiphanii locum ex lib. de Ponder. et Mensur. n. XVII. multis expendit Petavius pag. 399. ubi disquirit an Symmachus post Theodotionem extiterit.

Pag. 492. 1. *Κολοσσοῦ*] Ex Chron. Eusebii, ubi multa Scaliger.

Pag. 492. 3. *Ωριγένης*] Euseb. lib. VI. cap. II.

Pag. 492. 4. *Καπιτωλίῳ*] Scalig. *Καπετωλίῳ*, quomodo

Digitized by Google

fere semper Graeci efferunt. Ex Chron. Euseb. ubi idem Scaliger.

Pag. 492. 7. *Θερμαὶ Κομμοδιαναὶ*] Ex Chron. ejusdem Eusebii.

Pag. 492. 9. *Φουσκιανοῦ*] Deest utrique nota iterati Consulatus in Fastis Idatii, Prosperi, Victorii et Senatoris, quae adscribitur in veteri Inscript. MVI. 9. in Fastis Savillianis, et apud Lampridium, a quo omittitur nomen Silani, quo postea occiso jussu Commodi, nomen illius e Fastis exemptum est. Omittitur deinde in Chronico Consulatus *duorum Silanorum*, qui cadit in ann. Chr. CLXXXIX. Servilii scilicet et Dulii, quos Commodus cum suis interfecit, ut scribit idem Lampridius: et post Consulatum Commodi VII. et Pertinacis, Consulatus *Aproniani et Braduae*, qui in Fastis omnibus recensentur.

Pag. 492. 14. *Ἐν οἰκίᾳ Βεστιανοῦ*] Ex Chron. Eusebii, qui habet, *in domo Vestiliani*: ubi consulendus Scaliger, ut et Casaubonus in Notis ad Lampridium, ubi hunc locum describit, et pro *Καλάνδης*, emendat *Καλανδῶν*. Vide eundem in Pertinace p. 104.

Pag. 492. 17. *Λούκιος*] Hic et infra errat Auctor: neque enim Pertinax *Lucius* vocabatur, sed *Publius Helvius Pertinax*. Testes illius nummi, Capitolinus, et Scriptores alii. *Aulum Helvium* vocat Victor Schotti.

Pag. 492. 18. *Μῆνας β'.*] Scalig. ad Euseb. p. 227.

Pag. 492. 19. *Ἐξιούσῃ*] Scalig. *ἐξ . . .* Chron. Eusebii: *Pertinax obsecrante Senatu, ut uxorem suam Augustam, et filium suum Caesarem appellaret*, etc. Unde videretur legendum *ἀξιούσῃ, petenti, obsecranti*. Aliter vero hanc periochen exscripsit Scaliger in Chron. Gr. p. 216. *Περτίναξ τῇ Συγκλήτῳ Ρωμαίων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Σεβαστὴν ὀνομάσαι, καὶ τὸν υἱὸν Καίσαρα ἀποδεῖξαι . . . . ἀντεῖπε βουλομένῃ.* Capitolinus: *filium ejus Pertinacem Senatus Caesarem appellavit, sed Pertinax nec uxoris Augustae appellationem recepit, et de filio dixit, Quum meruerit.* Fuit autem Pertinaci uxor *Flavia Titiana*, ut est apud Lampridium.

Pag. 493. 2. *Βεβιασμένως*] Scalig. *βεβιασμένος*, quomodo edidimus. Euseb. *sufficere testatus quod regnaret invitus*. Vide Scalig. p. 227.

Pag. 493. 3. *Ἀπὸ τῶν στρατιωτῶν*] *Τοῦ περὶ τὴν φυλακὴν τῶν βασιλείων τεταγμένου στρατιωτικοῦ τὴν τοῦ καταστῆσαι μόναρχον ὑφαρπάσαντος ἐξουσίαν, παρελομένου τε βίᾳ τὴν Γερουσίαν ταύτης τῆς κρίσεως*, inquit Zosimus. *Milites enim jam insueverant sibi Imperatores tumultuario judicio facere, et item facile*
V 463 *mutare, afferentes nonnunquam ad defensionem, se idcirco fecisse, quod nescissent Senatum Principem appellasse.* Verba sunt Lampridii in Alexandro. His accedebat quod *ὑποδιεφθάρησαν τὰ τῶν στρατιωτῶν ἤθη· καὶ χρημάτων ἐδιδάχθησαν ἄπληστον, καὶ αἰσχρὰν*

Digitized by Google

ἐπιθυμίαν, καταφρόνησίν τε τῆς πρὸς τοὺς ἄρχοντας αἰδοῦς, ut P 542
ait Herodianus in Didio Juliano. Unde raro accidebat ut *per omnes honores et magistratus insigniter gestos*, ac *jure meritorum, et quasi ex totius orbis una sententia*, sed fere semper *tumultuario populi concursu et militum strepitu* Imperator fieret, ut loquitur Trebellius Pollio in Valeriano. Quantum vero felicior hodie orbis Christianus, in quo nihil ejusmodi ferale accidit, non modo iis in regionibus, in quibus jura regiae successionis trabali veluti lege semel fixa sunt, sed in iis etiam ubi Principes communi calculo eliguntur, licet prava ista per neces et scelera, et per militares tumultus, invadendae tyrannidis ambitio apud Imperatores Constantinopolitanos, Christianae tametsi Fidei initiatos, semper obtinuerit, ex hac procreato toti Imperio extremo tandem excidio.

Pag. 493. 4. *Εἰς τὸν Μάρτιον*] De hac itione in Campum Martium silent Historici, nisi huc referantur verba Capitolini, qui caesum Pertinacem in Palatio scribit, *quum ille aulicum famulitium ordinaret*, in Campum Martium forte processurus. Haec porro perperam extulit Georgius Hamartolus in Chron. MS. *καὶ ἐσφάγη ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐξερχόμενος ἐκ τοῦ Παλατίου τὸν Μάρτιον μῆνα.*

Ibid. Ὢν ἐτῶν ο'.] Vide Scaligerum ad Eusebium pag. 227. et Casaubonum ad Capitolinum in Pertinace.

Pag. 493. 5. *Ρωμαίων ιζ'.*] Didium Julianum in Chronico Hieronymi omittit Eusebius, numerumque XVII. Severo adscribit. Vide Scalig. p. 425.

Ibid. Ο καὶ Σίλβιος] Leg. *Σάλβιος*, ex Eutropio, Victore, Dione et aliis: nam Imperator factus his nominibus donabatur, ut est apud Panvinium, *M. Caesar Didius Salvius M. F. Commodus Severus Julianus.*

Pag. 493. 6. *Μῆνας ζ'.*] Spartianus ait Didium imperasse mensibus II. diebus V. Dio apud Xiphilinum, dies LXVI. Victor Schotti LXXX.

Pag. 493. 7. *Φλάκκου*] Ita Fasti Savilliani. Idatiani MSS. *Flaccone.* Prosper et Victorius, *Falcone.* Senator, *Fascone.* Vocatur ille *Q. Sossius Falco*, in veteri lapide, cujus meminit Scaliger in Euseb. pag. 130. cui *C. Julius Eructus Cos.* collega adjungitur. *Erucium Clarum* vocat Dio in Excerptis Valesianis p. 737. et Spartianus in Severo, a quo is interfectus fuit. Proinde idem videtur cum Claro, qui Flacci collega hic dicitur. Falconis meminerunt Capitolinus, Dio apud Xiphilinum et Valesium, et Zonaras in Pertinace.

Pag. 493. 8. *Εσφάγη*, etc.] Georgius Hamartolus in Chron. MS. et Joëlus: *καὶ ἐσφάγη ὑπὸ κουβικουλαρίου εἰς τὴν πηγὴν τοῦ Παλατίου θεωρῶν τοὺς ἰχθύας.* Sed unde ii haec hauserint incertum: certe Didium Julianum caesum in Palatio, non a suis,

Digitized by Google

sed a gregario milite scribit Spartianus, vel ut Herodianus ait, ab uno e Tribunis a Senatu submisso. Victor. in Epit. *in abditas Palatii balneas ductum extenta damnatorum modo cervice decollatum* ait.

Pag. 493. 10. *Ων ἐτῶν ξ'.*] Spartianus an. LVI. mens. IV. Dio apud Xiphilinum ann. LX. mens. IV. dies totidem.

Pag. 493. 12. *Λούκιος*] Scalig. edit. *Λεύκιος*.

Ibid. Ἀπὸ τῆς Συγκλήτου] A militibus apud Carnuntum Imperator primo dictus Severus, deinde Juliano Imperio abrogato, a Senatu appellatus est. Spartian. et alii.

Pag. 493. 14. *Σεβήρου*] Fasti Idatiani et Savilliani notam iterati Consulatus addunt, et recte: nam Consulatum cum Apuleio primum egisse testatur Spartianus. Porro in edit. Scaligeri post Consulatum Tertulli et Clementis, subsequitur Consulatus Laterani et Rufini, deinde Consulatus Dextri et Prisci. Idatius vero Scriptori nostro recte concinit.

Pag. 494. 4. *Κτίσαι*] Sic reposuimus pro *κτίσας*. Caeterum ad eorum illustrationem quae hic de Byzantii Originibus narrantur, conferre Lector poterit quae copiose satis diximus in
V 464 ejusdem Urbis Originibus, et in Constantinopoli Christiana.

Pag. 495. 2. *Εν τῇ ἀκροπόλει*] Vitruvius lib. I. cap. VII. *Aedibus vero sacris, quorum Deorum maxime in tutela civitas videtur esse, et Jovi, et Junoni, et Minervae, in excelsissimo loco, unde moenium maxima pars conspiciatur, aereae distribuantur.* Edictum de his qui ad Ecclesias confugiunt, in Concilio Ephesino, de Paganis, *τούς τε ναοὺς ὥσπερ καὶ διὰ τῆς γῆς ὑψουμένου ἐν τοῖς ἀκροπόλεσι, καὶ τοῖς ὀχυρωτέροις τῶν πόλεων ἀναθεῖναι τόποις·* neque Paganorum duntaxat fana, sed et Christianorum Ecclesias *in alto constitutas* testatur Lactantius lib. I. de Mortib. persecut. n. XIV.

Pag. 495. 4. *Αρτεμιδίου ἐλάφῳ*] Legendum *Αρτέμιδος Ελαφιαίας* docuimus in Orig. Byzantii sect. XIV.

Pag. 495. 8. *Καὶ τὸ ἱππικὸν*] Anonymus MS. in Collectione Historica, usque ad Anastasium Imp. *Τὸ δὲ τοῦ Βυζαντίου ἱππικὸν ἔπτισε Σεβῆρος ὁ Ρωμαίων Βασιλεὺς πρὸς θεραπείαν τῶν Βυζαντίων, ὅπερ οὐκ ἔφθασε τελειῶσαι, καὶ ἔμεινεν ἀτέλεστον μέχρι Κωνσταντίνου τοῦ πρώτου καὶ μεγάλου Χριστιανῶν Βασιλέως, ὃς κτίσας τὴν πόλιν, ἣν καὶ κοσμήσας χαλκουργήμασι, καὶ τὸ ἱππικὸν ἀναπληρώσας, πρῶτος ἐπετέλεσε ἐν τῇ γενεθλίᾳ ἡμέρᾳ τῆς πόλεως τὴν ἱππικὴν ἀγωνίαν, ἥτις τελεῖται ιά ἡμέρᾳ Μαΐου.* Sed de Circo Byzantino consulenda Constantinopolis Christiana lib. II. ubi multa congessimus.

Pag. 496. 3. *Καὶ πολλοὶ ἐμαρτύρησαν*] Atque in iis Leonides Origenis pater. Chron. Euseb.

P 543 *Pag.* 496. 6. *Σύμμαχος*] Hieron. in Hierem. cap. XXXII. Epiphan. de Mensuris et Ponder. etc.

Digitized by Google

Pag. 496. 12. *Ταῦτα Ἐπιφάνιος*] Haec desunt in Codice Holstenii.

Pag. 496. 15. *Πλαντιανὸς*] De quo Spartianus in Severo pag. 69. edit. Salmasii, et Dio in Excerptis Valesianis p. 737. 738.

Pag. 496. 17. *Χίλωνος*] Is iterum Praefectus Praetorio, in vitae discrimen incidit, Caracalla imperante, quod concordiam inter fratres suaserat. Idem Spartian. Vide Excerpta Dionis Valesiana pag. 743.

Pag. 496. 19. *Τούτοις τοῖς Τπάτοις*] De hac sub Severo Persecutione, praeter Baronium, egerunt Scalig. ad Eusebium, et Henr. Dodwellus in Dissert. Cyprian. XI. n. XLI.

Pag. 497. 3. *Σεβηριανὸν Γυμνάσιον*] De quo Spartianus in Caracalla: *inde Alexandriam petiit, in Gymnasium populum convocavit*, etc.

Pag. 497. 4. *Πάνθεον*] De variis Pantheis quae Romae extitere agit Scaliger ad Eusebium p. 207. 208. ubi et Alexandrini meminit, ex Chronici Scriptore.

Pag. 497. 6. *Αλβίνου*] Qui postea Imperator fuit: de cujus Consulatu Capitolinus in illius vita.

Pag. 497. 9. *Πομπειανοῦ*] De quo idem Spartianus p. 86.

Ibid. Καὶ Λουΐτου] Ita emendavimus, cum prave editum esset a Radero *Αττου*, et a Scaligero *Αὔτου*· ita enim in Fastis omnibus; isque est Lollius Avitus, de quo Capitolinus.

Pag. 497. 13. *Ἀπρου καὶ Ἀπρου*] Leg. *Ἀσπρου τὸ β'. καὶ Ἀσπρου*, ex Fastis omnibus, et Legibus Antonini, quae habent, *Duobus Aspris. Juliani*, seu *Julii Aspri* sub Caracalla meminit Dio in Excerptis Valesianis p. 743. et in Ursinianis p. 442. Alterum ex Aspris *M. Pompeium M. F. Asprum* vocat Panvinius.

Pag. 497. 15. *Ὧν ἐτῶν ξε'.*] Vide Scaligerum ad Eusebium p. 130.

Pag. 497. 17. *Ετη ζ'.*] Ita Eusebius in Chron. ubi Scaliger. Spartianus ann. VI.

Pag. 497. 18. *Αλβίνου*] Leg. *Βαλβίνου*, ex Fastis omnibus et Inscript. Is postmodum Imperator fuit.

Pag. 497. 20. *Καὶ Σαβίνου*] Cui Ulpianus libros inscripsit, et quem Heliogabalus occidere praeceperat. Lampridius.

Pag. 498. 1. *Λεντούλου*] Fasti Idatii et alii, *Laeto*. Aemilio scilicet, cujus meminit Dio in Excerptis Valesianis p. 731. et 743. et ex eo Zonaras in Commodo.

Pag. 498. 2. *Ανουλίνου*] Legendum *Ανουλλίνου*, ex Fastis omnibus et Inscriptionibus.

Pag. 498. 5. *Αντωνίνου τοῦ Αὐγ. τὸ ε'.*] Is est Heliogabalus, qui Macrino acie victo, illius Consulatui nomen suum substituit, ut scribit Dio in Excerptis Ursinianis p. 446. Sed delenda nota numeralis.

Digitized by Google

Pag. 498. 6. *Αντωνίνου Αὐγ. τὸ ϛ΄.*] Dio lib. LXXIX. ex
V 465 Excerptis Ursini, Pseudantoninum, seu Heliogabalum II. et Licinium Sacerdotem Coss. et Fasti alii praeferunt.

Pag. 498. 9. *Μέσον Αἰδέσσης καὶ Κάῤῥων*] Ex Eusebii Chron. ubi Scaliger. Addit Georgius Syncellus, *πόλεις δ' αὐταὶ τῆς Οσροηνῆς.* Vide Spartian. Hic porro et infra *Αἴδεσσαν* cum diphthongo scribitur, ut et apud Dionem in Excerptis Valesianis pag. 711. et apud Epiphanium Episcopum Tyri de Sanctis Apostolis in Cod. Reg. II. MDCCCCLI. in S. Juda: liceţ in nummis et apud Scriptores alios per E duntaxat scribatur.

Ibid. Ων ἐτῶν ξ΄.] Vide Scaligerum ad Euseb. et Casaubonum ad Spartianum in Caracalla pag. 133.

Pag. 498. 11. *Καὶ Κωμάζοντος*] De quo consulendi Capitolinus et Dio lib. LXXIX. et ex eo Xiphilinus.

Pag. 498. 12. *Εν Αρχελαΐδι*] Ex Chron. Eusebii. Editio Scaligeri, *Αρχελαισίων*, cum nota mendi. Sed facilis emendatio, si legatur, *ἐν Αρχέλαιδι ὤν*, etc. Zosimus, *εἰς τὸν μεταξὺ πορθμὸν Βυζαντίου καὶ Καλχηδόνος* captum, ac neci datum Macrinum scribit, Capitolinus, *in suburbio Bithyniae:* sed id refellit Scaliger. Vide Casaubonum ad eundem Capitolinum in Macrino.

Pag. 498. 13. *Ηλιογάβαλος*] Hamartolus et Joëles: *μετὰ δὲ Μάκρινον ἐβασίλευσεν Αντωνῖνος ὁ Γάλβας ἔτη δ΄.* An sic expresserunt nomen Heliogabali?

Pag. 498. 15. *Γράτου καὶ Σελεύκου*] Fasti Savilliani *Sabinianum et Seleucum* praeferunt. Ita nempe *Gratus Sabinianus* appellabatur, ut colligitur ex Dione lib. LXXIX. et ex Fragmento Africani apud Georgium Syncellum pag. 212.

Pag. 498. 17. *Αντωνίνου Αὐγ. τὸ β΄.*] Fasti Idatiani, *Antonino* IV. *et Alexandro.* Victorius et Senator, *Alexandro et Augusto.* Marianus, *Alexandro et Antonino.*. Nimirum hoc anno Coss. fuerunt *Heliogabalus* IV. *et Alexander Severus Caesar*, ut est in vet. Inscript. apud Panvinium. Statim enim atque factus est Caesar Alexander, Consulatum cum Antonino gessit, ut scribit Herodianus. Igitur pro β΄. leg. δ΄. ut est apud Dionem.

Pag. 499. 1. *Μαξίμου*] Addunt *τὸ β΄* Fasti Idatii, Rescripta Alexandri et Inscriptiones, ut observatum a Norisio. Hos Coss. alia Inscriptio apud Sponium in Miscellan. eruditae antiq. p. 280. 281. sic consignat: *L. Mario Maximo* II. *et L. Roscio Aeliano Cos. Ηλιανὸν* pro *Αἰλιανὸν* habent Fasti Savilliani.

Pag. 499. 2. *Διαννυκτέρευσις*] Has *διαννυκτερεύσεις* refert Scaliger ad eas quas Eusebius, et ex eo Senator, in Chron. factas scribit Urbis Conditae millesimo, Philippis imperantibus
P 544 an. II. *Ludique in campo theatrales tribus diebus et tribus noctibus populo pervigilante celebrati.* Hincque concludit prochronismum esse annorum XXXV. Similes vigilias ac ludos celebrasse Severum Auctor est Herodianus lib. III. quos ad Consulatum Chilonis et

Digitized by Google

Libonis refert Zosimus lib. II. ubi fuse de iis agit. Vide Horatium in carmine saeculari, et ejus Commentatores.

Pag. 499. 5. *Νικόπολις*] Ex Chron. Eusebii, ubi Scaliger. Vide praeterea Willelmum Tyrium lib. VII. cap. XXIV.

Pag. 499. 7. *Αφρικανοῦ*] Historiam is perduxit ad tempora Antonini, ut scribit Georgius Syncellus pag. 107. et 212. (illius nempe qui Heliogabalus dictus est, ut infra in hoc Chronico habetur, et apud Hieronymum in libro de Scriptoribus Ecclesiast.) quem etiam *Κεστῶν* Auctorem facit, uti supra observavimus, de quo ita Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Sapientem in Maximo et Balbino: *Αφρικανὸς ὁ συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο.* Et in Decio: *ἐπὶ τούτου ἦν Κλήμης ὁ Στρωματεὺς καὶ Αφρικανός.* Adde Freculfum to. II. lib. III. cap. IV. Sed de hoc Africano multa congessere Scaliger ad Graeca Eusebii pag. 414. et ad Chronicon pag. 232. Casaubonus ad Suetonium in Julio sect. XXXI. Bellarminus de Scriptoribus Eccles. et ibi Labbeus, Possevinus in Apparatu, Herwartus in Chronolog. cap. CCXXXV. Vossius de Historic. Graec. lib. II. Petavius lib. VIII. Auctarii cap. II. Valesius ad Hist. Eccl. Eusebii lib. VI. cap. XXXI. Goarus ad Syncellum, et alii.

Pag. 499. 8. *Φλαβιανοῦ*] Fasti Idatiani, *Fabiano et Crispo.* Caeteri, et Inscriptiones Julianum vocant. Vide Norisium p. 134.

Pag. 499. 9. *Επὶ τούτων τῶν Υπάτων*] Immo anno Chr. V 466
CCXXII. VI. Martii, quo Alexander Severus Imperium est auspicatus, ut Scaliger, Bucherius, Petavius, et alii docuere ex Canone Paschali Hippolyti.

Pag. 499. 10. *Υπὸ τοῦ ἰδίου συγγενοῦς*] Alexandrum consobrinum intelligit, quem cum occidere decrevisset, a militibus et Praetorianis facta conspiratione, ad liberandam Rempublicam, ipsemet occisus est. Lamprid.

Pag. 499. 13. *Φουσκιανοῦ*] Sic Fasti Idatiani: sed ex Savillianis, Prosperi, Rescriptis Alexandri, et Inscriptionibus leg. *Φούσκου τὸ δ'.* Ita nempe Scriptor Chronici, ut non semel monemus, ejusmodi terminationes vocibus appellativis addere solet.

Pag. 499. 16. *Αλβίνου*] Leg. *Βαλβίνου*, licet ita Fasti Idatiani praeferant. Prosper, Victorius, Senator, et Marianus duplicem Consulatum ex hoc unico perperam confecere: ubi *Aimianum et Maximum:* deinde *Albinum et Maximum* scribunt, cum unus idemque sit, alterque *Clodius Balbinus*, alter *Pupienus*, cognomine *Maximus*, inquit Capitolinus, appellentur qui Imperatores a Senatu electi fuerunt post Gordianum Seniorem, ut est apud eundem Capitolinum et Herodianum lib. VII. *Sabinum* pro Balbino perperam scribunt Fasti Savilliani.

Pag. 499. 18. *Αλεξάνδρου τὸ γ'.*] Lampridius de Alexandro: *Consulatum ter iniit tantum ordinarium, ac primo nundino sibi*

Digitized by Google

alios suffecit: ad quem Consulatum III. Alexandri illum quidam referunt, quem Gordianum Seniorem cum eo gessisse Capitolinus tradit.

Pag. 499. 20. *Κλήμεντος*] Sic Fasti Idatiani: quem *Clementinum* alii vocant. Priscillianum pro Clemente legunt Fasti Savilliani. Prosper, Victorius, Senator, Marianus, Wigorn. hoc anno Coss. describunt, *Gratum et Seleucum.*

Pag. 500. 1. *Καὶ Πελιγμιανοῦ*] Ita editio Scalig. *Peligianum*, Fasti Idatiani MSS. *Πελιγνιανὸν*, Savilliani legunt: rectius alii *Felicianum.*

Pag. 500. 7. *Μαξίμου τὸ ϛ'.*] Notatur hic Maximi sextus Consulatus in Testamento Hildevarae illustris feminae Ravennae exarato coram ejusdem Civitatis Ecclesiae Episcopo, ex Bibl. Reg. pridem publicato. Fasti Idatiani: *Maximo* III. et *Africano.* Apud Victorium deest nota numeri. Prosper et Senator *Maximinum* legunt, cui forte suffectus *Maximus* fuerit.

Pag. 500. 8. *Περπέτου*] Ita edit. Scalig. Sed leg. *Περπετούου καὶ Κορνηλίου*, quem Fasti Idatiani, Savilliani, Prosperi, etc. *Cornelianum* vocant. Sed turbant hoc loco Savilliani: *Perpetuum* enim *Africano: Pium*, seu Ulpium *Corneliano* perperam adjungunt. Eodem etiam anno Cos. fuit Junius Syllanus, suffectus forte, de quo Capitolinus in Maximinis.

Pag. 500. 10. *Κυπριανὸς*] Haec perperam intrusa: quippe Cypriani Martyrium rursum refert Auctor ad annum II. Valeriani, quod ad primum Fasti Idatiani, ad III. Chronicon Eusebii referunt.

Pag. 500. 11. *Ἐπὶ τούτων*] Immo *Severo et Quintiano Coss.* ut est apud Eusebium, Senatorem et alios, anno Chr. DCXXXV. Vide praeter Scaligerum, Petavium, Bucherium, etc. et quae observamus in Praefat.

Pag. 500. 12. *Ἐν Μογοντιακῷ*] Ex Chron. Eusebii, ubi Scaliger.

Pag. 500. 16. *Ἐτη γ'.*] Vide Capitolin. et al. praeterea Petavium ad Epiphan. pag. 402. ubi de annis Maximini agit.

Pag. 500. 18. *Οὐλπικίου*] *Pium* Fasti Idatiani, Savilliani, et alii vocant: sed leg. *Οὐλπίου*, ut est apud Censorinum qui hoc anno scribebat.

Pag. 500. 19. *Αλβιόλα*] Rectius editio Scaligeri *Αβιόλα*, cui *Αττικὸν* collegam perperam adjungunt Fasti Savilliani, qui biennio post demum Cos. fuit.

P 545 *Pag.* 501. 1. *Αλβίνου*] Sic Fasti Idat. Caeteri, et Capitol. in Gordiano III. *Vettium Sabinum* vocant. *Arianum* Venusto adjungunt collegam Savilliani, qui in aliis biennio post Cos. recensetur.

Pag. 501. 3. *Εἰς Ακύλειαν*] Ex Chron. Eusebii, ubi

Digitized by Google

Scaliger, qui recte annum caedis Maximini in Consulatum Ulpii et Pontiani rejicit.

Pag. 501. 4. *Μῆνας γ'.*] Ita etiam Georgius Monachus in Chron. MS. At Maximum et Balbinum annum unum imperasse auctor est Capitolinus, qui (ut et Herodianus, horum temporum Scriptor, et alii,) una in Palatio occisos tradit. Perperam igitur Auctor Chronici Balbino Publium successisse scribit, qui simul eodemque die a Senatu Imperatores sunt electi, quo in errore versantur praeterea Cedrenus et Zonaras.

Pag. 501. 5. *Πούβλιος*] *Πουπλιανὸν* vocant Cedrenus, Georgius Hamartolus, et Georgius Monachus in Chron. MSS. *Πομπηϊανὸν* Zonaras, et Catalogus Impp. Leunclavianus, quibus forte Pompeiani, qui Cos. cum ipso Gordiano statim fuit, V 467
nomen imposuit: iis porro ita Pupienus indigitatur. Eutropius: *Balbinus et Pupienus in Palatio interfecti sunt, soli Gordiano Imperium reservatum: cujus pater*, subdit ille, *senior Gordianus consensu militum, cum Proconsulatum Africae gereret, Maximino imperante fuerat electus.*

Pag. 501. 6. *Σενίωρ*] *Σέννωρ* habet editio Scaligeri, ut infra in Philippis *Ιούννωρ* pro *Ιουνίωρ*. Cod. Vatic. *Ενίωρ*. Georgius Hamartolus in Chron. MS. et Cedrenus: *Μετὰ δὲ Μαξιμῖνον ἐβασίλευσε Πουπλιανὸς μῆνας β', καὶ ἐσφάγη ἐν πολέμῳ. Μετὰ δὲ Πουπλιανὸν ἐβασίλευσε Ιούνωρ μῆνας γ'. ὃς πρῶτος ἐποίησεν Κανδιδάτους καὶ Προτίκτορας, καὶ τὸ τάγμα τῶν Σχολαρίων συστησάμενος ἐκάλεσεν αὐτὸ Ιουνόρων εἰς τὸ ἴδιον ὄνομα.* Paullo aliter Georgius Monachus in Chron. MS. *Μετὰ δὲ Πούπλιον ἐβασίλευσεν Βαλβῖνος Ἰανουὸς μῆνας γ'· ὃς πρῶτος*, etc. ut Hamartolus. Catalogus Impp. Leunclavianus Gordianum Pupieno successorem, eique VI. Imperii annos tribuit, ex quibus palam fit tres Gordianos his locis Graeculos istos Scriptores confundere. Idem denique Catalogus Gordiano Marcum, Marco Juniorem, Juniori denique Philippum successores dat, ac Marco an. III. Juniori an. II. Imperii. Verum Marcus et Junior, atque adeo Gordianus senior hic intelligi debent tres ejusdem gentis Augusti, Gordianus scilicet pater, alter filius, alter denique nepos ex filia Senioris: cujus postremi Imperium VI. annorum fuit, patris vero et filii unius anni et paucorum mensium. In nummis Pater, IMP. M. ANT. GORDIANUS AFR. AUG. seu Africanus inscribitur: nepos vero absque hac voce. Ita Marcus Gordianus Junior, tertius fuerit Gordianus qui VI. annos imperavit, cui Senioris epitheton perperam adscripsit Auctor Chronici, cum absit ab Eusebio, ex quo sua hausit: *Romanorum* XXIII. *Gordianus annos* VI. ex quibus patet duos alios Gordianos omisisse Eusebium, ut qui pauco tempore imperaverint.

Pag. 501. 8. *Καὶ Πομπηϊανοῦ*] Ita Fasti omnes: at Pan-

Digitized by Google

vinius *Papinianum* legit. Pompeiano Peregrinum collegam male adscribunt Fasti Savilliani, qui triennio post demum Cos. fuit.

Pag. 501. 12. *Ἀνρηλιανοῦ*] *Anianum*, vel *Arrianum* habent Fasti omnes. *Aprianum et Pappum* hos Coss. in Gordiano III. Capitolinus: *Arrianum et Papum* (al. *Pupam*) vocat Anonymus Afer de Paschate editus ab Episcopo Oxoniensi post Cyprianum, ubi is Consulatus dicitur esse v. annus Gordiani: idque probat primum ejus annum fuisse, quo Consul fuit cum Aviola, juxta virorum doctorum sententiam.

Pag. 501. 13. *Γορδιανὸς*] Hunc locum laudat Casaubonus ad Capitolinum, quem ut et alium Cedreni eadem fere de hac schola a Gordiano instituta scribentis, confictum esse prorsus existimat.

Pag. 501. 14. *Τελείους καὶ εὐσθενεῖς*] Quomodo legi solebant milites, *σώματος εὐεξίᾳ καὶ ἡλικίας ἀκμῇ εἰς μάχην ἐπιτήδειοι*, ut est apud Herodianum lib. VI. *statura decori, virtute graves*, apud Pollionem in Trebelliano tyranno: Spartianus in Caracalla: *legi etiam validos ad militiam praecepit.*

Pag. 501. 15. *Καὶ μεγάλης ὄντας θέας*] Vide Gloss. med. Lat. in v. *incoma*, et in Addit.

Pag. 501. 17. *Σενιώρων*] *Ιουνιώρων* Cedrenus et Hamartolus legunt, et recte forte: siquidem hanc cohortem de suo nomine appellavit Gordianus Junior, seu Tertius: nam et Senioris cognomen Tertii patri adscribit Capitolinus. At, ni fallor, aliunde nominis origo petenda. Neque enim *Juniorem* se unquam appellasse Gordianum legimus, nec id vero videtur
V 468 simile. Nam si revera Candidatorum cohortem seu numerum instituit Gordianus, cohors illa dicta fuerit *Gordianorum Seniorum*, non a Gordiano Seniore, qui Seniorem pariter nunquam se appellavit, sed quo ab altera quae *Gordianorum Juniorum* dicta fuerit, distingueretur, quomodo in Notitia Imperii, *Constantini*, *Arcadiani*, *Theodosiani*, *etc. Seniores et Juniores* passim leguntur: ubi *Seniores* Junioribus semper praeponuntur, servato scilicet institutionis ordine: unde colligere est binas a Gordiano institutas cohortes, ac diverso tempore, ita ut quae prima, *Seniorum*, altera quae secunda, *Juniorum* appellatae fuerint, proindeque cohors illa *Candidatorum Juniorum*, quam a Philippo institutam scribit Auctor Chronici, ad Gordianum omnino pertineat, perperamque Philippo attributa sit. Meminit porro vetus Inscriptio apud Gruterum LIII. 10. *Legionis* III. *Felicis Gordianae.*

P 546 *Pag.* 501. 19. *Τατιανοῦ*] *Titianum* habent Fasti omnes.

Pag. 502. 3. *Νόσῳ βληθείς*] Aqua intercute Juniorem Gordianum, quem *Οὐνιόρον* vocat, decessisse scribit Cedrenus, qui Augustorum Historiam mire hoc loco turbat, ut et Zona-

Digitized by Google

ras. Nam constat a Philippo Praefecto Praetorio, accensis in seditionem militibus, interfectum VI. Imperii, XIX. aetatis anno. *Ιούνωρα* etiam vocat Joëles: *Μετὰ δὲ Πουπλιανὸν ἐβασίλευσε Ιούνωρ ἔτη η'. Μετὰ δὲ Ιούνωρα ἐβασίλευσε Γορδιανὸς υἱὸς αὐτοῦ ἔτη δ'.*

Pag. 502. 5. *Φίλιππος ὁ Ιουνίωρ*] Plerique Scriptores, inquit Casaubonus, perperam existimant Philippo Junioris epitheton adscriptum, ad patris discrimen, cum id cognomen Philippi patris fuisse, vel ex hoc loco satis colligatur, et ex iis quae deinde narrantur in Chronico an. IV. et VI. ejusdem Augusti, anno I. Decii, et anno XXV. Justiniani. Verum ut dicam quod sentio, ut nec utrique Gordiano, ita nec Philippo patri, nec filio Junioris cognomen unquam fuit. Quod si ita esset, descriptum legeretur in veteribus Inscriptionibus, et in ejus nummis, in quibus M. JUL. PHILIPPUS AUG. duntaxat inscribitur. Baronius Inscriptionem refert, quam Veronae juxta portam Bursaraeam esse observat, hisce verbis: *Anno Christi* CCLIII. *Imp. Divus Philippus Senior Veronae, et Romae Junior a satellitibus interficiuntur.* Sed nemo non videt hanc esse multo recentioris aevi. *Junioris* igitur Philippo patri cognomen a Graeculis scriptoribus, qui Latinae vocis vim ignorabant, adscriptum forte aut ex *Julii* praenomine male intellecto, aut quod cum Scriptor Chronici in aliquot Imperatorum Catalogis *Ιουνίωρα* ante Philippum nude positum legisset, idque nominis, Gordiani Imperatoris adscriptum epitheton non advertisset, illud Philippi esse existimaverit, cum praeterea Gratianus III. et *Junior* in iisdem Catalogis interdum distinguantur, licet unus idemque sit. Proinde quod de *Schola Juniorum* a Philippo instituta subdit, eidem Gordiano competit, ut qui utramque *Seniorum* scilicet et *Juniorum*, Gordianorum nempe, instituerit: ex quibus forte *Legio* III. *F. Gordiana*, cujus mox meminimus, prior fuerit, quae tum demum *Gordianorum Seniorum* dicta fuerit, altera postmodum instituta, ac tum demum Juniorum appellata, uti paullo ante diximus.

Ibid. Φιλίππῳ τῷ υἱῷ] Caio Julio Philippo Saturnino. Victoris Epit.

Ibid. Ετη ϛ'.] De annis utriusque Philippi agit Petavius ad Epiphanium pag. 402. ut et Joan. Pearsonius Episcopus Cestrensis in Annalibus Cyprianicis anno CCXLIX.

Pag. 502. 13. *Δεκίου*] Addendum *τὸ β'.* ex Fastis.

Ibid. Καὶ Γρατιανοῦ] *Gratum* vocant Fasti omnes. Vide Joann. Bollandum in Prolegom. ad vitam S. Pionii n. XVII. et Joan. Pearsonium in Annalibus Cyprianicis. Omittitur deinde Consulatus *Decii* III. *et Decii Caesaris*, qui apud Pollionem in Valeriano ita consignatur, *Duobus Deciis Coss.* qui quidem Con-

Digitized by Google

sulatus male rejicitur post ann. CCLIII. Vide Joan. Bollandum in iisdem Prolegom.

V 469 *Pag.* 502. 20. *Γάλλου*] Idatiani Fasti et vetus Inscriptio apud Panvinium addunt notam iterati Consulatus: de quo quidem Consulatu Galli et Volusiani consulendi Papebrochius in prolegom. ad vitam S. Isidori n. v. Pagius in Prolegom. ad Dissert. Hypat. n. VIII. et Pearsonius in Annalib. Cyprianicis.

Pag. 503. 1. *Καὶ Μαξίμου*] Vide eundem Pearsonium hoc anno.

Pag. 503. 2. *Ο Ιουνίῳ*] Exemplar Casauboni *Ιούννῳ* praetulit, ut supra monuimus. Quod porro hic narrat Auctor Chronici de Morte Philippi Imp. caeteris Scriptoribus repugnat, tametsi invicem minime etiam consentiant. Zosimus quippe, Cedrenus et Zonaras utrumque Philippum in acie periisse scribunt, et utrumque occisum Capitolinus in Gordiano: patrem Veroqae, filium vero Romae a satellitibus interemptum Eutropius, et ex eo Eusebius in Chron. filium denique Romae ad Castra Praetoria uterque Victor, vel in Hortis Tiberianis Nicephorus Constantinopol. in Chronol. adeo ut incertum sit, unde quae hoc loco narrat Scriptor Chronici, hauserit.

Pag. 503. 4. *Μηρόκλαστος ἐγένετο*] Id Gordiano tribuit Georgius Monachus in Chronico MS.

Pag. 503. 6. *Ετος α΄.*] Vide Petavium ad Epiphanium pag. 402.

Pag. 503. 8. *Δεκίου*, etc.] Perperam hic Consulatus intrusus fuit, qui ad annum CCLI. referri debuit, ut supra innuimus.

Pag. 503. 9. *Διωγμοῦ κατὰ Χριστιανῶν*] De Persecutione Christianorum sub Decio egit prae caeteris post Baronium, Henricus Dodwellus in Dissert. Cyprianica XI. n. LII. et seqq.

Pag. 503. 10. *Φλαβιανὸς*, etc.] Ex Eusebio lib. VI. Hist. Eccl. cap. XXXIX.

Pag. 503. 13. *Φλάβιος*] *Φάβιος* Euseb.

Pag. 503. 17. *Λεόντιος*] Vixit ille sub Juliano Apostata.

Pag. 503. 18. *Οὗτος Δέκιος*, etc.] Historiam hanc nar-
V 470 rat Eusebius lib. VI. Hist. Eccl. cap. XXXIV. ubi Babylam nominat, quam quidem eidem Decio adscribit Chrysostomus Orat. de S. Babyla, Imperatoris tacito nomine. Philostorgius lib. VII. cap. VIII. Numerianum Cari filium, vel Decium fuisse ait, remque paullo secus refert, ut et Georgius Syncellus p. 363. et 386. Suidas in Babyla, et Nicephorus Call. lib. VI. cap. XXXIII. Vide infra ad ann. III. Cari.

Pag. 503. 20. *Χριστιανοὺς ὄντας*] Eusebius Philippum pariter primum omnium ex Imperatoribus Christianum fuisse: illoque una cum filio interfecto, ob odium eorum Decium in Christianos persecutionem movisse scribit. Anonymus Valesia-

Digitized by Google

nus: *Constantinus Imperator primus Christianus, excepto Philippo qui Christianus admodum, ad hoc tantum constitutus fuisse mihi visus est, ut millesimus Romae annus Christo potius quam idolis dicaretur.* Sed quod ii aliique de Philippi Christianismo tradidere, pluribus ad examen revocat Scaliger. Enimvero ut post Philippum caeterorum Augustorum seriem et annos Imperii usque ad Diocletianum turbent passim Graeculi Scriptores, patet ex P 547
Cedreno, Zonara, et aliis, ac praesertim ex Georgii Hamartoli Chronico inedito, ex quo in specimen quae de iis tradit hic subjiciam.

Μετὰ δὲ Φίλιππον ἐβασίλευσεν Οὐαλεριανὸς ἔτος ἕν, καὶ ἐσφάγη ὑπὸ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

Μετὰ δὲ Οὐαλλεριανὸν ἐβασίλευσε Γάλλος υἱὸς αὐτοῦ μῆνα ἕνα, καὶ ἐσφάγη καθεύδων ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικός.

Μετὰ δὲ Γάλλον ἐβασίλευσε Δέκιος ἔτος α'. καὶ ἐσφάγη ἐν τῷ πολέμῳ.

Μετὰ δὲ Δέκιον ἐβασίλευσεν Αἰμιλιανὸς ἔτος α'. καὶ ἐσφάγη ἐν τῷ παλατίῳ.

Μετὰ δὲ Αἰμιλιανὸν ἐβασίλευσε Γαλλινὸς ἔτη γ', καὶ ἐσφάγη ἐν τῷ πολέμῳ.

Μετὰ δὲ Γαλλινὸν ἐβασίλευσε Κλαύδιος ἔτη β'.

Μετὰ δὲ Κλαύδιον ἐβασίλευσε Κυντιλιανὸς ἡμέρας ζ'.

Μετὰ δὲ Κυντιλιανὸν ἐβασίλευσεν Αὐρηλιανὸς ἔτη ε', καὶ ἐσφάγη ὑπὸ Κουβικουλαρίου.

Μετὰ δὲ Αὐρηλιανοῦ ἐβασίλευσεν Τάκιτος μῆνας ς'. καὶ ἐσφάγη ὑπὸ Φλοριανοῦ.

Μετὰ δὲ Ταχίτου ἐβασίλευσεν Φλοριανὸς μῆνας β'. καὶ ἐσφάγη ὑπὸ Πρόβου.

Μετὰ δὲ Φλοριανὸν ἐβασίλευσεν Πρόβος ἔτη ς'. καὶ ἐσφάγη ὑπὸ Κάρου.

Μετὰ δὲ Πρόβον ἐβασίλευσε Κάρος ἔτος α'. καὶ ἐσφάγη ὑπὸ Καρίνου.

Μετὰ δὲ Κάρον ἐβασίλευσεν Καρῖνος υἱὸς αὐτοῦ ἔτη β'. καὶ ἐσφάγη ὑπὸ Νουμεριανοῦ.

Μετὰ δὲ Καρίνον ἐβασίλευσεν Νουμεριανὸς ἀδελφὸς αὐτοῦ ἔτος α'. καὶ πολεμήσας Πέρσας, καὶ συλληφθεὶς, ἐξέδειραν αὐτὸν ζῶντα.

Pag. 504. 2. *Επαρχος ὢν*] Praefectus Praetorio tum primum fuit Philippus post mortem Misithei, Gordiani soceri, eadem dignitate donati, qui rerum summam gerebat, indeque *Tutor Reipublicae* dictus est, viri eximii, quo Philippi artibus, ut plerique dicunt, inquit Capitolinus, extincto, in ejus locum ille factus est Praefectus Praetorio a Gordiano, a quo *in locum parentis ascitus est*, non vero a parente vel ab avo Gordiano, ut ait Scriptor Chronici.

Digitized by Google

Pag. 504. 5. *Σφάξας τὸν παῖδα*] Ut interfectus fuerit Gordianus narrant Capitolinus, Eutropius, uterque Victor, etc.

Pag. 504. 7. *Πιόνιος*] Eusebius lib. VI. Hist. Eccl. cap. XV. Vide Bolandum I. Febr. in vita ejusdem S. Pionii, Jacob. Grandamicum in Chronologia Christ. parte III. pag. 73. et Joannem Pearsonium in Dissert. II. de annis priorum Romae Episcoporum cap. XIX. ubi de tempore martyrii S. Pionii.

Pag. 504. 9. *Ἐπὶ Πρόκλου Κυντιλιανοῦ*] Acta martyrii S. Pionii apud Bolandum I. Febr. *Acta sunt haec sub Procos. Julio Proculo Quintiliano, C. Messio Quincto, Trajano Decio Vicio Grato* (Coss.) *ut Romani dicunt*, IV. *Idus Martii, ut Asiani, mense* VI. *die Sabbato, hora diei* X. Acta alia apud eundem Bolandum paullo aliter haec describunt.

Pag. 504. 10. *Ὃ ἐστι κατὰ Ἀσιανούς*] Quippe annus solaris Syromacedonum, quos Asianos vocat Auctor, incipiebat mense Octobri: proinde Martius iis sextus fuit mensis: ut apud Chrysostomum Orat. de Paschate apud Savillium to. v. p. 940. et 941. quartus apud Asiaticos mensis dicitur Januarius, ut octavus, Maius. Vide Scaliger. lib. II. de Emend. temp. p. 94. et Petavium ad Epiphanium p. 132. 138. 139.

Pag. 504. 13. *Ἀλέξανδρος*] Ex Eusebio lib. VI. Hist. Eccl. cap. XXXIX.

Pag. 504. 14. *Ἐπὶ δευτέρᾳ διαπρέψας ὁμολογίᾳ*] De qua idem Euseb. supra cap. XI.

Pag. 504. 19. *Κερκεσίου*] *Circessum* vocat Eutropius, et ex eo Orosius in Gordiano, *Castrum Euphrati imminens: Circesium in finibus Persidis*, Capitolinus.

Pag. 505. 4. *Κατὰ Φράγγων*] Atque tum primum auditum Francorum nomen sub Decio, qui cum in praelio contra Carpos, qui Daciam et Moesiam occupaverant, periisse dicatur a Lactantio in lib. de Mortibus Persecut. n. IV. quos Getas sive Gothos vocat Constantinus M. in Orat. ad Sanctorum coetum, Zosimus Scythas, qui non alii sunt ab iis quos alibi Gothos, Voranos, Urugundos et Carpos vocat, ac propter Istrum habitasse testatur, inde eorum origo et prima sedes videtur repetenda. Constat quippe ex Pannonia Francos primum fuisse digressos, ex Gregorio Turon. lib. II. Hist. cap. IX. quibus devictis assignatae deinde sedes aliae ab Imperatore Probo, uti narrat Zosimus lib. I. Et licet quo traducti sint is non tradat, vero tamen videtur simile in proxima Germania illas iis assignatas, cum Hieronymus suo aevo Germaniam Franciam vocatam auctor sit, et Germanos cum Francis confundat vetus Interpres Juvenalis, uti docuimus in Dissert. de Nummis Byzant. n. LV. unde postea trajecto Rheno in Gallias irruperint. Horum enimvero Francorum in Pannonia sedem circa illam quae inter Savum et Istrum adjacet regionem, eamque

Digitized by Google

fertilissimam et habitatoribus frequentem, primitus extitisse indicare videtur Φραγγοχωρίον, quam diu retinuit appellatio, uti testatur Nicetas in Joanne Comneno n. v. et in Manuele lib. II. n. VII. ubi, inquit ille, Zeugminum castrum munitissi- P 548
mum, postea Sirmium dictum, aedificatum est. Regionem hanc Saviam a Savo fluvio, et Interamnensem, quod binis fluviis Savo et Dravo, vel etiam Istro includeretur, appellant: in cujus confiniis habitabant Amantini, Marcomanni, et Quadi, qui V 471
Francis et vicinis aliis gentibus adjungi solent, et circa eosdem fluvios in secunda Pannonia et in provinciis Saviensi et Valeria habitasse dicuntur apud Rufum Festum: ubi etiam, aut in confiniis, Contriguros, Gepidas et Avares statuit Menander Protector, Justino Thrace imperante, qua tempestate Sirmium Romanis parebat, cum Avares hanc civitatem sibi, ut regiam suam, reddi postularent. Exactis enim a Probo Francis, hanc sibi Romani asseruerant, ut et Francorum regionem, quam proximae deinde nationes invaserant, Gepidae scilicet et Avares. Franci vero etsi sedibus suis pulsi, ac in proximae Germaniae fines traducti, non ideo tamen quieverunt, sed cum Romanis bella subinde gesserunt, atque adeo cum Gallieno, ut docet Zonaras lib. XII. Annal. sect. XXIV. ac postmodum cum Constantino M. quod indicat in primis illius nummus aureus quem descripsimus in Familiis Byzant. pag. 17. in quo mulier habitu et gestu ejulantis tropaeo adsidet cum hac voce subjecta, FRANCIA, et hisce in circuitu adscriptis, GAUDIUM ROMANORUM. Quippe Constantinus plures expeditiones susceptit in Sarmatas et Pannones, quod testantur praesertim a nobis pariter descripti illius nummi, in quibus leguntur haec verba, SARMATIA DEVICTA, (ubi consulenda adjuncta nota) saepeque trajecisse Danubium refert Auctor Chronici Paschalis sub ann. XXIII. ejusdem Augusti: cui quidem Sarmatiae adjacuit Francia illa, in ejusdem scilicet Provinciae seu Pannoniae et Germaniae confinibus tum sita, de qua forte intelligendus Constantinus Porphyrogenitus lib. de Administr. Imperio cap. XIX. ubi ait Turcos habere ad Occidentem Φραγγίαν, ad Septentrionem Patzinacas, et ad Meridiem magnam Moraviam et Chrobatos qui ad montes adjacent. Certe Chazariae, de cujus situ quaedam in eodem libro attigit idem Constantinus, adjacuisse versus Danubium testatur locus allatus ex Cod. MS. in his Notis ad p. 35. D. Proinde Francia illa est quam *Franciae Septentrionalis plagam* vocat Rex Theodebertus in Epistola, qua asciscitanti Justiniano quibus in Provinciis habitaret, aut quae gentes essent illius ditioni subjectae, haec rescripsit: *Dei nostri misericordia feliciter subactis Thuringis, et eorum provinciis acquisitis, extinctis ipsarum tunc temporis Regibus, Norsavorum gentis Nobis placata Majestas colla subdidit, Deoque pro-*

Digitized by Google

pitio Wisigothis qui incolebant Franciae Septentrionalem plagam, Pannoniam, cum Saxonibus Eucis, qui se Nobis voluntate propria tradiderunt, per Danubium et limitem Pannoniae usque in Oceani littoribus, custodiente Deo, dominatio nostra porrigitur. Ex quibus satis percipitur Franciam illam Septentrionalem finitimam fuisse Pannoniae, ac in interiore Germania, cum hodierna, seu potius Franciae, cui etiam imperabat, pars *australis* seu meridionalis appellaretur, Austrasiae vulgari nomenclatura donata. Quinetiam ab iis Francis in Germaniae fines traductis devictis, Pompeianus civitate Antiochenus, dux insignis, qui in praelio contra Odenatum, Aureliano imperante fortiter pugnavit, Francus appellatus fuit, ut est apud Eusebium in Chronico. Atque haec fusiori forte quam par est commentario de primis Francorum nostrorum sedibus ad hunc Auctoris locum disseruimus, ubi tum primum eorum auditum nomen.

Pag. 505. 5. *Ἀπό τινος τῶν ἐξάρχων*] Victor Schotti Decium Bruti fraude cecidisse scribit. Ita etiam Eutropius, ut quosdam Codices praeferre monet Scaliger: ubi ille, Quis non miretur nomen loci in nomen hominis descivisse?

Pag. 505. 6. *Ἐν Ἀβρύρτῳ*] Eusebius, *in Abritto.* Unde perperam *Brutum* confecere Victor et Eutropius. Senator, *Abricio.* Jornandes, *abrupto.* Nicephorus Constantinopol. in Chronol. et Catalogus Impp. Leunclavianus, *ἐν τῷ φόρῳ.* Georgius Syncellus ex Dexippo, *ἐν Ἀβρύτῳ τῷ λεγομένῳ φόρῳ Θεμ-*
V 472 *βρωνίῳ.* Casaubonus edidit *Θεμιφρανίῳ.* Miscell. *apud Abritum, qui foro Terebronii dicitur.* Sic variant Scriptores.

Pag. 505. 8. *Ετη γ'.*] Vide Georgium Syncellum p. 376. et Petavium ad Epiphan. pag. 405.

Pag. 505. 11. *Οὐαλεριανοῦ τὸ β'.*] Vide Anton. Pagium in Dissert. Hypat. pag. 47. 48. et Pearsonium in Annalib. Cyprian.

Pag. 505. 13. *Ἐτελεύτησε*] Interemptus Interamnae cum filio. Eutrop.

Pag. 505. 14. *Ετη ιδ'.*] Vide Petav. ad Epiphan. p. 406.

Pag. 505. 16. *Οὐαλεριανοῦ Αὐγ. τὸ γ'.*] In digerendis laterculis Consulum, Gallieno et Valeriano Imperantibus, non consentire Panvinium, Baronium, Petavium, Cointium, et alios pluribus ostendunt viri doctissimi, Pagius in Dissert. Hypat. cap. VI. et ult. Norisius in nummo Licinii cap. V. et Pearsonius, qui rursum haud invicem conveniunt. Hos adeat qui volet, et Scaligerum ad Euseb. pag. 231.

Pag. 505. 18 *Διονύσιος*] Ex Eusebio lib. VI. Hist. Eccl. cap. XLIV. XLV. etc.

Pag. 505. 19. *Ορέγων αὐτοῖς τὴν χεῖρα τῆς μετανοίας*] Idem Eusebius lib. V. cap. IV.

Pag. 505. 21. *Ἀρθεὶς ὑπερηφανείᾳ Ναυάτος*] A quo na-

Digitized by Google

tum Proverbium, *Τὸ Ναυάτου φυσᾶν*, de quo diximus ad Alexiadem Annaeam p. 326.

Ibid. *Ναύατος*] Ita plerique e Scriptoribus Graecis hunc Haeresiarcham, quem Latini omnes *Novatum*, vocant. Sed negat Scaliger ad Eusebium neque *Navatum*, neque *Novatum* appellatum, sed *Novatianum*, ex Epist. S. Cypriani XLVIII. et XLIX. quomodo etiam appellatur a Senatore in Fastis Consularibus. Sed *Navatianus* alius fuit a Novato, cujus sectator fuit. Vide Baronium anno CCLIV. n. LXXI. P 549

Pag. 506. 20. *Τούσκου*] Ita Fasti Idatiani et veteres Codd. Trebellii Pollionis in XXX. Tyrannis, ut monet Casaubonus: sed alii *Fuscum* legunt. Vide Pearsonium in Annalibus Cyprianicis.

Pag. 507. 1. *Ο ἅγιος Κυπριανὸς*] Ex Eusebii Chron. ubi Scaliger. Ita etiam Fasti Idatiani hoc anno, qui diem addunt XVIII. Octobr. Hujus martyrium ad Consulatum Valeriani et Gallieni, an. Chr. CCLVI, refert Prosper, de quo in primis consulendus eruditissimus Pearsonius hoc anno.

Pag. 507. 3. *Τοῦ Αἰμιλιανοῦ τὸ γ'.*] Vide eundem Pearsonium.

Pag. 507. 7. *Φαυστινιανοῦ*] Sic vocatur in Fastis Idatianis, ubi nota numeri V. apponitur. Caeteri, ut et Pollio in Gallienis, *Faustinum* legunt.

Pag. 507. 10. *Καὶ Λουκιανοῦ*] Leg. *Λουκίλλου*, ex Fastis omnibus.

Pag. 507. 13. *Οὐαλεριανοῦ Αὐγ. τὸ ε'.*] Omittitur hic Consulatus in Fastis.

Pag. 507. 15. *Καὶ Σαβιανοῦ*] Leg. ex Fastis *Σαβινίλλου*.

Pag. 507. 17. *Μαριανοῦ*] Ita Idat. At Scaliger, *Μαρκιανοῦ*.

Pag. 507. 19. *Κλαυδίου καὶ Πατέρνου*] Consulum seriem sub Claudio et Probo AA. expendit Norisius in nummo Licinii cap. VI.

Pag. 508. 4. *Αντιοχιανοῦ*] Ita Fasti Idatiani, Prosperi, Mariani, etc. *Attilianum* vocat Pollio in Claudio.

Pag. 508. 5. *Αὐρηλιανοῦ καὶ Βάσσου*] Consules istos, et qui sequuntur usque ad annum CCXCVI. varie apud Auctorem Chronici, Idatium, Senatorem et alios describi observat Petavius lib. XI. de Doctr. Temp. cap. XXVII. quem consulet qui volet.

Pag. 508. 6. *Ἐνικήθησαν Γότθοι*] Ex Chron. Eusebii: is vero ex Eutropio. Adde Orosium lib. VII. cap. XXIII. *Ἀλούρους* hos vocat Syncellus.

Pag. 508. 8. *Κλαύδιος τελευτᾷ*] Ex Chron. Eusebii: cum annos II. et menses VII. imperasset, ut probat Norisius.

Pag. 508. 9. *Ἔτη ε'.*] Minus paucis diebus, ut ait Vopi-

Digitized by Google

scus. Vide Petavium ad Epiphan. p. 406. et Pagium in Dissert. Hypat. cap. ult.

Pag. 508. 10. *Καὶ Βραδουμιανοῦ*] *Valdumiano*, Fasti Idatiani: alii, *Voldumiano.*

Pag. 508. 13. *Τούτοις τοῖς Τπάτοις*] Ex Chron. Eusebii: is vero ex Eutropio, ubi Scaliger. Vopiscus: *adhibito consilio Senatus muros urbis dilatavit, nec tamen Pomaerio addidit eo tempore,*
V 473 *sed postea. Pomaerio autem nemini Principum licet addere, nisi qui agri barbarici aliqua parte Romanam Rempublicam locupletavit.* Vide Victorem in Epit. Orosium lib. VII. cap. XXIII. et Zosimum lib. I.

Pag. 508. 15. *Κυιέτου τὸ β'.*] Hic Consulatus II. Quieti et Bradumiani seu Voldumiani, qui nullus fuit, perperam hoc loco est intrusus.

Pag. 508. 18. *Καὶ Μαρκέλλου*] Ita Prosper, Victorius, Senator, Marianus, etc. *Marcellino*, Fasti alii.

Pag. 509. 1. *Αὐρηλιανὸς Αὐγ. τελευτᾷ*.] Mortem Aureliani in annum V. ejusdem Augusti refert Chronicon Eusebii: id est Aureliano III. et Marcellino Coss. quomodo etiam Fasti Idatiani, et Prosper: Senator biennio post. Vide Pagium cap. ult. n. XVI. Periit autem Aurelianus *Coenofrurio, qui locus est Thraciae*, inquit Lactantius de Mortib. persecut. n. VI. falsa quadam suspicione ab amicis interemptus. Vide Syncellum et Scaligerum.

Pag. 509. 2. *Ἡμέρας ϟζ'.*] Chronicon Euseb. *dies* LXXXIX. Prosper, LXXXVIII. Eutropius, *mensibus* II. *et diebus* XX. Victor in Epit. *dies* LX. alter, *uno mense et altero*, etc.

Ibid. Καὶ ἐσφάγη] *Apud Tarsum.* Chron. Euseb.

Pag. 509. 3. *Τίς Μανιχαῖος*] Manichaeum Cerdonem vocat, ut qui Manetis qui postea vixit haeresi initium dederit, et, ut ille, duo introduxerit principia, seu duos Deos, unum bonum, alterum saevum, ut testatur Tertullianus. Manes autem vixit circa tempora Gallieni, vel Aureliani, seu Taciti, ut est apud Prosperum, vel Probi, ut apud Eusebium. Proinde aut haec spectant ad Imperium Antonini Pii, sub quo Cerdo vixit, ut testantur Irenaeus, Clemens Alexandrinus, Eusebius, et alii, aut expungenda verba, *ὀνόματι Κέρδων*. Nec refert quod Manes *Μανιχαῖος* hoc loco dicatur, cum non fere aliter a veteribus appelletur. Et sane Eusebius in Chron. et ex eo Syncellus, Cerdonis non meminit, ubi ille anno II. Probi: *ἡ τῶν Μανέντων Μανιχαίων πανόλεθρος ἀπώλεια τῷ τῶν ἀνθρώπων παρεισήχθη βίῳ.* et Hieron. *Insana Manichaeorum haeresis in commune humani generis malum exorta.*

Pag. 509. 5. *Ετη ς'.*] Annos Probi expendunt Scaliger lib. V. de Emend. Temp. pag. 493. et Petavius ad Epiphan. p. 406. praeterea Bucherius in Victorium pag. 241.

Digitized by Google

Pag. 509. 6. *Πρόβου Αὐγ.*] Hoc par Consulum perperam expunctum esse ex serie Fastorum Panvinii observat Scaliger lib. v. de Emend. temp. pag. 493. ac Imperium Probi tria collegia Consulum in CCLXIV. Olympiade recte habere in hoc Chronico. Hunc adi, ut et Herwartum in Chronol. cap. CCIV. et CCLV. et Petavium ad Epiphan. p. 267. 407. 408. 409.

Pag. 509. 13. *Εν Σιρμίῳ*] Ex Chron. Eusebii: is vero P 550
ex Eutropio. Prosper et Fasti Idatiani Probi mortem ad superiorem annum: Senator ad Consulatum Diocletiani II. et Aristobuli referunt.

Pag. 509. 15. *Ετη γ'.*] De annis Cari agit Petavius ad Epiphanium p. 410.

Pag. 509. 16. *Κάρου*] Notam iterati Consulatus addit Catalog. Pontif. Rom. apud Bucherium.

Pag. 509. 18. *Διοκλητιανοῦ καὶ Βάσσου*] Nescio cur hic intrusum sit hoc par Consulum, contra quam in Fastis omnibus, nisi suffecti fuerint. Certe Bassus an. CCLXXXIX. in Fastis, II. *Cos.* dicitur, nisi is sit qui Cos. fuit an. CCLXXI.

Pag. 510. 1. *Καρίνου τὸ β'.*] Ita Fasti Savilliani, Libellus de Praefectis Urbis Romae, Fragmentum Fastorum apud Bucherium, Marianus et Panvinius. Caeteri *Carum* II. praeferunt.

Pag. 510. 4. *Αγιος Γεώργιος*] Atqui S. Georgii Martyrium ad Diocletianeam persecutionem, seu ad annum XIX. Diocletiani referunt ejus acta apud Bollandinos XXIII. April.

Ibid. *Καὶ ὁ ἅγιος Βαβύλας*] Illius Martyrium ad tempora Cari et Numeriani pariter adducunt Philostorgius, Georgius Syncellus, Cedrenus, et Auctor Chronici MS. ab Adamo ad V 474
Leonem Sapientem, ubi haec addit: *Τοῦτον ἀνεῖλε ὁ Διοκλητιανὸς Δουξ τῆς Μυσίας.* Auctor vero Chronici, ut et Cedrenus, sub Decio supra passum esse eundem Babylam asserunt. Sed cum Philostorgius incertum innuat an sub Decio vel sub Caro passus sit, videtur inde posse colligi diversos de S. Babylae martyrio Scriptores exscripsisse. Vide Jacob. Gottofred. ad eundem Philostorgium, et Goarum ad Syncellum.

Pag. 510. 5. *Καὶ ἐκεῖ κατέφθασεν ὁ Κάρινος*] Haec perioche ut iis quae subsequuntur consentanea sit, ita, ni fallor, emendanda: *καὶ ἐκεῖ κατέφθασεν Κάρος ὁ Βασιλεὺς ἀπιὼν πολεμήσας κατὰ Περσῶν μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Καρίνου.* Neque tamen verum est Carinum in expeditionem Persicam patrem comitatum, sed Numerianum, ut exerte aiunt Eutropius et Victor Schotti, cum Carinus *ad munimentum Galliae* missus esset.

Pag. 510. 7. *Εκεραννώθη*] Ex Chron. Eusebii, ubi Scaliger. *Apud Ctesiphontem*, uterque Victor: *supra Tigridem castra metatus*, Eutropius. Vide Sidon. carm. XXIII. et alios. Sylloge Scaligeriana: *κεραννοῦ τῆς ἐκείνου σκηνῆς βληθείσης, συνδιεφθάρη αὐτῇ καὶ ἐκεῖνος.* Similia habet Zonaras.

Digitized by Google

Pag. 510. 8. *Καὶ παραφωσσεύσαντες*] Ita praeferi Cod. Vatic. et editio Scaligeri. Rederus vero *παραφωδεύσαντες* edidit, legendumque ad oram loci, *παραφοδεύοντες*, ex conjectura adjecit. Atqui id alienum est a verborum sententia: immo Persae castra posuerunt ad Carras, quo se receperat Carinus, urbemque obsidione cinxerant: quod vox *παραφωσσεύειν*, seu potius *παραφοσσατεύειν* significat. Vide Gloss. med. Graecit. in *φωσσάτον*.

Pag. 510. 9. *Αἰχμάλωτον*] Quae hic de Carino a Persis capto, postmodum interfecto, ejusque pelle in victoriae signum servata, tradit Auctor Chronici, de Numeriano narrare quosdam Historicos, quos inter est Georgius Monachus in Chronico MS. ait Zonaras, licet nec Numeriano, nec Carino, sed Valeriano conveniant: ita enim passim Scriptores, Lactantius de Mortib. Persecutor. n. v. Pollio, Eutropius, Victor in Epit. Constantinus M. in Orat. ad Sanctor. coetum n. XXIV. etc. Carinus vero trucidatus dicitur ejus praecipue Tribuni dextera, cujus conjugem dicebatur pollusisse, ut scribit idem Victor. Eusebius et Jornandes apud Margum in praelio occisum anno i. Diocletiani: Eutropius vero, et ex eo Orosius, et Victor Schotti a Diocletiano Carinum Caesarem flagitiose viventem in Dalmatia difficillimo et maximo labore superatum tradunt, proditum ab exercitu suo, quem fortiorem habebat, inter Viminacium atque Aureum montem, ad Margum, ut est apud Victorem Schotti: cum ipso anno cum Aristobulo Consul processisset, ut addunt Fasti Idatiani. Verum, qui fieri potest ut Cos. cum Aristobulo Carinus processerit, siquidem, quod exerte scribit Auctor Chronici, Diocletianus ipse Kal. Januar. cum eodem Aristobulo processit, quem is Praefectum Praetorio fecit, Apro interfecto, ut ait Victor Schotti?

Pag. 510. 10. *Καὶ ἐκδείραντες αὐτὸν*] Lactantius de eodem Valeriano: *Postea vero quam pudendam vitam in illo dedecore finivit, direpta est ei cutis, et exuta visceribus pellis, infecta rubro colore*, (ut forte sanguinolenta effingeretur) *ut in templo Barbarorum Deorum ad memoriam gloriosissimi triumphi poneretur.*

Pag. 510. 13. *Ἐπεστράτευσεν κατὰ Περσῶν*] Si Carinus Numeriano fratri superfuit, ut exerte tradunt Vopiscus, Eutropius et Orosius, fratris necem ulcisci ille non potuit, suscepta in Persas expeditione. Sed Auctor rursum hic Numeriano affingit quae videntur esse Gallieni: nam Valeriano a Persis capto, licet Odenatus Palmyrenorum Rex *statim bellum Persis in vindictam Valeriani, quam ejus filius negligebat* (quod et tradit
V 475 Lactantius) *indixerit*, inquit Pollio: Gallienus tamen, *consulto Valeriani fratris sui et Luculli propinqui, ubi comperit ab Odenato Persas vastatos, Odenatum participato Imperio Augustum vocavit, ejusque monetam qua Persas captos traheret cudi jussit.* Jure igitur

Digitized by Google

quae hic de Carino et Numeriano narrantur, *portenta* vocat Scaliger ad Eusebium pag. 242.

Pag. 510. 16. *Σφάζεται Νουμεριανὸς*] Chron. Eusebii: *Numerianus cum ob oculorum dolorem lectica veheretur, insidiis Apri soceri sui occisus est, etc.* Similia habent Vopiscus in Numeriano et in Carino, Eutropius, uterque Victor, et alii.

Ibid. Ἐν Περίνθῳ, etc.] Ita Zosimus in Tacito: *κατὰ τὴν* P 551
Πέρινθον, ἣ νῦν Ἡράκλεια μετονόμασται. Hic porro scribi debuit, *τῇ καλουμένῃ Ἡρακλείᾳ.*

Pag. 510. 18. *Ἔτη κ'.*] Vide Petavium ad Epiphanium pag. 415.

Pag. 510. 19. *Διαγορευθεὶς*] Locus Chronici eximius, inquit idem Petavius lib. xi. de Doctr. Temp. cap. xxx. et in Rationario, et ad Epiphanium pag. 411. quo docemur hactenus falso persuasum fuisse Chronologis, Diocletianum Palilibus ipsis, sive xi. Kal. Maii Imperium accepisse, quod longe post hoc tempus evenit, quod multis probat, ut et vir eruditissimus Henric. Norisius in Nummo Diocletiani cap. i.

Pag. 511. 1. *Μετὰ τῆς πορφυρίδος*] Cum chlamyde purpurea, Imperatoriae dignitatis unico fere tum insigni, *cum reliqua essent communia*, inquit Eutropius, et ex eo Eusebius in Chronico, cui postmodum idem Diocletianus, ut et caeteris vestibus ac calceamentis, ornamenta gemmarum indidit.

Ibid. Καὶ Καλάνδαις Ἰανουαρίαις προῆλθεν] Solebant enim novi Imperatores proximis post Imperii auspicia Kalendis Januariis Consulatum edere, ut observatum a Sirmondo ad lib. i. Sidonii Epist. ix. Valesio ad Anonymum de gestis Constantini, et Pearsonio in Praefat. ad Annales Cyprianicas n. ix.

Pag. 511. 5. *Ἀπὸ τούτων*] Petavius ad Epiphanium p. 413. *ἀσύστατον* ait esse quod hoc loco scribit Auctor Chronici, et Cos. Diocletiano ii. et Aristobulo, Indict. iv. Diocletiani annos in Paschali cyclo digestos fuisse: cum secundum Aegyptios, qui ab Augusti mensis xxix. anni CCLXXXIV. incipiunt, id contigerit Indict. iii. ineunte, quarta vero non nisi ab Septembri sequente numerari coepta: ideo Chronicon Indictionem a Septembri ad antecedentem Martium retrahere videri, aut uno anno tardius putare. Nam Diocletianus et Aristobulus Consulatum inierunt Indict. iii. anno Chr. CCLXXXV. non vero sequenti, ut habet Chronicon. Haec discutiant quibus otium fuerit. Caeterum de aera Diocletiani multa multi commentati sunt, atque in primis Scaliger lib. v. de Emendat. Temp. p. 497. lib. iii. Canon. Isagogic. pag. 274. et in Notis ad Eusebium pag. 242. Petavius lib. xi. de Doctr. Temp. cap. xxix. xxx. et in Rationario, Bucherius ad Canon. Victorii cap. vi. Jacobus Grandamicus in Chronologia Christ. parte 2. pag. 57. et parte 3. p. 53. etc.

Digitized by Google

Pag. 511. 6. *Εἰς τὸ Πασχάλιον*] Vide nostrum Praefationem.

Pag. 511. 7. *Μαξίμου*] II. addunt Fasti Idatiani, et libellus de Praefect. Urb.

Pag. 511. 9. *Διοκλητιανοῦ τὸ γ'.*] Hic Consulatus notatur in Nummo quem observationibus eruditis, ut solet, illustravit Henric. Norisius, in cujus antica haec leguntur: IMPP. DIOCLETIANO ET MAXIMIANO AUGG. In postica vero, IMPP. DIOCLETIANO III. ET MAXIMIANO COSS. Qui quidem Consulatus primus fuit Maximiani, quomodo etiam notatur in Fastis Idatianis, Prosperi, et aliis, quem perperam Victorius secundo Diocletiani copulavit, quem is gessit cum Aristobulo.

Pag. 511. 12. *Εδειξε Μαξιμιανὸν*] Id in annum praecedentem referunt Fasti Idatiani et Prosper: Senator, ad Con-
V 476 sulatum Bassi et Quintiani. Sed de anno quo Maximianus revera Imperator dictus est, disputat prae caeteris Petavius lib. XI. de Doctr. Temp. cap. XXXI. tum ex hoc Chronico, tum ex aliis Scriptoribus.

Ibid. Ἀρχομένου τρίτου ἔτους] *Die Kal. April.* ut est in Fastis Idatii.

Pag. 511. 13. *Παραχειμάσας Νικομηδείᾳ*] In qua quidem urbe crebrius diversabatur, cum hanc a Scythis, Valeriano imperante, prius igne consumptam et paene eversam instauraret, ac studeret urbi Romae coaequare, inquit Lactantius de Mortib. Persec. n. VII. quam quidem Dio Chrysost. Orat. XXXIX. *κατά τε ἰσχὺν καὶ μέγεθος οὐδεμίας ἡττωμένην τῶν ὅποί ποτε ἐνδόξων, γένους τε γενναιότητι, καὶ πλήθους συνοικήσει τῶν φανερωτάτων γενῶν*, Zosimus vero lib. I. *μεγίστην καὶ εὐδαίμονα διά τε πλοῦτον καὶ τὴν εἰς ἅπαντα εὐπορίαν ὀνομαστοτάτην* fuisse aiunt.

Pag. 511. 14. *Καὶ Ἰανουαρίου*] Libell. de Praef. Urb. *Januarino* II. Fasti Idatiani *Anuarino:* caeteri, *Januario*, absque nota iterati Consulatus.

Pag. 511. 18. *Τιβεριανοῦ*] Ita libell. de Praef. Urb. Prosper, Fasti Idatiani et Savilliani, et Senator: *Tiberio*, Victorius.

Pag. 512. 4. *Τούτῳ τῷ ἔτει*] Id in Consulatum Tiberiani et Dionis Fasti Idatii: Eusebius et Prosper in Consulatum Maximiani et Januarii referunt.

Pag. 512. 6. *Κωνσταντίου Καίσαρος*, etc.] Hic et alii eorumdem Caesarum Consulatus in l. VI. VII. VIII. IX. et X. Cod. de Juris et facti ignor. notantur duntaxat cum duplici C. sic CC. *Coss.* id est, *Caesaribus*, vel *duobus Caesaribus Coss.*

Pag. 512. 12. *Ὁ ἅγιος Μηνᾶς*] Hinc annum quo S. Menas Martyrium subiit docemur, quem sibi incertum fuisse ait Baronius an. CCCVII. n. XXXIV.

Digitized by Google

Pag. 512. 12. *Εν Κονναίῳ*] Sic reposuimus, (cum *Κοντσείῳ* praeferret editio Raderiana, *Κονναείῳ* Scaligeriana) quomodo etiam in Strabonis et Constantini Porph. Codd. MSS. legi monet Holstenius ad Stephanum de Urbib.

Pag. 512. 18. *Πέρσαι*] Fasti Idatii: *His Coss. victi Persae.* Eutropius a solo Maximiano deletos scribit, nulla Constantii facta mentione. Meminit etiam istius de Persis relatae victoriae Lactantius de Mort. Persecut. n. IX. quam hoc anno con- P 552
tigisse probat Henr. Valesius in Not. ad Euseb. p. 170. licet in Chronico Eusebiano aliter scribatur.

Pag. 513. 3. *Αγιος Γελασῖνος*] Sic etiam Cod. Vatican. [quomodo id nominis occurrit apud Martialem lib. VII. Epigr. XXIV. *Ex Addendis.*] Genesium alii vocant, cujus festum agunt Graeci et Latini XXV. Augusti. Vide Baron. ad Martyrolog. et in Annal. Eccl. an CCCIII. num. CXVIII.

Ibid. Τῆς Λιβανησίας] Cur Heliopolis *Libanesia*, vel *Libanensis* dicatur, ex Damascio apud Photium discere licet, cujus sunt haec verba: *κατὰ τὴν Ηλιούπολιν Συρίας εἰς ὄρος τὸ τοῦ Λιβάνου τὸν Ασκληπιάδην ἀπελθεῖν φασί.* Laudat Holsten. nummum, in quo vir quidam equum manu trahit, cum hac Inscriptione: *ΗΛΙΟΠ. ΙΠΡΟΣ ΛΙΒΑΝΟΝ.* Alium profert vir doctissimus Joan. Harduinus, cum hac Epigraphe: *ΗΛΙΟΠΟΛΙΣ ΕΝ ΛΙΒΑΝΩ.* Plinius lib. v. sect. XIX. *Amnis Orontes natus inter Libanum et Antilibanum, juxta Heliopolim.* Ita sect. XIX. *Laodiceam, Ad libanum cognominatam* scribit: cum alia esset quae *πρὸς θάλασσαν* diceretur, ut est in veteri nummo, quam eandem *liberam* vocat idem Plinius sect. XVIII. Theophanes an. XX. Copronymi: *Θεόδωρος δὲ Λιβανίτης Σύρος κατὰ τὴν περίχωρον Ηλιουπόλεως τὴν ἐπὶ Λίβανον ἐπανέστη τοῖς Αραψι.* Ubi Symeon Logotheta in Chron. MS. Theodorum hunc *Συρολιβανίτην* vocat. Ad Libanum etiam et Orontem fluvium Heliopolim statuit Will. Tyrius lib. IV. cap. VIII. et lib. XXI. cap. VI. ubi sua tempestate *Malbec* dictam docet.

Pag. 513. 5. *Εἰς Βοντζλον*] Legendum *εἰς Βούττιν* indicat adjectivum *μεγάλην*. Vide Glossar. med. Graecit.

Pag. 514. 1. *Ανικλον Φαύστου*] II. addunt Libellus de Praef. Urb. et Fasti Savilliani. Is Praefectus Urbi fuit anno sequenti.

Pag. 514. 7. *Πέτρος*] Euseb. an. XVII. Dioclet. *Alexan-* V 477
drinae Ecclesiae XVI. *post Theonam Episcopus ordinatur Petrus, qui postea* IX. *persecutionis anno gloriose martyrium perpetravit.* Vide eundem Eusebium lib. VIII. Hist. Eccl. cap. XIII. Epiphanium Haer. LXVIII. Chronicon Orientale pag. 126. et Chronicon Alexandrinum Scaligeri p. 83.

Ibid. Καὶ ις'. τῆς Διοκλητ. Βασιλ.] Glossema marginale in

Digitized by Google

textum extra locum insertum pro initio Petri: absunt enim ab Eusebio.

Pag. 514. 16. *Τούτῳ τῷ ἔτει*] Eadem iisdem verbis habentur in Chronico, quod Alexandrinum appellamus, edito a Scaligero post Eusebium p. 83. *In eodem anno Castritius in Alexandria donatus est.* Ubi additur eodem anno Imp. Diocletianum Alexandriam venisse. Nescio porro an huc respexerint Fasti Idatiani ad hunc annum: *His Coss. vilitatem jusserunt Imperatores esse.* Vide quae commentatur Henr. Valesius ad Evagrii lib. II. cap. V.

Pag. 514. 19. *Διοκλητιανοῦ Αὐγ. τὸ η'.*] Lactantius lib. de Mort. Persecut. cap. XII. hunc Consulatum hisce verbis consignat: *agentibus Consulatum senibus ambobus octavum et septimum.*

Pag. 515. 1. *Ἐτους ιθ'.*] Ex Eusebio in Chron. et lib. VIII. Hist. Eccl. cap. II. Ita etiam Lactantius, Fasti Idatiani, et Scriptores alii ad hunc XIX. annum persecutionem Christianorum et subversionem Ecclesiarum referunt: de qua quidem persecutione et anno quo illa coepta est egere passim recentiores, ac in primis Baronius, Scaliger ad Euseb. pag. 245. et lib. V. de Emendat. Temp. Petavius lib. XI. de Doctr. Temp. cap. XXXI. Henr. Valesius ad Eusebii Hist. Eccl. lib. VIII. cap. II. Joan. Broëus Antecessor Bituric. in Dissert. de Initio persecut. Diocletianeae, et de Epocha Concilii Cirthensis, Steph. Baluzius V. C. ad Lactantium, Henr. Noris in Nummo Diocletiani, et Chronologi passim.

Pag. 515. 2. *Δύστρῳ κε'.*] Idem Valesius ubi de mense ac die agit quibus coepta est Persecutio Diocletianea, ista in hoc Chronico sic legenda censet: *Ἔτους ιθ'. τῆς Διοκλητιανοῦ Βασιλείας, μηνὶ Δύστρῳ κε'. Λέγουσι δ' ἂν οὗτος Μάρτιος κατὰ Ῥωμαίους.* Scaliger *μὲν Αὐγούστου*, cum nota mendi ediderat. Sed malim ita locum vitiosum emendare: *Ἔτους ιθ'. τῆς Διοκλητιανοῦ Αὐγούστου Βασιλείας Ινδ. ζ'. μηνὶ Δύστρῳ κε'.* Nam haec nota numeralis ad Indictionem pertinet: vox vero *Αὐγούστου* poni debet post *Διοκλητιανοῦ*· et ita sensus integer constat.

Ibid. Οὗτος] Ita edit. Scaligeri: *οὗτως* ediderat Raderus.

Ibid. Ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα] Atqui hoc anno Pascha in XXV. Martii cadere non potuit, ut observatum a Scaligero, Petavio, Valesio loco laudato, Papebrochio in Prolegom. ad vitam S. Georgii n. XXVII. XXVIII. et aliis. Sed neque omnino verum est coeptam persecutionem XXV. Martii, nec circa Festa Paschalia, ut scribit Eusebius, cum Lactantius lib. de Mortib. Persecut. n. XII. et XIII. exerte dicat id contigisse VII. Kal. Martias, quo eversa primum Christianorum Ecclesia Nicomediae, scribens: *Postridie propositum edictum, quo cavebatur ut Religionis illius homines carerent omni honore ac dignitate, tormentis subjecti essent, ex quocunque ordine aut gradu venirent, etc.* Neque tamen, ut dicam quod res est, Auctor Chronici ait edita ejusmodi Imperatorum Edicta ipso die Paschatis. Sed, ut et Eusebius, *ἡλίσθαι*,

Digitized by Google

seu *proposita* fuisse, in plerisque scilicet Christianorum Ecclesiis, cum universi Christiani simul colliguntur, quo id omnibus patesceret, hujusce Festivitatis tempore potissimum in eum finem delecto. Enimvero scitum quantum differant *datae*, *acceptae*, et *propositae* Constitutiones, quarum diversus semper fuit adscriptus dies: nam etsi Edictum contra Christianos *datum* fuerit VII. P 553
Kal Martii, *accipi* non potuit in Provinciis ab earum Praesidibus, et ab iis *proponi*, nisi post aliquot dierum intervallum, ita ut in plerisque id acciderit circa Festa Paschalia, atque adeo Provinciarum ac Civitatum Rectoribus praeceptum fuerit ut Edictum V 478
istud in Festis Paschalibus proponerent et promulgarent. Sed et paullo ante emissum fuerat aliud Edictum, quo libri Christianorum de manibus Episcoporum et Presbyterorum extorqueri jubebantur. Sic enim Passio S. Felicis Episcopi Tubyzacenensis: *In diebus illis, Diocletiano octies et Maximiano septies Consulibus Augustis, exivit edictum eorundem Caesarum vel Imperatorum super omnem faciem terrae, et propositum est per colonias et civitates Principibus et magistratibus, suo cuique loco, ut libros Deificos extorquerent de manibus Episcoporum et Presbyterorum. Tunc programma positum est in civitate Tubyzense die Nonarum Januariarum, etc.* proinde ante Festa Paschalia. Passus autem est Felix XVIII. Kal. Febr.

Pag. 515. 3. *Παντοχόσε*] Nescio cur Kircherus in Prodromo Copto cap. II. laudans hunc locum ex Chronico, post hanc vocem addiderit, *ἐν τῇ Αἰγύπτῳ καὶ Θηβαΐδι*, cum verba ista absint in utraque editione: nisi forte ut quod probandum susceperat firmaret, ab hoc anno XIX. Diocletiani Coptos et Aegyptios auspicari annos suos, quos Martyrum vocant, a glorioso scilicet Martyrum circa Copton occisorum Martyrio: cum Aegyptii, Copti, et Alexandrini Christiani suos a primo Diocletiani Imperii annos auspicari supra dicantur in hoc Chronico, et apud Albubharaijum in Dynast. pag. 84. *Ab anno* I. *Imperii Diocletiani, quo annos supputant Cophitae, eamque vocant aeram Martyrum, videlicet eorum qui hoc anno Martyrium subierunt.* Hoc enim anno I. Diocletiani, Christi CCLXXXIV. ut est in hoc eodem Chronico, multi Martyrium passi sunt: tametsi forte paullo antequam levatus fuisset Imperator, quod XV. Kal. Octobr. ejusdem anni contigit. Sed et ante XIX. annum Diocletiani, anno scilicet XI. dira persecutio extiterat, ut est in Sylloge Scaligeriana, quod alias fuse probat Baronius. De iis autem qui in Aegypto tum Martyrium passi sunt, quaedam attigit Eusebius lib. VIII. cap. VIII. Sed et Chronicon Alexandrinum, quod ex Bibl. Putean. edidit Scaliger, haec ad annum XVIII. Diocletiani scripsit: *Constantio et Maximo* (Maximiano) *novorum Caesarum quarto. Eisdem Coss. venit Diocletianus in Alexandria, et Ecclesias exterminavit, et multi martyrisaverunt, in quibus et beatus Petrus Episcopus Alexandrinus capite truncatus est.* Deinde addit anno sequenti factam persecutionem in Occidente:

Digitized by Google

quae quidem iis quae a Lactantio narrantur non omnino concinunt.

Pag. 515. 3. *Βασιλικὰ γράμματα*] Quid illa Imperatorum continerent Edicta, docent Lactantius et Eusebius locis laudatis.

Pag. 515. 12. *Πολλοὺς δὲ χαυνωθέντας*] Quos inde *traditores* vocabant: de qua voce, post alios, egimus in Gloss. med. Lat.

Pag. 515. 16. *Ἐν ᾗ Βασιλεὺς ἐποιεῖτο διατριβὰς*] Vide superius notata ad annum III. Diocletiani.

Ibid. *Δωρόθεος*] Ex Eusebio lib. VIII. cap. VI. ubi consulendus Henr. Valesius.

Pag. 516. 3. *Λουκιανὸς*] Vide eundem Valesium ad idem cap. VI. et ad lib. IX. cap. VI.

Pag. 516. 7. *Διοκλητιανοῦ Α. τὸ Θ'.*] De hoc IX. Consulatu Diocletiani Lactantius lib. de Mortibus Persecut. n. XVII.

Pag. 516. 9. *Καὶ ἔδωκεν Τπατείας η'.*] Id est, octies Consul fuit, vel octies ut Consul missilia in populum sparsit, quod *ὑπατεύειν* Scriptores vulgo dicunt, vel *καθυπατεύειν*, ut Leo Imp. in Nov. XCIV. Vide Gloss. med. Graecit. *Sportulas Consulatus mittere* dixit Symmachus lib. IX. Epist. ult. Epistola Episcoporum Arelatensis Provinciae, inter Epistolas Leonis M. PP. *In hac urbe quicunque intra Gallias ex tempore praedictorum ostentare voluit insignia dignitatis, Consulatum suscepit et dedit:* formula frequens in Chronico Alexandrino Scaligeriano. Vide Gloss. med. Lat. in v. *Consulatus*, et Gloss. med. Graecit. in *Τπατεία*.

Pag. 516. 11. *Ἐπολησαν δύο*] Delevimus vocem *δύο* post *ἐπολησαν*, quae mox rursum occurrit.

V 479 *Pag.* 517. 2. *Ἀποθέμενοι τὰ σκῆπτρα*] De anno quo Diocletianus Nicomediae, et Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt, consulendi praeter Baronium Scaliger ad Eusebium, et lib. V. de Emendat. Temp. Petavius lib. XI. de Doctr. Temp. cap. XXXII. V. C. Stephanus Baluzius ad Lactantium, et alii Chronologi.

Pag. 517. 5. *Μαξιμιανῷ*] Qui aliis Maximinus. Vide Scalig. ad Euseb. pag. 248.

Pag. 517. 7. *Ὁ νόθος ἐξ Ελένης*] Supra, *ἐξ ἑτέρας μίξεως*. Zosimus, *ἐξ ὁμιλίας οὐ σεμνῆς*, et *ἐξ ἀσέμνου μητρός*. Anonymus Valesii: *de priore uxore Helena*, quam mox *vilissimam vocat*. Sed an revera Constantinus nothus fuerit, multi disquisiere post Scaligerum ad Eusebium p. 246.

Pag. 517. 9. *Μαξέντιον ἐν Ανατολῇ*] Ad oram libri notam hic adscriptam apposuerat Raderus [„*Lege Μαξιμῖνον*“], idque probat vir doctissimus Stephanus Baluzius ad Lactantium lib. de Mort. Persecut. n. XXXII. quem consule.

Pag. 517. 14. *Ἐπολησεν Βασιλέα Λικίνιον*] Fallitur Au-

Digitized by Google

ctor Chronici, inquit Petavius lib. XI. de Doctr. Temp. cap. XXXIV. quod sub obitum a Galerio Maximino Licinium Imperatorem dictum asserat. Vide Henr. Valesium ad Anonymum Ammiano subjectum pag. 488. I. edit.

Pag. 518. 8. *Κωνσταντῖνος*] De anno quo Imperium iniit Constantinus, agunt Scaliger lib. V. de Emend. Temp. pag. P 554
500. Petavius lib. XI. de Doctr. Temp. cap. XXXVI. et Grandamicus parte III. Chronologiae Christ. pag. 109. ubi Auctorem Chronici in multis pervertere ordinem Imperii Constantini observat. Hos adeat qui volet: nam hisce discutiendis immorari non patitur Notarum nostrarum brevitas.

Pag. 518. 22. *Κωνστάντιος πατὴρ*] De anno obitus Constantii egere pariter iidem Scaliger in Prolegom. et lib. V. de Emendat. Temp. pag. 500. et Petavius lib. V. cap. XXXIV. XXXV. et XXXVI.

Pag. 519. 4. *Κωνσταντίνου Αὐγ. μόνου*] Hic Consulatus ita consignatur in Laterculo Praefect. Urb. *Maximiano* VII. *et Maximiano. Ex mense Aprili factus est sextus Consulatus, quod est novies et Constantino.* Et in Fastis Idatianis: *Novies et Constantino.* Sic enim praefert Cod. MS. ubi Labbeus ante *novies* addiderat *Maximiano.*

Pag. 519. 6. *Λικίνιος ἀνηγορεύθη*] Levatus est Imperator: juxta vero Idatianos Fastos, anno sequenti, quod probat Henr. Valesius in Notis ad Anonymum Ammiano subjectum, ubi perperam Auctorem Chronici idem scripsisse quod Auctor Fastorum dixit. Sed de hac controversia docte et copiose scripsit Steph. Baluzius V. C. ad Lactantium de Mort. Persecut. n. XXIX.

Pag. 519. 8. *Πάλιν δεκάτου*] Hos Coss. asterisco notat editio Scaligeri: ubi legendum, *πάλιν δέκατον.* Sic enim describitur hic Consulatus in Fragmento Fastorum Bucherianо: *Decies et Maximiano* VII. In Laterculo vero Praefect. Urb. *Consules quos jusserint DD. NN. Augusti ex* XII. *Kal. Maii factum est, Maxentio et Romulo, quod est decies et Maximiano.* Apud Idatium: *Item decies et Maximiano* VII. ubi vox *item* per *πάλιν* in Chronico redditur. Quo loco Labbeus contra fidem sui Codicis, post hanc vocem, *Maximiano*, intrusit, quam recte omittit Sirmondi editio. Vide Petavium lib. XI. cap. XXXVIII. extr.

Pag. 519. 10. *Μαξίμου*] Leg. *Μαξιμίνου τὸ β'.* Qui quidem Consulatus cadit in annum Christi vulgarem CCCXI. Proinde duo omittuntur anni, quorum Consulatus ita consignantur post Consulatum Diocletiani X. in Fastis Prosperi et Idatii: *Post Cons.* X. *et septimum.* Deinde, *anno* II. *post Cons.* X. *et septimum, quod est, Maxentio* III. *ibid.* Et in Laterculo Praef. Urb. *Maxentio* II. *et Romulo* II. Deinde, *Maxentio* III. *Cos.* Mox

Digitized by Google

sequentes duo anni sic consignantur: *Cos. quos jusserint DD. NN. Augusti. Ex mense Septembri factum est, Rufino et Eusebio.* Deinde, *Maxentio* IV. *Cos. qui sunt Constantino* II. *et Licinio* II. In Fastis Savillianis duo ista paria Consulum sic describuntur: *Λικίννιος Σεβαστὸς τὸ α'. καὶ Κωνστάντιος τὸ α'.* et *Ἀνδρόνικος καὶ Πρόβος.* In Fastis porro duo paria interdum
V 480 Consulum apponuntur, quod cum Tyranni Imperium alicubi per vim occupassent, Consules duos, aut eorum saltem alterum legebant, quorum nominibus Fasti signabantur iis in regionibus in quibus dominabantur, ut recte observat Petavius lib. XI. cap. XI.VI. extr. Vide Dodwellum in appendice ad Dissert. Cyprian. p. 6. 7. 8.

Pag. 519. 11. *Ἐφ' ὅλης*] Quae sequuntur hausit Scriptor ex Eusebii Hist. Eccl. lib. VIII. cap. XII. extr. et XIII. init. ex quo quaedam in Chronico emendavimus.

Ibid. Διαλάμποντες] Euseb. *διαλάμψαντες. Μεγαλοπρεπέστατος.* Euseb. *μεγαλοπρεπεῖς. Τῆς σωτῆρος.* Euseb. *τῆς δὲ σωτῆρος. Στόλαις.* Euseb. *στολαῖς. Ἀντιοχείας.* Euseb. *ἐν Ἀντ. Διὰ καμίνου.* Absunt ab Eusebio. *Δι' ἔργων.* Euseb. *ἔργους. Λίμνης.* Euseb. *Ἐμίσης.*

Pag. 520. 8. *Τὸν ἀριθμὸν μ'.*] Euseb. *σὺν ἑπτὰ ἐνὸς δέουσι τὸν ἀριθμὸν τεσσαράκοντα.*

Pag. 520. 13. *Βασιλέως εὐσεβοῦς τε*] Addit editio Scaligeri, *ἐκ Βασιλέων*, ex Eusebio lib. IX. cap. IX. init. qui conferendus.

Pag. 520. 20. *Ἐν τούτῳ νίκα*] Eusebius lib. I. de Vita Constantini cap. XXVIII. *τούτῳ νίκα* habet, id est, *hac* Cruce *vince*. Aliter de hac Cruce a Constantino visa videtur scribere Lactantius lib. de Mortib. Persecut. n. XXIII. *Imminebat dies quo Maxentius Imperium ceperat, qui est ad octavum Kalendas Novembris, et Quinquennalia terminabantur. Commonitus est in quiete Constantinus, ut caeleste signum Dei signaret in scutis, atque ita praelium committeret. Fecit ut jussus est, et transversa X litera, summo capite circumflexo, Christum in scutis notat.* Quae quidem ad visionem illam quam idem Eusebius cap. XXIX. Constantino factam narrat, referenda videntur. Unde factum ut deinceps, si non universim milites, Praetoriani saltem Christi monogramma in scutis descriptum deferrent: quod ex Musivo Ravennensi sub Justiniano in Familiis nostris Byzantinis exarato colligere licet, uti monuimus in Notis ad Zonarae Annales.

Pag. 520. 21. *Μαξέντιος πνιγείς*] De anno quo Maxentius a Constantino fusus interiit, agunt Scaliger de Emend. temp. in Prolegom. pag. 21. et lib. V. pag. 502. 506. et Petavius lib. XI. cap. XXXVII.

Pag. 521. 1. *Μουλνβίου*] Qui *Mulvius* dicitur Lactantio,

Digitized by Google

Orosio, etc. Procopio *Μίλβιος*, Latinis *Milvius*. Vide Notas ad Zonarae Annales.

Pag. 521. 9. *Ἐπὶ Ῥώμης*] Quam post devictum Maxentium postero die ingressus est IV. Kalend. Novemb. ut est in Kalendario Hervagiano: ubi ad eum diem, *Adventus Augusti* describitur. Vide Eusebium lib. I. de Vita Constantini cap. XXIX. Nazarium in Panegyr. Zosimum, etc.

Pag. 521. 15. *Φαιδροῖς ὄμμασιν*] Ex Eusebio lib. IX. Hist. Eccl. cap. IX. et lib. I. de Vita Constantini cap. XXIX. P 555

Pag. 521. 18. *Μήτε ἐπαιρόμενος ὑπὸ τῶν ἐπαίνων*] Id est *εὐφημιῶν*. Vide Gloss. med. Lat. in v. *Laudes*.

Pag. 521. 21. *Τὸ σωτήριον*] Euseb. *καὶ δὴ τὸ*, etc.

Pag. 522. 2. *Εντάξαι*] Ita emendavimus ex Cod. Vatic. et Eusebio, pro *ἐντεῦξαι*.

Ibid. Τούτῳ τῷ σωτηριώδει] Habetur haec Inscriptio apud Euseb. lib. IX. cap. IX. et lib. I. de Vita Const. cap. XL.

Pag. 522. 3. *Ανδρίας*] Sic reposuimus ex Eusebio, pro *ἀναρίας*. Nicephor. Call. *ἀνδρείας* habet. Posset etiam legi *ἀναρσίας*, ut Cruce rebellionem arguerit et indicarit.

Pag. 522. 7. *Απεκατέστησεν*] Ita Cod. edit. At Eusebius et Nicephorus sicuti edidimus praeferunt, cum haec verba pars sint Inscriptionis. [Apud nos in varietate scripturae corrige *ἀπεκατέστησεν*.]

Pag. 522. 8. *Γαλέριος*] Morbum et mortem acerbam Galerii Maximiani Armentarii graphice describit Lactantius lib. de Mortib. Persecut. n. XXXVI. ut et Eusebius lib. VIII. cap. XVI. Epiphanius lib. de Ponder. et Mensur. cap. XX. et alii.

Pag. 522. 10. *Ὑπὸ μυρίων ἀνδρῶν*] Lactantius: *undique nobiles Medici trahuntur*.

Pag. 522. 11. *Νόμους ἐξέπεμψεν*] Edictum Graece Eusebius lib. VIII. cap. XVII. Latine vero Lactantius n. XXXIV. ediderunt: quod propositum Nicomediae pridie Kal. Maias, ipso octies et Maximiano iterum Coss. scribit idem Lactantius, V 481
anno Christi vulgari CCCXI. Obiit vero Galerius Maximianus anno sequenti CCCXII. ante Kalendas Martias, ut idem Lactantius innuit. Atque ex hoc quidem loco docemur Galerium Maximianum Consulatum VIII. gessisse cum Maximino iterum, ut Fasti Savilliani recte praeferunt, cum caeteri solum Galerium hoc anno describant, et de utroque Maximini Consulatu sileant: nisi forte prior Consulatus referri debeat ad annum Christi vulgarem CCCVII. quo Maximianus VII. et Maximinus Coss. fuisse dicuntur in Latercule Praefectorum Urbis, sic ut Maximino suffectus fuerit Constantinus. Ita enim hic legitur: *Maximino* VII. *et Maximiano* (Maximino, ni fallor, legendum, nam promiscuus est hic error in veteribus Codd.) *Ex mense Aprili factus est sextus Consulatus, quod est, novies et Constantino.*

Digitized by Google

Maximiano igitur et Maximino suffecti Diocletianus IX. et Constantinus, quos Fasti alii duntaxat agnoscunt. Cum vero obierit Maximianus ante Kalendas Martias, anno post suum VIII. Consulatum, qui incidit in annum vulgarem Christi CCCXI. sequitur ejus mortem recte collocari sub ann. CCCXII. in hoc Chronico, Constantino II. et Licinio II. Coss. contra quam Prosper et Idatius, qui anno secundo post X. et VII. decessisse volunt.

Pag. 522. 13. *Ἰνδικτιόνων*. etc.] Quae initium sumunt, inquit Scaliger, ab VIII. Kal Octobr. dicunturque Constantinianeae, vel Caesareae Germanicae, cum Caesareae Constantinopolitanae a Kal. Septembr. inciperent. Jacobus vero Gothofredus Constantinianeas hic appellari contendit, quod Constantini Imperatoris tempore eae extiterint, quemadmodum Valentiaca, Valentis; Honoriaca, Honorii, etc. uti suis locis subinde adnotamus. Neque enim ante Constantinum vocis *Indictionis* mentio occurrit, et ut sat recentis meminit S. Ambrosius de Noë et Arca: *quia etsi a Septembri mense annus videatur incipere, sicut Indictionum praesentium usus ostendit*, etc. Et certe tum primum in Cod. Theod. sub Constantio Indictionum fit mentio, ut alibi observamus. Sed de Indictionibus, earum nomine, origine et usu, varias conjecturas suggesserunt Scaliger lib. V. de Emendat. Temp. pag. 502. 503. 2. edit. in Not. ad Euseb. pag. 224. et in Canonib. Isagog. pag. 179. 301. 302. Paulus Petavius in libello de Epocha annorum Christi, quem fere integrum in Notis suis ad Syncellum inseruit Goarus, Franciscus Pithoeus ad tit. Cod. de His qui ad Ecclesias confugiunt, Joan. Georgius Herwartus in Chronolog. cap. CCXXXIX. Dion. Petavius lib. XI. de Doctr. Temp. cap. XXIX. et XL. Grandamicus in Chronolog. Christ. parte III. p. 104. et alii. Vide istius Chronici pag. 374. d.

Pag. 522. 15. *Τὸ δ'*.] Leg. *γ'*. ex Fastis omnibus. Proinde ita deinceps emendandi numeri in Constantini Consulatibus.

Pag. 522. 19. *Ἀνιανοῦ*] Ita Fasti Savilliani: caeteri *Anianum* vocant.

Pag. 523. 3. *Τὸν ἴδιον υἱὸν Κωνσταντῖνον*] Hic errat Auctor Chronici: Constantinus enim Constantini M. filius, una cum Crispo et Licinio Liciniano, Licinii Aug. filio, tum demum Caesar dictus est anno CCCXVII. ut infra observamus.

Pag. 523. 5. *Γαλέριος*] Galerius Maximianus perperam hic pariter irrepsit pro Diocletiano, de quo Eusebius et Prosper ad hunc Consulatum: *Diocletianus haud procul a Salonis in villa sua Spalato moritur.* Et Idatius: *His Coss. diem functus Diocletianus Sola* III. *N. Dec.* Ubi leg. *Salona*, vel *Salonae*.

Pag. 523. 7. *Γαλλικανοῦ καὶ Συμμάχου*] Prosper, Ida-

Digitized by Google

tius, et Fasti omnes pro Symmacho, *Bassum*, Gallicano (quem perperam *Γαλλικὸν* vocant Savilliani) collegam adjungunt, et recte: nam Gallicani et Symmachi Consulatus ad annum cccxxx. refertur, cujus fit mentio in lege II. Cod. Th. de Judaeis et Coelicol.

Pag. 523. 8. *Κωνσταντῖνος*] Idatius: *His Cos. levati Caesares Crispus, Licinius et Constantinus.* Ita etiam Eusebius in Chron. Prosper, Victor Schotti, Zosimus, et alii, ex quibus emendandum hoc Chronicon: necdum enim Constantius et Constans nati erant hoc anno. Vide Familias nostras Byzantinas. P 556 V 482

Pag. 523. 12. *Τὸ ϛ'.*] Leg. *τὸ ε', καὶ Λικινίου Καίσαρος.* Ita enim Fasti omnes et Cod. Theod. passim.

Pag. 523. 17. *Ἀλλὰ καὶ Βασιλεῖς*] Ex Eusebii Hist. Eccl. lib. x. cap. II. v. VI. VII.

Pag. 524. 2. *Τὸ ζ'.*] Leg. *ϛ'.* Sic Fasti omnes et Cod. Theod.

Pag. 524. 4. *Κωνσταντίνου*] Leg. *Κωνσταντίου*, ex Fastis omnibus.

Pag. 524. 10. *Κωνσταντίνου τὸ γ'.* Hic pariter leg. *Κωνσταντίου*, ex Fast.

Pag. 524. 12. *Ἅμα παιδὶ Κρίσπῳ*] Vide Euseb. lib. x. cap. IX.

Pag. 524. 17. *Ἰνδ. ιγ'.*] Haec usque ad *αὐτὸς*, in lin. tertia, desunt in Cod. Holstenii. Et paullo infra, post *πολλὰ ἐδωρήσατο*, scribitur *Κ. Ἰνδ. ιγ'. Τπ. Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ.* Editio Scaligeri habet *Ἰουνιανοῦ.*

Pag. 524. 18. *Ετους ϡϐ'.*] Ubi observare licet Auctorem Chronici hic, ut et alibi, interdum Christi vitae annos xxx. ex veterum Patrum sententia adscribere, tametsi in aliis locis non semel xxxiii. tribuat, ut vel inde appareat variorum Auctorum periochas, nullo adhibito examine, in suum Chronicon intrusisse. Hunc porro annum initae Synodi Nicaenae, ex hoc loco et aliis Scriptoribus, pluribus expendunt Scaliger lib. v. de Emendat. Temp. p. 507. et Petavius lib. IX. de Doctr. Temp. cap. III. et lib. XI. cap. XII.

Pag. 525. 2. *Ἐν Νικαίᾳ*] Mense Maio. Vide Chronolog. Cod. Theod.

Pag. 525. 9. *Κώνσταντα*] Sic Cod. Vatican. At quod hic traditur de Constante Caesare jam facto, ac tum Imperatore a patre renuntiato, nullatenus cohaerent cum his quae a caeteris Historicis potioris longe fidei scribuntur. Sive enim per Constantem, Constantinus Constantini M. filius intelligatur, nihil ejusmodi ab iis traditur. Immo tres Constantini filios Caesaris duntaxat dignitatem ad parentis usque obitum servasse exerte aiunt, atque in primis Eusebius lib. IV. de vita

Digitized by Google

Constantini cap. XL. scribens tres ejus filios variis temporibus consortes esse factos Imperii: ac Constantinum quidem circa annum Imperii X. Constantium circa XX. Constantem denique anno XXX. Unde patet haecce Chronici verba intelligenda de Constantio, qui in vicennalibus Caesar dictus fuerit: quod Victor Schotti post deletum Licinium factum scribit, *qua*, inquit, *tempestate Constantio insigne Caesaris datum*: Themistius vero in Orat. in Constantinum, ex quo pater urbem Constantinopolitanam muris circumdedit. Certe Idatius, cui concinit Eusebius in Chronico, Constantium (ita enim leg. pro Constantino) levatum Caesarem VI. Id. Novembr. post bellum Hadrianopolitanum et Calchedonense, Crispo III. et Constantino III. Coss. Prosper autem Severo et Rufino Coss. tradunt: proinde anno uno, vel biennio ante vicennalia Constantini, adeo ut de anno quo Constantius Caesar dictus est non omnino constet: tametsi id peractum ἀμφὶ τὴν εἰκοσαετηρικὴν πανήγυριν, ut ait Eusebius. At cum Aurelius Victor scribat Constantium per annos XV. Caesaream dignitatem tenuisse, potior videtur Prosperi sententia, qui levatum Caesarem tradit Severo et Rufino Coss. anno scilicet Christi vulgari CCCXXIII.

Pag. 525. 11. *Εἰκοσαετηρίδα*] Vicennalia Constantini Nicomediae acta, et sequenti anno, Romae, scribit Eusebius in Chron. et ex eo Prosper. Idatius vero Romae duntaxat edita memorat, cui concinit hoc Chronicon: siquidem pro voce ὥρα, quae nihil sonat, *Ῥώμῃ*, quod vult Holsten. reponatur.

Pag. 525. 15. *Τῶν Ἀδριανοπολιτῶν*] Has insignes Constantini victorias in Consulatum Crispi III. et Constantini III. recte referre Idatium, non vero in annum sequentem, colligunt viri docti ex Leg. I. Cod. Theod. de Veteranis, lata Paulino et Juliano Coss. Is vero de die Hadrianopolitani praelii cum hoc Chronico non consentit, quem V. Non. Jul. fuisse ait. Istius praeterea Constantini victoriae meminit Anonymus Valesianus, praeter Eusebium lib. II. de Vita Constant. cap.
V 488 XVII. ubi consulendus Valesius, et ad eundem Anonymum Ammiano subjectum pag. 439. I. edit.

Pag. 525. 16. *Καλχηδονίων*] Sic reposuimus, cum prave editum esset *Καρχηδονίων*.

Pag. 525. 17. *Κρίσπον*] De anno caedis Crispi dissentiunt Historici, quem expendunt prae caeteris Scaliger ad Chron. Eusebii, Petavius lib. XI. cap. XII. et Gothofredus ad Philostorgii lib. II. cap. IV. et in Chronologia Codicis Theodos.

Pag. 525. 19. *Τῷ αὐτῷ ἔτει*] Hieronymus in Chronico: *Edicto Constantini gentilium templa eversa sunt.* Immo *clausa* duntaxat, ut infra annotamus. Adde Sozomenum lib. II. cap. XV. etc.

Digitized by Google

Pag. 526. 11. *Λαβδὼν*] Leg. *Ἀββὼν*.

Ibid. *Επὶ τὸ β'.*] Vir doctus legit *α'*.

Pag. 527. 1. *σο' Ολυμπ.*] Leg. *σβ'*. ex pag. 215.

Pag. 527. 4. *Ἀπὸ γενέσεως ὁμοῦ*] Delevimus hanc postremam vocem cum Holstenio. Id porro videtur excerptum ex aliquo Paschali.

Pag. 527. 6. *Τὸ δ'.*] Fasti omnes, *Constantino* VII. *et Constantio Caesare*, absque numero Consulatus. Quaedam Leges Cod. Theod. habent *Constante*, aliae *Constantio*.

Pag. 527. 9. *Δρέπανον*] Ammianus lib. XXVI. *Drepanum, nunc Helenopolim, venit.* Urbs Bithyniae ad Astacenum sinum, P 557
Stephano Byzantio. Vide illius Interpretes, Hieronymum in Chron. et ibi Scaligerum pag. 250. et Jacob. Gotthofred. in Chronologia Cod. Theodos. anno CCCXXVIII.

Pag. 527. 15. *Ιανουαρίου*] Ita Fasti Savilliani, Prosperi et Victorii. At Laterculus Praefect. Urb. Fragmentum Fastor. et Paschalis centum annor. Bucherii, ut et Fasti Idatii MSS. *Januarium* legunt.

Pag. 527. 16. *Δανοῦβιν*] In Dacia Ripensi egisse Constantinum hoc tempore ex subscriptione Leg. v. Cod. Theod. de Privileg. eorum qui in sacr. Pal. colligit Gothofredus in Chronolog. ad eundem Cod.

Pag. 527. 17. *Καὶ γέφυραν*] Nescio an huc pertineat Inscriptio in pontem Danubii ad ruinas urbis Warbel: PROVIDENTIA AUG. VERE PONTIFICIS. VIRTUS ROMANA QUID NON DOMET. SUB JUGUM ECCE RAPITUR ET DANUVIUS. Vide Theophan. an. XXII. et XXIV. Constantini.

Pag. 527. 19. *Ἐν Νικομηδείᾳ*] Ubi tum egisse Constantinum his Cons. testatur subscriptio Leg. un. Cod. Theod. de Mensis olear.

Pag. 528. 1. *Τὸ πρῶτον τεῖχος*] Vide Constantinopol. Christ. lib. I. sect de Byzantii Orig. n. VIII. Ab iis porro quae ad ejusdem civitatis descriptionem, seu regiones, seu aedes sacras, et alia hujusmodi spectant, deinceps occurrent, enucleandis vel illustrandis abstinebimus, locis duntaxat istius lucubrationis indicatis, ne actum agamus.

Pag. 528. 4. *Ιππικὸν*] ibid. lib. I. sect. I. n. V.

Pag. 528. 5. *Κάθισμα*] Ibid. n. VI.

Pag. 528. 6. *Παλάτιον*] Ibid. lib. II. sect. IV. n. I.

Pag. 528. 8. *Κοχλίου*] Ibid. lib. I. sect. I. n. V.

Pag. 528. 9. *Φόρου*] Ibid. lib. I. sect. XXIV. n. I.

Pag. 528. 10. *Κίονα*] Ibid. n. VI.

Pag. 528. 14. *Παλλάδιον*] Ibid. n. VI.

Pag. 528. 17. *Τύχην*] Ibid. n. XI. et lib. II. sect. IX. n. I. Vide praeterea Notas nostras ad Zonarae Annales pag. 52. 53.

Digitized by Google

Pag. 523. 18. *Ἀνθοῦσαν*] Ibid. lib. I. sect. III. n. II. pag. 30.

Pag. 528. 19. *Δύο ἐμβόλους*] Ibid. lib. II. sect. III. n. II.

Pag. 528. 21. *Ρηγίαν*] Ibid. n. I.

Pag. 528. 22. *Βασιλικὴν*] Ibid. lib. II. sect. IX. n. I.

Pag. 529. 1. *Σενάτον*] Anonymus Valesianus: *Ibi etiam Senatum constituit, secundi ordinis Claros vocavit.* Ibid. sect. IX. n. I.

Pag. 529. 5. *Ζεύξιππον*] De Zeuxippi nomine ita Eusebius in Chronico lib. I. *Zeuxis praeclarus pictor insignis habetur, ex cujus nonnullis imaginibus, quas plurimas apud diversas civitates fecerat, lavacrum Byzantinorum arbitramur appellatum.* Sed longe alias fuisse Scriptorum sententias de Zeuxippi appellatione docemus in Constantinopoli Christ. lib. I. sect. XXVII. n. II. Id duntaxat addimus ad illius aquaeductuum tuitionem
V 484 pertinere videri Legem I. Cod. Theod. de Aquaeductu, quae mense Maio data scribitur IV. post Encaenia die.

Pag. 529. 8. *Τὸ δέκατον*] Fasti omnes et Cod. Theod. *Constantino* VIII. *et Constantino* IV. seu *Constantino Caesare*, ut est apud Prosperum. Fasti Savilliani habent, *καὶ Κωνσταντίου τὸ β΄.*

Pag. 529. 11. *Ετους τα΄.*] Immo, inquit Scaliger, anno CCXCVIII.

Pag. 529. 15. *Πρὸ πέντε εἰδῶν*] Vide praeter nostram Constantinopol. lib. I. II. III. Scaligerum lib. V. de Emendat. Temp. p. 508. Petavium lib. XI. cap. XLII. et Gotthofred. ad Leg. I. Cod. Theod. de Feriis.

Pag. 529. 17. *Ρώμην δευτέραν*] Constantinopol. Christ. lib. I. sect. VI.

Pag. 530. 2. *Ἀπὸ ξοάνου*] *Ex opere rasili*, uti hanc vocem interpretatur Hesychius: *ξόανα, κυρίως, τὰ ἐκ ξύλων ἐξεσμένα ἢ λίθων.* Glossae: *Delubrum, ξόανον, καθίδρυμα, ἀνάθημα*, ligneum simulacrum radendo poliendoque factum, ut Pausanias in Achaïcis indicat.

Pag. 530. 19. *Ἀλέξανδρος*] De mense et die quo obiit Alexander, consentit Auctor Chronici Orientalis, additque diem fuisse Lunae: annum vero mortis Christi CCCXXXII. notat.

Pag. 530. 21. *Ο μέγας πατὴρ*] Holsten. *φωστήρ.*

Pag. 531. 5. *Ἄρτος*] Vide Gotthofred. ad Philostorg. lib. II. cap. XXIX. et quae annotamus in utroque Glossario de Panibus Palatinis.

Pag. 531. 6. *Δαλμάτου καὶ*] Codex Holstenii *Δαλμάτου Ζενοφίλου, καὶ*, etc. Fasti omnes *Dalmatium et Zenophilum* Coss. hoc anno habent, cujus Consulatus mentio praeterea occurrit in Itinerario Burdegal. et in Cod. Theod. Consulatus vero

Digitized by Google

Paulini, qui hic nominatur, et *Optati*, et perperam cum altero copulatur, in annum sequentem cadit, qui quidem in Chronico omittitur: cujus prae caeteris meminit Julius Firmicus lib. I. cap. II. sub quo accidit insignis Solis eclipsis.

Pag. 531. 9. *Τούτοις τοῖς Τπάτοις*] Error est tam in die quam in Consule quo haec gesta sunt, cum ad annum sequentem referri debeant, quo haec Encaenia celebrata fuerunt Idib. Septembr. praesentibus Episcopis, qui jussu Imperatoris Constantini P 558 Hierosolymis convenerant post Synodum Tyri eodem anno habitam, ut testatur S. Athanasius in Apolog. Neque tamen quoad annum omnino erravit Auctor Chronici, siquidem haec ad Consulatum Paulini videtur referre.

Pag. 531. 11. *Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ιζ'.*] Rectius Nicephorus lib. VIII. cap. XXX. *ιγ'*. nam Encaenia Ecclesiae S. Resurrectionis die XIII. Septembris quotannis celebrari a Graecis notant Menea et Typicum S. Sabae.

Pag. 531. 13. *Κωνσταντίου*] Sic reposuimus ex Scaligeri edit. et Fastis omnibus, cum *Κωνσταντίνου* edidisset Raderus. Is porro fuit Constantius Constantini M. frater, ut indicat subscriptio Epistolae Presbyterorum et Diaconorum Mareoticorum in Synodo Tyri habita eo anno: *Coss. Julio Constantio illustrissimo Patricio, fratre religiosissimi Constantini Augusti, et Rufino Albino clarissimis et Deo gratissimis viris.* Ubi *Caesaris* nomen minime tribuitur Constantio, qui Nobilissimus duntaxat a fratre designatus est, ut scribit Zosimus lib II. Et sane Fasti omnes hunc Consulatum ita consignant, *Constantino et Albino Coss.* praeter Latercului Praefect. Urb. ubi pro Albino Paulinus scribitur.

Pag. 531. 14. *Κωνσταντίνου τοῦ εὐσεβοῦς*] Vide Eusebium lib. IV. de Vita Constant. Idatium, etc.

Ibid. Εν Κωνσταντινουπόλει Ρώμῃ] Ita apud Priscianum, *Romam Constantinopolitanam* dictam observamus in Constantinopoli Christ. lib. I. p. 35.

Pag. 531. 16. *Καὶ Κώνσταντα*] De anno quo Constans Caesar dictus est varie scribunt Historici. Eusebius lib. IV. de Vita Constant. cap. XL. id factum ait *ἀμφὶ τὴν τρίτην δεκάδα* ejusdem Augusti, seu circa XXX. Imperii annum. Hieronymus et Prosper, Pacatiano et Hilariano Coss. an. CCCXXXII. *Constans filius Constantini provehitur ad Regnum.* Id in annum sequentem rejicit Idatius die VIII. Kal. Jan. Victor Schotti, post bellum Sarmaticum Caesarem dictum ait, quod gestum est anno CCCXXXII. Sed V 485 cum infra scribat Auctor Chronici tres duntaxat annos parente superstite Caesaream dignitatem obtinuisse Constantem: inde omnino confici videtur dictum Caesarem anno CCCXXXIII. Atque adeo expungenda haec verba in Chronico, *καὶ Κώνσταντα υἱὸν αὐτοῦ Αὔγουστον ἀνέδειξεν·* sicque emendanda, *καὶ Δαλμάτιον*

Digitized by Google

τὸν υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, etc. ut est in editione Scaligeriana, ubi pro Δαλμάτιον, perperam Κώνσταντα irrepsit.

Pag. 531. 16. *Καὶ Δαλμάτιον*] Hieronymus, Prosper, et Orosius: *Tricennalibus Constantini, Dalmatius Caesar appellatur.* Addit Idatius XV. *Kal. Octobr.* Alia de Dalmatio vide in Famil. Byzant.

Pag. 531. 17. *Κένσωρος*] Raderus *Κένσαρος* ediderat, et ad marg. reposuerat, *Κήναρος*, an *Καίσαρος*· quomodo postremam hanc vocem habet Scaliger. Certe in Cod. Vaticano ita est exarata, ut *Κήναρος* videatur praeferre, ubi secunda litera non tam η quam h. latinum superius paulo truncatum, cum puncto, nisi sit accentus, refert. Sed uti edidimus prorsus legendum: Dalmatium quippe Constantini M. fratrem, Censorem dictum ex S. Athanasio et Socrate docuimus in Famil. Byzant. Addo tantum describi in Cod. Theod. tit. de His qui numero liberor. constitutionem Constantini ad Dalmatium, nulla addita dignitate, quam habere quiddam videri quod ad hanc spectet subodoratur Gotthofredus.

Pag. 531. 20. *Καὶ Τυανος*] cum Zenophilo an. CCCXXXIII.

Pag. 532. 1. *Ρῆγα*] Anonymus Valesianus: *ejus fratrem Annibalianum data ei Constantia sorore sua, Regem Regum et Ponticarum gentium constituit.* Vide Famil. Byzant. pag. 49.

Pag. 532. 6. *Ταυανοῦ*] Leg. *Τιτιανοῦ*, ex Fastis omnibus.

Pag. 532. 11. *Βαπτίσματος*] De Baptismo Constantini praeter Baronium consulendi Petavius lib. XI. de Doctr. Temp. cap. XLIII. et Gotthofredus in Chronol. Cod. Theod. an. CCCXXXVII.

Pag. 532. 15. *Ἐγοντα*] Sic Cod. Vatic. Leg. forte *ἄγοντα*, ut mox semel ac iterum.

Ibid. *Ετος εἰκοστὸν*] Ex quo scilicet Constantinus Caesar dictus est anno CCCXVI. usque ad parentis obitum tot intersunt anni.

Pag. 532. 17. *Ετος ια΄.*] Si Constantinus XI. dumtaxat annis Caesaream dignitatem patre superstite obtinuit, isque hanc inierit VI. Id. Novembr. ut est apud Idatium, sequi videretur tum demum Caesarem dictum anno CCCXXV. qui est annus vicennaliorum Constantini. Vide quae supra annotamus.

Pag. 532. 19. *Ετος ἄγοντα τρίτον*] Huc rursum referenda quae paullo ante annotavimus de Constantis Caesarea dignitate.

Pag. 532. 20. *Ετος ἄγοντα καὶ αὐτὸν τρίτον*] Quippe Dalmatius biennio post datam Constanti Caesaream dignitatem, Caesar a patruo dictus est, anno scilicet CCCXXXV. aut sub exitum CCCXXXIV. Ita enim Victor Schottii: *abhinc consumpto fere*

Digitized by Google

biennio fratris filium, cui ex patre Dalmatio nomen fuit, Caesarem fecit, assistentibus valide militaribus, id est instantibus.

Pag. 532. 22. *Ο τρισμακάριος*] De excessus Constantini anno et die agunt prae caeteris Scaliger lib. v. de Emend. Temp. p. 510. et Petavius lib. XI. cap. XLIII.

Pag. 533. 6. *Εὐθέως ἐξώρμησεν*] Eusebius lib. IV. de Vita Constant. cap. LXX. ex cujus verbis eruit Henr. Valesius falli ait P 559
auctorem Chronici, qui Constantinopolim recta venisse, atque ibi paternas exequias celebrasse scribit. Verum non obstat quin in urbem veniens, Nicomedia parentis funus ipsemet secum deferri curaverit.

Pag. 533. 10. *Ως ἐπιζῶντος*] Melius *ὡς ἔτι ζῶντος* atque sic edidimus.

Pag. 533. 12. *Σιτομέτρια*] Glossae: *σιτομέτριον, demensum.* Philostorgius lib. II. cap. IX. *καὶ σιτηρεσίου δαπάνην διανεῖμαι τοῖς οἰκήτορσι*, etc. Adde Zosimum lib. II. et Sozomenum lib II. cap. XXXII. praeterea Leg. X. Cod. Theod. de Annona Civit. et Leg. II. de Frumento urbis Constantinopolit.

Pag. 533. 18. *Σάπωρις*] Chron. Hieron. *Sapor Rex Persarum Mesopotamia vastata, duobus ferme mensibus Nisibim obsedit.* Atque haec fuit prima Urbis obsidio sub Constantio: nam ter a Persis illa imperante obsessam fuisse scribit Rufus Festus. De se- V 486
cunda obsidione agitur sub an. CCCL.

Pag. 534. 2. *Ετος α΄.*] Haec delet Cod. Holstenii: et certe legendum fuisset *γ΄*. Victor Schotti: *Statim triennio post minimum maximumque, fatali bello Constantinus cadit.* Periit enim Acindyno et Proculo Coss. ut est apud Socrat. lib. II. cap. V. Vide Famil. Byzant.

Ibid. Κώνστας] Constans hoc loco ante Constantium nominatur, licet minimus natu fuerit: medius vero Constantius. Ita etiam Epiphanius Haer. LXVIII. num. IX. licet aliter Haer. LXIX. n. 1.

Pag. 534. 5. *Οὔρσου*] Edit. Scaligeri, *Οὔρβου.*

Pag. 534. 6. *Κωνσταντίνου*] Fasti omnes et Leges Cod. Theod. habent hoc anno, *Constantio* II. *et Constante Coss.*

Pag. 534. 9. *Πρόκλου*] Ita Socrates lib. II. cap. V. et Fasti Savilliani et Vossiani. At Fasti caeteri *Proculum* vocant, quod idem est. Indictio porro istius anni annotatur in Conciliabulo Antiocheno apud Athanasium lib. de Synodis, cujus ope Indictionum memoria retrahi potest ad annum CCCXXXVII. vel CCCXXXVIII. inquit Gothofredus.

Pag. 534. 11. *Τὸ ς΄.*] Scribendum *τὸ γ΄.* ut emendat Holstenius, et habent Fasti omnes, et Leges Cod. Theod.

Pag. 534. 13. *Πλακίτου*] Sic Fasti Savilliani. *Πλακιανοῦ*, Vossiani Sed *Placidus* dicitur in Fastis omnibus, in Cod. Theod. et in vet. ac praeclara Inscriptione, in qua illius nomina

Digitized by Google

omnia et dignitates continentur, apud Lud. Carionem lib. I. Antiq. Lect. cap. XIV. a Grutero omissa. Placitum Cos. expungit Holstenius. Post hunc Consulatum inseritur in Cod. Vaticano Tabula, seu Rota, quam hic damus.

Pag. 534. 17. *Κωνσταντιαναὶ*] Constantinopol. Christ. lib. I. sect. XXVII. n. V.

Pag. 535. 1. *Κωνσταντίου τὸ ϛ'.*] Leg. δ'. ex Fastis et Cod. Theod. Fasti alii, ut Capitolini et Laterculus Praefector. Urb. sic annum hunc describunt: *Post Consulatum Amantii et Albini.* Fragmentum Consulare et Paschale centum annorum apud Bucherium: *Post Amantio et Albino.* Notam numeralem hic delet Cod. Holstenii.

Pag. 535. 3. *Ρουφίνου*] *Rufus* dicitur Hincmaro Remensi to. II. p. 460. 475. Sed Fasti omnes *Rufinum* vocant.

Pag. 535. 6. *Λιμενίου*] Is *Ulpius Limenius* hoc quoque anno Cos. et Praefectus Urbi fuit, ut est in supra laudato Laterculo.

Pag. 535. 7. *Απεκτάνθη*] Iisdem paene verbis, quae versioni inseruimus, haec recte refert Idatius in Fastis ad Consulatum Sergii et Nigriani, quo contigere. Vide Victorem Schotti, Socratem lib. II. cap. XXII. et alios, praeterea Scaligerum ad Chron. Eusebii p. 253. et Grandamicum parte III. Chron. Christ. p. 116.

Pag. 535. 8. *Αρξας ἔτη ιβ'.*] Haec verba duntaxat absunt apud Idatium.

Pag. 535. 10. *Νεποτιανὸς*] Eutropia sorore Constantini natus. Vide Famil. Byzant.

Pag. 535. 14. *Λεόντιος*] Vide Philostorgium lib. III. cap. XVII. et XVIII. Hunc inter Atrianos Antistites semper recenset Athanasius, et *ἀπόκοπον*, seu castratum vocat. Theodoritus lib. II. Hist. Eccl. cap. X. natione Phrygem fuisse ait, *τὴν δὲ γνώμην κρυψίνουν, καὶ τὰς ὑφάλους πέτρας μιμούμενον.* Vide praeterea cap. XXIV. Unde a quodam Ariano Scriptore haec hausisse Auctorem Chronici quidam volunt, qui tantopere laudet, quem alii perstringunt: quod accidit in iis quae infra de Meletio narrat.

Pag. 536. 18. *Σάπωρις δὲ*] De hac altera sub Constantio Nisibensi obsidione agunt Julianus Orat. I. et II. Philostorgius lib. III. cap. XXIII. Theodorit. lib. II. cap. XXX. Georgius Hamartolus in Chron. MS. Cedren. Zonar. Albupharaijus, et alii. Sed in primis conferendus Theophanes, qui haec iisdem verbis quibus Auctor Chronici refert. Vide Henr. Valesium ad lib. XX. Ammiani.

Pag. 537. 1. *Καὶ Βασιλεῖς μισθωτοὺς*] Praefectos forte Provinciarum, quos *Βασιλεῖς* etiam appellabant Persae: quibus cum imperarent, inde *Βασιλεῖς Βασιλέων* se inscribebant.

Digitized by Google

Pag. 537. 3. *Ἐκχωρῆσαι*] Ita emendavimus ex Theophane, cum prave editum esset *ἐκχωρίσειν*, tametsi ita praeferat Cod. Vatican. et Codex Theophanis, ut monet Goarus. V 487

Pag. 537. 4. *Τὸ λοιπὸν*] Theophan. *τό τε λοιπόν.*

Pag. 537. 5. *Ποταμῷ*] *Migdonio*, Theodorit. Vide Vincentium Bellovac. lib. XXX. cap. LXXXII. et LXXXIX. ubi simile quidpiam refert. P 560

Ibid. *Οἶδεν*] Leg. postea *οἱ δὲ Νησιβηνοὶ εὐχαῖς ἐνίκουν.* Quippe, ut narrat Theodoritus, admirandus ille Ephrem, quem *Mar Ephraim* vocat Albupharaijus, (*Mar* autem Apostolos appellant Chaldaei hodierni, ut observat Scaliger in Prolegom. ad libros de Emendat. Temp.) praestantissimus apud Syros Scriptor divinum Jacobum Episcopum rogavit ut in murum ascenderet, Barbaros inspiceret, et imprecationis tela in eos immitteret: cui obsecutus Jacobus in quandam turrim conscendit, visaque innumerabili hominum multitudine, nullum aliud malum iis imprecatus est: sed oravit tantum ut cinifes et culices in eos immitterentur, ut ex minutis illis animalculis, ejus qui ipsis auxiliabatur potentiam agnoscerent. Orationem Jacobi nubes cinifum et culicum protinus excepisse, etc. De Jacobo et Ephraïmo in sua narratione silet Theophanes: de Jacobo vero quaedam attigit Philostorgius, ut et Gregorius Turon. lib. II. Hist. cap. XXXV.

Pag. 537. 8. *Μέρος τοῦ τείχους*] Theophanes, *μέρος μέν τοι τοῦ τείχους ἀπεπόρθηται, καὶ τοῦτο κατὰ Θεοῦ συγχώρησιν.* Alii Codd. *ἐπεπόνθει* praeferunt.

Pag. 537. 10. *Γίνεται γὰρ*] Theoph. *εὐθέως γὰρ γίνεται τήν τε πόλιν φυλαχθῆναι, καὶ τοὺς πολεμίους τοῖς ὕδασι νήχεσθαι, καὶ πολλοὺς ὑπὸ τοῦ ὕδατος διεφθάρθαι.*

Pag. 537. 14. *Συμπείσαντες*] Theophan. *εὐτρεπίσαντες προσέχειν τῷ πολέμῳ, μαγγανείαις τε παντοίαις.*

Pag. 537. 18. *Κατατέλμασιν*] Theoph. et Georg. Monachus, *καταπέλμασιν.*

Pag. 537. 20. *Οπλίτας ἀπέκτεινεν*] Theoph. *ὁπλῖται ἀπέθανον.* Mox, *ἐπέσεν.* Theoph. *ἐπέπεσεν.*

Pag. 538. 2. *Δεινῶς καταντλούμενος*] Haec desunt apud Theophanem.

Pag. 538. 4. *Ορασις ἐδείχθη*] Idipsum etiam narrat Theodoritus: aliter vero Theophanes et Georg. Hamartolus: *ὁρᾷ ἄγγελον ἐπὶ τὸ ἄκρον ἑστῶτα λαμπρῶς ἐστολισμένον, καὶ παρὰ χεῖρα τὸν Βασιλέα κρατοῦντα Κωνστάντιον.* Auctor infra, de Magis: *διέγνωσαν τοῦ φανέντος Ἀγγέλου σὺν τῷ Κωνσταντίῳ τὴν δύναμιν*· quae quidem aliter concepit Theophanes.

Pag. 539. 1. *Τῇ φυγῇ*] Ex hoc Chronici loco licet emendare Theophanem: *αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς ἰδίοις φυγῇ ἐδίωκε τὴν πατρίδα . . . . . πρότερον λοιμικῇ νόσῳ διαφθαρέντες*· nam post

Digitized by Google

φυγῇ, addidimus μη, ita ut fuga arrepta, cum nemo eum consequeretur, domum concesserit, tametsi Theophani concinat Georgius Hamartolus.

Pag. 539. 2. *Οὐαλαγέσου*] Cum hic Vologesus tempore istius obsidionis Nisibensis esset Episcopus, inde hallucinatum Theodoritum contendit Henr. Valesius ad Philostorgium, qui Jacobum ea tum dignitate functum scribit. Verum huic objectioni haud aegre reponi potest, non inde omnino evinci Vologesum, cum haec obsidio Nisibena certigit, istius civitatis fuisse Episcopum, cui forte interfuerit, antequam extincto Jacobo, hanc esset adeptus dignitatem.

Pag. 539. 6. *Βετρανίωνα*] De Vetranione, seu Veteranione, uti appellatur ab Eutropio et aliquot aliis, multa ex Scriptoribus commentati sunt Gotthofredus ad Philostorgii lib. III. cap. XXII et Santamantius in Commentar. Histor.

Pag. 539. 7. *Εν Ναΐσῳ τῆς Ιταλίας*] Cod. Vatic. *Ναΐσσῃ τῆς Ιταλίας*. Sed leg. *τῆς Ιλλυρίας*. Est enim *Naïsus* urbs Illyriae, quinque dierum itinere expedito homini ab Istro distans, in Romanorum et Scytharum limite, ut est apud Priscum in Legat. a quo *Νάϊσσος* appellatur, ut et a Stephano Byzantio, et in Cod. Theod. locis a Gotthofredo indicatis. Quod quidem oppidum in Mediterranea Dacia statuit Hierocles Grammaticus in Notitia Provinciae: ut et Itinerarium Burdegalense, Constantini M. ortu, ut Anonymus Valesianus et alii quidam volunt, nobilitatum, quodque oppidum postea is magnifice ornavit. *Ναϊσὸς* vero dicitur Procopio lib. III. de Bello
V 488 Gotth. cap. XL. Zosimo lib. III. et Theophani anno XLII. Theodosii Jun. ex Cod. Peiresciano: perperam vero *Νασσὰν* in edito: *Naessus*, Julio Firmico lib. II. Mathes. Marcellino Comiti, Ammiano, Anonymo Valesiano, et aliis. *Νέσσος*, Georgio Syncello p 382. Socrates vero lib. II. cap. XXV. in Illyrico apud Sirmium a militibus levatum Vetranionem scribit, ut et Auctor Chronici: in Illyrico pariter Orosius. Alii autem, ut Victor, Hieronymus, et Prosper, apud Mursam in Pannonia: apud Naissum vero a Constantio regium insigne ei detractum Hieronymus, et ex eo Prosper: apud Sirmium Sozomenus lib. IV. cap. IV. scribunt. Ex iis saltem liceat colligere hocce Chronicon ex variis Scriptoribus, sibi invicem non usquequaque consentaneis, esse consarcinatum. Caeterum *Ναΐσσὸν* ab Attila eversum fuisse et solo aequatum, scribit idem Priscus in Gothicis, et ex eo Theophanes loco laudato.

Pag. 539. 11. *Εν τῷ Κάμπῳ Τριβουνάλιον ποιήσας*] Georgius Hamartolus in Chron. MS. *Ἐξελθὼν δὲ ἐν Τριβουνα-λίῳ Κάμπῳ, καὶ σὰς ἐν μέσῳ ἐφ' ὕψους, συμπαρόντος τοῦ στρατοπέδου*, etc. ubi observanda haec loquendi formula. Cogebantur porro milites in Campo, ac structo Tribunali, inde eos

Digitized by Google

alloquebatur Imperator. Herodianus in Commodo: *Προελθὼν δὲ ὁ Κόμμοδος, τάς τε βασιλείους θυσίας ἐπετέλει, καὶ βήματος αὐτῷ εἰς ὕψος ἀρθέντος ἐν μέσῳ τῷ στρατοπέδῳ, ἀνελθὼν ἐπ' αὐτῷ. ἔλεξε τοιάδε.* Et in Alexandro Severo: *ἀθροίσας τοὺς ἐν Ῥώμῃ στρατιώτας, συνελθεῖν τε πάντας πελεύσας εἰς τὸ σύνηθες πεδίον, ἐπὶ βήματος ἀνελθών, ἔλεξε τοιάδε.* Denique in Maximino: *συγκαλέσας πάντα τὸν στρατὸν εἰς τὸ πρὸ τῆς πόλεως* P 561 *πεδίον, προελθὼν δὲ τῆς τρίτης ἡμέρας· ἀνελθών τε ἐπὶ τὸ βῆμα*, etc. Lactantius de Mortib. Persecut. n. XIX. *Erat locus extra civitatem ad millia fere tria, in cujus summo Maximianus ipse purpuram sumpserat.* Infra: *obstupefiunt omnes in tribunali*, etc. Renatus Frigeridus apud Gregorium Turon. lib. II. Hist. cap. VIII. Valentinianum III. interemptum ait *in Campo Martio, cum pro tribunali residens concionaretur ad populum.* His adjungenda quae annotamus in Disceptat. de Hebdomo.

Pag. 539. 17. *Ἐν πᾶσι δὲ*] An ex Ariano quodam Scriptore ista hausit Auctor Chronici, cum Constantius Fidei Catholicae hostis acerrimus, Arianam haeresim obstinatius tueretur, Catholicis omnibus infestissimus, tametsi simulata pietate supplicia vel poenas non adhiberet. Unde Hilarius: *Non dorsa caedit, sed ventrem palpat: non proscribit ad vitam, sed trudit in mortem: non trudit carcere ad libertatem, sed intra Palatium honorat ad servitutem*, etc. Infra: *Novo inauditoque ingenii triumpho de Diabolo vincis, et sine martyrio persequeris.*

Pag. 540. 1. *Δορυφορίας*] Sic reposuimus, cum editum esset *δωροφορίας.*

Pag. 540. 2. *Προυσίασι*] Philostorg. *Προυσίαν τῆς Βιθυνίας.* Ita etiam Georgius Hamartolus; sed et alii. Prusam duplicem fuisse in Bithynia observat Sirmondus ad Sidonii lib. II. Epist. II. Alia est *Προύσα*, alia *Προυσιάς*, quam in Honoriadis Provincia statuit Notitia Leonis Imp. rectius scripsit. *Προυσιάδα* in Themate Buccellariorum, olim Maryandevorum Provincia dicta, statuit Constantinus Porphyrogen. lib. II. Themat.

Pag. 540. 7. *Σεργίου*] Hic annus varie consignatur. Fasti Idatiani, Prosperi et Victorii: *post Consulatum Sergii et Nigriani* habent. Vossiani: *οἱ μετὰ Τπατείαν Σεργίου καὶ Νιγρινιανοῦ.* Savilliani: *τοῖς ἐομένοις*, ubi legendum forte *τοῖς δεομένοις.* Fragmentum Fastorum, et Paschalis centum annorum apud Bucherium, *post Sergio et Nigriniano.* Laterculus denique Praefectorum Urbi, *Magnentio et Gaisone.*

Pag. 540. 10. *Μετονομάσας*] Victor Schotti: *cujus nomen suo mutaverat.*

Ibid. Ἰδοῖς Μαρτίαις] Ita Idatius, Prosper, et alii.

Pag. 540. 13. *Τὸ σημεῖον*] Extat Epistola S. Cyrilli Hierosol. Episcopi de hac Crucis visione ad Constantium Imp.

Digitized by Google

de qua quidem Cruce agunt passim Scriptores, ac in primis Philostorgius lib. III. cap. XXVI. Sozomenus lib. III. cap. IV.
V 489 Auctor vitae S. Artemii, etc. At cum id accidisse die Festo Pentecostes dicatur, qui anno CCCLI. in XIX. Maii incidit, qui fieri potest ut III. Kal. Febr. eodem anno contigerit, quod vult Idatius, ita scribens: *Et apparuit in Oriente signum Salvatoris die* III. *Kal. Februarias, Luna* XXVIII.

Pag. 540. 18. *Στέφανος ὡς ἡ Ἶρις*] Sueton. in Augusto cap. XCV. *Repente liquido ac puro sereno circulus ad speciem caelestis Arcus orbem Solis ambiit.* Ubi consulendus Casaubonus.

Ibid. Καὶ τῇ αὐτῇ ὥρᾳ] Sed id neque verum esse potest, cum Mursense praelium contigerit sub finem Autumni, ut est apud Julianum Orat. I vel certe IV. Kal. Octobr. eodem anno, ut idem Idatius scribit: *His Coss. bellum Magnentii fuit Morsa die* IV. *Kal. Octobr.*

Pag. 541. 4. *Τὸ ζ'.*] Leg. *ε'*. Ita enim Fasti omnes: *Constantio* V. *et Constantio Caesare.* Paschalis laterculus centum annorum: *Constantio* V. *et Constantio Juniore.* Victorius, Senator, et Leges aliquot Cod. Theod. ut et hoc Chronicon, *Constantio* V. *et Constante.* At laterculus Praef. Urbi: *Decentio et Paulo*, ex parte scilicet Magnentii. Apud Holstenium, *καὶ Κωνσταντίου ναίου τὸ κ'.* scribitur. Fasti Vossiani, *καὶ Κωνσταντίου ναίου τὸ α'.* Rectius si scribatur *νέου.*

Pag. 541. 6. *Τὸ η'.*] Leg. *τὸ ς'*. Sic enim praeter Fastos, Socrates lib. II. cap. XXXII. *ἐν Τριτείᾳ τοῦ Κωνσταντίου τὸ ἕκτον, καὶ Κωνσταντίου τοῦ Γάλλου τὸ δεύτερον.* At pro Constantio Caesare, *Constantem* etiam legunt aliquot Leges Cod. Theod. Victorius et Senator, ut et in aliis ejusdem Galli Consulatibus, adeo ut promiscue sic appellatum vero simile sit.

Pag. 541. 8. *Τὸ θ'.*] Leg. *τὸ ζ'.* quomodo Fasti omnes, ubi Cod. Theod. Victorius et Senator pro Constantio Caesare *Constantem* praeferunt, uti monuimus.

Pag. 541. 10. *Ἐν τούτῳ τῷ ἔτει*] Perperam annus necis Magnentii his Coss. ascribitur, quae accidit Constantio VI. et Constantio Caesare Coss. ut est apud Socratem lib. II. cap. XXVII. et Idatium in Fastis, qui diem consignavit III. Id. Aug. contra quam Auctor Chronici qui IV. habet: *His Coss. Magnentius se interfecit in Galliis apud Lugdunum die* III. *Id. Aug. At Decentius frater Magnentii laqueo se suspendit* XVI *Kal. Sept.* Ubi Scaliger: *Valde*, inquit, *turbant illi Scriptores, dum alius Mursam in Gallia ponit*, (Socrates loco laudato) *alius Magnentium puncto temporis in agrum Lugdunensem volasse scribit.* Atqui Auctor noster solum fugisse scribit, nec omnino abludit Orosius. Sed fidem non meretur Georgius Hamartolus, qui matrem etiam et fratrem prius occidisse scribit, tametsi Decentium Caesarem laqueo se suspendisse mox addat: quo turpi et ignominioso

Digitized by Google

mortis genere Maximianum Herculium Imp. vitam detestabilem finiisse scribunt Eusebius lib. VIII. extr. Lactantius lib. de Mortib. Persecut. n. XXX. et Victor in Epitome.

Ibid. *Εν Μούστῳ Σελεύκῳ*] Sic Cod. Vatican. Editio vero Scalig. *Εν Μούρῳ Σελεύκῳ.* Socrates, *Μιλτοσελεύκῳ*, ubi Codd. alii *Μορτοσελεύκῳ* rectius praeferunt. Est enim *mons Seleuci*, ut vertit Epiphanius Scholasticus, cujus loci meminit Itinerarium Hierosolymitanum. Georgius Hamartolus habet tantum P 562
ἐν Σελεύκῳ· Vide Sirmondum ad Sidonii Epist. VI. lib. V.

Pag. 541. 13. *Ιδῶν Ἀνγούστου*] In hac voce, uti in Praefatione diximus, Holstenii Codex desinit, qui caetera deinceps esse Continuatoris monet.

Pag. 541. 14. *Λουλλιανοῦ*] Fasti Idatiani, *Arbitione et Lolliano:* alii, *Arbetione.*

Ibid. *Επαρχον*] Domitianum.

Pag. 541. 17. *Κνέστωρα*] Montium. De utriusque caede agunt Ammianus lib. XIV. Philostorgius lib. III. cap. XVIII. Socrates lib. II. cap. XXVII. et alii.

Ibid. *Μετασταλεὶς*] Hieronymus in Chron. *sollicitatus a Constantio*, quod idem valet.

Pag. 541. 18. *Εν Ισῳ τῇ νήσῳ*] Sic etiam editio Scaligeri. At Holstenius in Notis ad Stephanum legit *ἐν Ιστρῳ τῇ νήσῳ*, aitque Auctorem Chronici id ex eorum sententia scripsisse, qui Istrum fluvium hoc loco prope Istriam alio ostio in Adriam effluere crediderunt. Scymnus Chius:

— — *Ο Ιστρὸς ποταμὸς* V 490
Κατέρχεται ἀπὸ τῶν Εσπερίων τόπων,
Τὴν ἐκβολὴν πέντε στόμασι ποιούμενος,
Δυσὶ δὲ σχιζόμενος, κ' εἰς τὴν Αδρίαν ῥέει.

Et Marcianus Heracleota, quem eundem cum Scymno volunt quidam ex eruditis:

Ενετοί τε καὶ τῶν ἐντὸς εἰς τὸν Αδρίαν
Ιστρῷ καθηκόντων.

Ammianus lib. XIV. *in Istria prope oppidum Polam* occisum Gallum tradit. Socrates lib. II. cap. XXXIV. Sozomenus lib. IV. cap. VII. Eutropius et Idatius in Insula *Flanona*, quae urbs est maritima Istriae Ptolemaeo et Plinio lib. II. sect. XXV. Quod vero Auctor Chronici *ἐν Ἴσῳ τῇ νήσῳ* sublatum ait, *Issam* forte intellexerit Dalmatiae Insulam, de qua copiose egit Joannes Lucius lib. I. de Regno Dalmatiae et Croatiae pag. 10. ubi relegatus primo, deinde translatus Flanonam, ibi interfectus fuerit. *Ιστροῦ* oppidi meminit Symeon Logotheta in Chron. MS. quod *ὑπὸ Μιλησίου* conditum ait. Georgius Hamartolus in Chron. MS. ubi de caede Galli: *τοῦτον μεταπεμψάμενος ὁ Κωνστάντιος περὶ Θαλάμον αὐτὴν νῆσον ἀναιρεθῆναι ἐκέλευσεν.* Ubi forte leg. *περὶ Φλανῶνα τὴν νῆσον.*

Digitized by Google

Pag. 542. 1. *Πρὸ η Εἰδῶν Οκτωβρίων*] Idatius, Ammianus lib. xv. Socrat. lib. ii. cap. xxxiv. et Zosimus lib. iii. scribunt Julianum factum Caesarem viii. Iduum Novembrium: ex quibus emendandus Auctor Chronici. Joëles Caesaris functum dignitate annos iv. et menses vi. ait, id est ab vi. Novembr. ad ann. cccLv. ad id tempus quo Imperator in Gallia proclamatus est circa mensem Aprilem aut Maium anno cccLvi.

Pag. 542. 5. *Ινδ. ιδ'.*] Hoc tum primum anno cccLvi. Indictionis vox occurrit in Codice Theodosiano Lege ii. de legatis, quae ita subscribitur: xviii. *Kal. Febr. med. Indictione* xv. *Constantio A.* viii. *et Juliano Caesare Coss.* Ubi tamen legendum videtur Indictione xiiii. cum hoc anno cccLvi. Constantius viii. Cos. fuerit cum Juliano.

Ibid. *Τὸ ι'.*] Scrib. τὸ η'. Ita Fasti et Cod. Theod.

Pag. 542. 7. *Επὶ τούτων*] Idatius hoc anno id refert ad Kal. Junii.

Pag. 542. 12. *Τὸ κα'.*] Leg. δ'. Sic Fasti, Cod. Theod. et Holsten.

Pag. 542. 14. *Επὶ τούτων*] Id ipsum habet Idatius, qui haec ad diem v. Non. Martii, seu ad v. ejusdem mensis refert, contra quam Auctor Chronici, qui ad iii. Vide Constantinopolim Christ. lib iv. sect. v. n. i.

Pag. 542. 20. *Εν Ρώμῃ*] Diem notat Idatius: *Et introivit Constantius Aug. Romae* iv. *Kal. Maias, et edidit* xxxv. Ubi leg. xx. seu vicennalia.

Pag. 543. 3. *Λατιανοῦ*] Victorius, *Titianus:* Cerealium vero *Κερέλλιον* Fasti Savilliani: Vossiani *Καράλλιον* perperam vocant.

Pag. 543. 6. *Σεισμὸς*] Hunc terrae motum ad annum cccLviii, referunt Victor Schotti in Pio, Ammianus lib. xvii. Hieronymus in Chron. Socrates lib. ii. cap. xxxi. et Idatius, qui diem notat viiii. Septembr. de quo agunt praeterea Libanius in Monodia, Orosius lib. vii. cap. xxix. et alii. Vide Scaliger. ad Chron. Eusebii, et Gotthofredum in Chronol. Cod. Theod.

Pag. 543. 9. *Γρατιανὸς*] Aliter Idatius hoc anno quoad diem: *His Coss. natus est Gratianus filius Augusti, Valentiniani die* xiv. *Kal. Maias.*

Pag. 543. 10. *Αὐτῷ τῷ ἔτει*] Totidem habentur in Fastis Idatii, qui in mense et die processus Chronico non consentit: *Et ipso anno primum processit Constantinopolim Praefectus Urbis nomine Honoratus, die* iii. *Id. Decembr.* Ita alibi semel ac iterum *Constantinopolim* pro *Constantinopoli* usurpat, vocem vero *primum*, *ἐν πρώτοις*, hic exponitur.

Pag. 543. 11. *Ρώμης*] Idatius, *Praefectus Urbis*, nude, scilicet Constantinopolitanae, ut est apud Socratem lib. ii.

Digitized by Google

cap. XLI. et Sozomenum lib. IV. cap. XXIII. non Romae, ut Auctor Chronici. Hieronymus in Chron. *Honoratus ex Praefecto Praetorio Galliarum primus Constantinopolis Urbis Praefectus factus.* Vide omnino ad huncce Chronici locum Jacob. Gotthofredum ad leg. XVI. Cod. Theod. de Praetoribb. V 491

Pag. 543. 14. *Ἰνδ. γ΄.*] Huic Indictioni congruit Lex XI. Cod. Theod. de Cursu publ. quae data dicitur Kal. Decembr. Ind. IIII. P 563

Ibid. Τὸ ιβ΄.] Scrib. *τὸ ι΄.* Ita Fasti omnes, et Ammianus initio libri XX. *Consulatu Constantii decies terque Juliani, etc.*

Pag. 543. 19. *Εὐδόξιος*] Philostorg. lib. V. cap. I. Theodorit. lib. II. cap. XXVI XXVII. et alii.

Pag. 543. 21. *Παρουσία Ἐπισκόπων οβ΄.*] In Concilio scilicet Constantinopolitano, cui adfuere qui hic recensentur Episcopi, sub quorum praesentia aedificata est magna Ecclesia.

Ibid. Μάρι, Ἀχαικίου] Ita edidimus, cum perperam scriptum esset apud Scaligerum, etiam in Cod. Vaticano *Μαριακησίου.* Utriusque, Maris scilicet et Acacii in Concilio Constantinopolitano meminit Philostorgius lib. IV. cap. XII. et lib. V. cap. I. ut caeteros omittam, quos hic laudat Gotthofredus.

Pag. 544. 13. *Ἐγκαίνια*] Vide nostram Constantinopolim Christ. lib. III. n. II.

Pag. 544. 18. *Ἀναθήματα*] Quae sunt totidem Constantii pietatis argumenta, quam caeteroquin commendant S. Cyrillus in Epistola ad Constantium de Cruce in coelo visa Hierosolymis, in qua *εὐσεβέστατον* vocat, (de qua consulendus Theophanes ad an. XIX.) Gregorius Nazianzenus Orat. I. in Julianum Aug. ubi et ejus in Catholicos pro Arianis facta excusat, et in Orat. II. S. Ambrosius, qui in Epist. ad Valentinianum, Constantium *Augustae memoriae* vocat, Epiphanius Haer. LXIX. n. XII. ubi de illius Arianismo agit, Theophanes an. XII. et Zonaras: contra quam Lucifer Calaritanus et S. Hilarius, a quibus illius impietas mire proscinditur. Hilarius de hac in sacras aedes munificentia: *Sacerdotes honorat, ne Episcopi sint, Ecclesiae tecta struit, ut fidem destruat.* Infra: *Auro Reipublicae Sanctum Dei honoras, vel detracta templis, vel publicata edictis, vel exacta poenis Deo ingeris.* Vide Gotthofred. ad Leg. III. Cod. Theod. de Paganis.

Pag. 545. 7. *Ἀρχῇ τετάρτης Ἰνδ.*] Immo v. ut observat Scaliger ad Chron. Eusebii pag. 256.

Pag. 545. 8. *Μόψου κρήνας*] Hieronymus in Epitaphio Nepotiani, *in Mopsi vículo* mortuum sit. Ammianus lib. XXI. *Petiit per vias difficiles Mopsucrenas, Ciliciae ultimam huc pergentibus stationem, sub Tauri montis radicibus sitam.* Ubi ultimam stationem vocat, quam Auctor Chronici *primam.* Unam porro eandemque cum Mopsuestia hoc loco usurpari observat Scali-

Digitized by Google

ger. Vide praeterea Libanium in Orat. Funebri in Julianum, Philostorgium lib. VI. cap. V. Socratem lib. II. cap. ult. Sozomen. lib. I. cap. V. Theodorit. lib. II. cap. ult. Idat. in Fast. Theophan. an. XXIV. etc.

Pag. 545. 12. *Μηνὶ Δίῳ*] Ita Socrates, Idatius, Theophanes, Cedrenus, etc. Ammianus vero III. Octobr.

Pag. 545. 13. *Εἰρήνης τῶν Ἐκκλησιῶν*] De qua Lactantius in lib. de Mortib. Persecutor. n. I. *Restituta per orbem tranquillitate, profligata nuper Ecclesia resurgit, et majore gloria templum Dei, quod ab impiis fuerat eversum, misericordia Domini fabricatur.* Infra: *Jam quasi discusso transacti temporis nubilo, PAX jucunda et serena laetificat.* Cum igitur quinquagesimum Pacis Ecclesiarum hunc annum fuisse ait Auctor Chronici, qui est Antiochenorum CDX. Christi vulgaris CCCLXI. satis innuit ab Indictione Constantinianea, anno Antiocheno CCCLXI. Christi CCCXIII. tum primum pacem Christianorum Ecclesiis datam, quomodo ad id temporis finem Persecutionis statuit Sulpitius Severus, qui scribebat anno CCCC. Iccirco, inquit Scaliger lib. III. Canonum Isagogic. veteres Codd. Canonis Eusebiani ad illum annum Constantini qui fuit primus Indictionis Constantinianeae, haec apponunt: PAX NOSTRIS A CONSTANTINO REDDITA. Quae quidem Prosper in Chronico pariter adscripsit. Paulus Orosius lib. VII. cap. XXVIII. *Constantinus pacem*
V 492 *Ecclesiae post decem annos, quam a persecutoribus vexabatur, indulsit.* Vide Gregor. Turon. lib. I. Hist. cap. XXXIV.

Pag. 545. 18. *Μαμερτίνου*] Istius Consulatus meminit Ammianus lib. XXI.

Pag. 545. 19. *Εἰρήνη τῶν Ἐκκλησιῶν.*] De qua superius egimus: tum enim, ut est apud Hieronymum et Prosperum in Chron. *Juliano ad Idolorum cultum converso, blanda persecutio fuit, illiciens magis quam impellens ad sacrificandum, in qua multi ex nostris voluntate propria corruerant.* Eutropius: *Religionis Christianae insectator, perinde tamen ut a cruore abstineret.* Quae sic expressit Joannes Antiochenus: *Ἐβέβλαπτο δὲ μόνον περὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ δόξαν ἐναντίως ἔχων, καὶ ἐνιστάμενος τοῖς τὰ Χριστιανῶν μετιοῦσι δόγματα, οὐ μὴν ὥστε ὠμὰν ἢ φονικόν τι ἐργάσασθαι πώποτε.*

Pag. 546. 2. *Διατάγματα.*] Philostorg. lib. VII. cap. I. *Τοῖς Ἕλλησι διὰ προγραμμάτων πᾶσαν ἄδειαν εἰσενεγκών*, etc.

Pag. 546. 6. *Γεώργιον Ἐπίσκοπον*] Qui expulso S. Athanasio, ac deinde Gregorio in Episcopatum Alexandriae successerat, ut est apud Socratem lib. II. cap. XIV. XXVIII. XXIX. et alios: de cujus caede agit idem Scriptor lib. III. cap. II. ut et Sozomenus lib. V. cap. VII. Philostorg. lib. VII. cap. II. Hieronym. in Chron. Theophanes anno I. etc. Vide praeterea Epiphan. Haer. LXXVI. n. I.

Digitized by Google

Pag. 546. 12. *Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου*] Philostorg. eod. lib. cap. IV. ubi Gotthofred.

Pag. 548. 14. *Πατροφίλου*] Ariani, ut est apud Nicephor. P. 564 *lib.* X. cap. XIII. Illius semel ac iterum meminit Philostorgius, Theodorit. lib. I. cap. VII. Epiphanius Haer. XXX. et Nicetas in Thesauro Orth. Fid. lib. V. cap. VII.

Pag. 546. 18. *Ἐν δὲ Γάζῃ*] Ex Theodorito lib. III. cap. VII.

Pag. 546. 21. *Κύριλλον*] Idem Theodorit. Nicephor. lib. X. cap. IX. Theophan. an. I.

Pag. 547. 6. *Ἐν δὲ Ἐμέσῃ*] Idem Theodorit. et Nicephor.

Ibid. *Τοῦ Διονύσου*] Cogn. *γύννιδος*, ut est apud Theodorit. seu *ἀνδρογύνου* apud Nicephor. lib. X. cap. IX. Vide Henr. Valesium ad Theodorit.

Pag. 547. 10. *Εὐστάθιος*] Meminit Nicephorus lib. XIV. cap. LVII. alterius Eustathii Epiphaniensis Syri, qui Chronicon ab Aenea usque ad Anastasium Imp. conscripsit.

Pag. 547. 16. *Ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπιβὰς*] Constantinopolim tum primum introivit Julianus III. Id. Decemb. an. CCCLXI. ut est apud Idatium. Vide Panegyr. Mamertini sect. VI. VII. VIII. IX. Ammianum lib. XXI. Zosimum lib. III. etc.

Pag. 547. 17. *Πολυτρόπως*] Paulus Orosius lib. VII. cap. XXX. *Christianam Religionem arte potius quam potestate insectatus, ut negaretur fides Christi, et idolorum cultus susciperetur, honoribus magis provocare, quam tormentis cogere studuit.* Vide quae mox in eam sententiam notavimus.

Pag. 547. 18. *Εἰς σύγχυσιν*] Theodorit. lib. III. cap. V. Theophan. an. I.

Pag. 547. 23. *Μελέτιος*] Hunc locum laudat Henr. Valesius ad lib. III. Theodoriti cap. IV. ubi observat haec esse optimae notae, ut ex veteri quodam Scriptore descripta, qui Meletio haud quaquam favebat, eoque, ut conjicit, Ariano: ut ea quae de Leontio supra narravit. Caeterum de Meletio consulendi in primis idem Theodoritus lib. II. cap. XXXI. lib. III. cap. IV. Hieronymus in Chronico, et Epiphanius in Haer. LXXIII. n. XXIX. et Haer. LXVIII. Theophanes an. I. VI. Theodosii, etc. ubi de ejusdem Meletii Schismate.

Pag. 548. 1. *Παλαιὰν ἥρπασαν Ἐκκλησίαν*] Quam *τὴν Ἀποστολικὴν* vocat Theodoritus lib. II. cap. XXXI. sitam, ut ille subdit, *ἐν τῇ παλαιᾷ*, id est *πόλει*, cum Antiochia ex multis, non urbibus, sed regionibus constaret, illaque esset antiqua, in qua sita erat Episcopalis Ecclesia a S. Petro fundata, seu in qua is tum primum sederat, unde Apostolica dicebatur, ut in Gloss. med. Graecit. docemus in voce *Θρόνος*. Certe Athanasius in Synodica ad Antiochenos hanc Ecclesiam *παλαιὰν* pariter vocat. Vide Valesium ad Theodoritum.

Digitized by Google

Pag. 548. 5. *Βιτάλιος*] Sozomen. lib. VI. cap. XXV. Epiphan. et alii.

Pag. 548. 10. *Προσέφυ*] Sic locum istum emendavimus, V 493 cum editio Raderi ita praeferret: *Ταύτῃ τῇ αἱρέσει καὶ Ἀπολινάριος, ὡς Ἀνδολαϊκεὺς τῆς Συρίας Γραμματικοῦ υἱὸς γεγονὼς προέφη.* Quae ita is vertit: *Hac haeresi infectus fuit et Apollinaris, quemadmodum Andolaicensis Syrus Grammatici filius memoravit.* Sic infra pag. 335. A. *Πέρσαι ἐπολέμησαν Τζαθίῳ τῷ Λαζῶν Βασιλεῖ, ὡς προσφυέντι Ρωμαίοις.* Porro nota sunt quae de hoc Apollinare, seu Apollinario, et ejus patre Grammatico narrant Scriptores.

Pag. 548. 11. *Καὶ Σαλουστίου*] De hoc Consulatu ita Ammianus lib. XXIII. *Julianus vero jam ter Cos. ascito in Collegio Trabeae Sallustio, Praefecto per Gallias, quater ipse amplissimum inierat magistratum: et videbatur novum adjunctum esse Augusto privatum Sallustium, quod post Diocletianum et Aristobulum nullus meminerat gestum.*

Pag. 548. 12. *Ἐν στρατείαις ἐξεταζομένους*] Sozomen. lib. V. cap. XVII.

Pag. 548. 15. *Θεότεκνος*] Vide Philostorgium lib. VII. cap. XIII.

Pag. 548. 20. *Ἰρων*] Qui *Ἡρωὼν* dicitur eidem Philostorgio loco laudato, Nicephoro lib. X. cap. XXIX. et Theophani anno III.

Ibid. *Θηβαῖος*] Philostorg. *Ἡρωνά τινα ἐκ Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων ὁρμώμενον, καὶ εἰς Ἐπισκόπους τελέσαντα*, etc. Ita Iron non fuit Thebarum Episcopus.

Pag. 549. 6. *Τριβοῦνος*] Ex Philostorgio lib. VII. cap. VI. Socrate lib. IV. cap. I, Sozomeno lib. VI. cap. VI. Eutropius: *qui tunc Domesticus militabat.*

Pag. 549. 7. *Κορνούτων*] Perperam *Κωφωνάτων* cohortem habet Theophanes. Inter numeros militares non semel occurrunt in utraque Notitia Imperii *Cornuti Juniores*, et *Cornuti Seniores.*

Pag. 549. 12. *Ἀρτέμιος*] Cujus meminit Julianus in Epist. X. Ejus vero Martyrium narrant Theodoritus lib. III. cap. XVII, Theophanes anno III. Cedrenus, et Auctor Martyrii ejusdem Artemii, qui latine editus a Surio, graece habetur in Bibliotheca Regia et Colbertea, ex quo excerpsimus quae ad illius reliquiarum translationem spectant in Notis ad Zonarae Annales pag. 37.

Pag. 549. 18. *Ἀλμιλιανὸς*] Theodorit. lib. III. cap. VII. Hieron. in Chron. Theophan. an. III. Nicephor. lib. X. cap. IX.

Pag. 549. 19. *Οὐικαρίου*] Theodorit. *τοῦ τῆς Θράκης ἅπάσης Ἄρχοντος.*

Pag. 550. 1. *Θαλάσσιος*] Theophan. an. III.

Digitized by Google

Pag. 550. 6. *Δομέτιος*] Nicephor. lib. x. cap. IX.

Pag. 550. 8. *Κυρεστικῶν*] *Κυρεστῶν χώρας*, quae non alia est, meminit Theodorit. lib. IV. cap. XXVIII. ubi de S. Acepsena.

Pag. 550. 20. *Τούτῳ τῷ ἔτει*] Quae deinceps hic narrantur de Juliani caede excerpta sunt ex Joannis Malalae Antiocheni Chronico, ex quo hocce fragmentum publicavit Eduardus Bysseus Anglus: cujus quidem Chronici editionis spem nobis fecerat in Notis ad Nicol. Uptonum pag. 75. Quod vero Malala narrat, id se hausisse profitetur ex Chronico Eutychiani Cappadocis, qui tum miles et Vicarius Numeri militaris Primorum merebat in castris Juliani: ex quo fragmento variantes Lectiones hic subinde adscripsimus. P 565

Pag. 551. 1. *Τπάτου σχῆμα*] Malala, *ἐνδεδυμένον ζάβαν.*

Pag. 551. 3. *Ραδίᾳ*] Ita hoc loco praefert Cod. Vatican. Infra vero *Ρασσίᾳ*, ubi utrobique Scaliger et Raderus *Ραδίᾳ* ediderunt. Sed ad Lectionem Codicis Vaticani propius accedit Malala: *Ἐν πόλει λεγομένῃ Ἀσίᾳ, καὶ προύσαντα αὐτὸν λόγχῃ· καὶ πτοηθεὶς ἐξυπνίσθη, πράξας*, etc. Zonaras habet *Φρυγίᾳ.*

Pag. 551. 5. *Καὶ εἰσῆλθον*] Mal. *εἰσελθόντος.*

Pag. 551. 6. *Μετὰ λαμπάδων Βασιλικῶν*] Vide notata ad pag. 827. B.

Pag. 551. 7. *Σφαγὴν*] Malala, *σφαγέντα κατὰ τῆς μασχάλης. Per ilia ictus sanguine tenus*, apud Festum Rufum. Vide Socrat. lib. III. cap. XXI.

Pag. 551. 9. *Καὶ εἶπεν*] Malala: *καὶ εἶπον αὐτῷ ὅτι Ἀσία λέγεται.*

Pag. 551. 10. *ὦ ἥλιε.*] Ita etiam Zonaras. Vide Gothofredum ad Philostorg. lib. VII. cap. XV.

Pag. 551. 11. *Ὥρα*] Malala: *ὥραν νυκτερινὴν πέμπτην, ἔτους κατὰ Ἀντιόχειαν χρηματίζοντος υἱά.*

Pag. 551. 14. *Ἄξιαν*] Addit Malala, *ἔχοντες, καὶ ἀγνοοῦντα ἤγαγον αὐτόν.* V 494

Pag. 551. 17. *Συνέχοντες*] Malala, *συσχόντες.*

Pag. 551. 18. *Πρὸ ς'. Καλανδῶν Ἰουλίων*] Ita Ammianus lib. XV. Socrates lib. III. cap. XVIII. Eutropius lib. X. Idatius, et alii: perperam vero VI. Kal. Maias Farrago Alexandrina.

Pag. 551. 19. *Διαφαῦσαι*] Editum erat *διασαφῆσαι.* Sed cum Interpres vertisset, *priusquam dilucularet*, ita ex Cod. Vaticano emendavimus: cum praeterea haec vox nihil sonet, et Malala scripserit, pro τοῦ διαφαύσαι, seu potius διαφαῦσαι, vel certe *διαφοσκούσαι*, de qua postrema voce agit Casaubonus in Exercit. Baron. pag. 675.

Ibid. Ὃν εἷς] Malala: *ἐπί.*

Pag. 551. 21. *Ἐνῶν λς'.*] Malala: *ὧν ἐνιαυτῶν λγ'.* Natus porro legitur Julianus VI. Novembr. an. Chr. CCCXXXII. ut est in

Digitized by Google

Sylvii Polemei Laterculo: mortuus vero XXVI. Junii anno CCCLXIII. Proinde vixit annos XXX. menses VII. dies XX. Vide Scaligerum ad Euseb. et Familias Byzant..

Pag. 552. 1. *Εν τῇ αὐτῇ νυκτὶ*] Eadem paullo aliter ac fusius habentur in vita S. Basilii, Amphilochio falso adscripta pag. 181. edit. Combefisii.

Pag. 552. 5. *Αγιος Μερκούριος*] Vide Familias Byzant. in Juliano.

Pag. 552. 6. *Σιδηροῦν*] Malala addit, *ἀποστίλβοντα καὶ*, etc.

Pag. 552. 13. *Τὸν κλῆρον*] Malala addit, *αὐτοῦ*.

Pag. 552. 16. *Σιωπᾶν*] Malala, *σιγᾶν αὐτόν*.

Ibid. *Τοιοῦτον*] Subdit Malala, *ὁ δὲ σοφώτατος Εὐτρόπιος ὁ Χρονογράφος ἔν τισι, τοῦτον ὡμοφώνησεν ἐν τῇ συγγραφῇ*. Hactenus Joannis Malalae Fragmentum.

Pag. 552. 21. *Εἰ θέλεται*] Haec Joviani allocutio varie a Socrate et Sozomeno refertur, tametsi eadem apud utrumque sonet. Addit Albupharaijus: *Indicarunt igitur illi se jam Christianos esse, licet metu Apostatae Religionem suam dissimulassent. Prolata ergo e gasophylacio Cruce, eam ipsis vexillum statuit.*

Pag. 553. 4. *Λαβουαρσάκιος*] Sic Saporem vocat, cognomento Arsacem. Saporem etiam hoc loco vocat Chronicon Hebraeorum editum a Genebrardo.

Pag. 553. 6. *Πρεσβεύων*] Festus Rufus: *Tanta reverentia Romani nominis fuit, ut a Persis primus sermo de pace haberetur.*

Pag. 553. 7. *Σουρήναν*] *Post Regem apud Persas promeritae dignitatis*, inquit Ammianus libro XXIV.

Pag. 553. 15. *Αρινθαῖον*] Cui adjunctus fuit Sallustius Praefectus Praetorio Galliarum. Ita Ammianus lib. XXV. qui Arinthaei praeterea meminit lib. XXVI. et XXVII. Is postmodum Consul fuit an. Chr. CCCLXXII.

Pag. 554. 6. *Οὐκ εἰσῆλθεν*] Ammianus: *Nisibi cupide visa, extra urbem statim castra posuit Princeps.* Ita etiam Zosimus: at Joannes Antiochenus biduo Nisibi commoratum scribit.

Pag. 554. 7. *Ο δὲ Ιούνιος*] Binesem vocat Ammianus.

Pag. 554. 8. *Εἷς ἕνα τῶν πύργων*] Ammianus: *Postridie Bineses unus ex Persis, quem inter alios excellere diximus, mandata Regis complere festinans, promissa flagitabat instanter: et Principe permittente Romano, civitatem ingressus, gentis suae signum ab arce extulit, submigrationem e patria civibus nuntians luctuosam.* Istius porro in adeunda civitatum ac oppidorum possessione in turribus vexilla erigendi, in adepti dominii argumentum, moris, exemplum prostat apud Constantinum de Administ. Imp. cap. XLVI. ubi de Adranutzio Imperatori Constantinopolitano, ac Iberorum Principe tradito. Alia paullo sequioris aetatis suggerimus in Dissert. XXX. ad Joinvillam p. 355. 356.

Digitized by Google

Pag. 554. 11. *Σιλβανὸς Κόμης*] Is *causarum defensor* dici- P 566
tur Ammiano, quo loco miserabilem ac luctuosam Nisibiensium ex urbe excessum describit.

Pag. 554. 13. *Ομωμοκέναι*] Idem Scriptor: *Cumque nihil promoveretur, jurisjurandi religionem Principe destinatim praetendente*, etc. Infra: *Indignum Imperio facinus amictu perjurii fugiendi commisit.* Sed revera, ut ait Festus Rufus, *cupidior regni quam gloriae* iis conditionibus acquievit, licet Romanae potentiae minus consentaneis. Excusatur tamen utcumque ab Orosio lib. VII. cap. XXXI. Vide Procopium lib. I. Persic. cap. XVII. et Scaligerum ad Chron. Eusebii.

Pag. 554. 14. *Δόξαν*] Quid si legatur *νόξαν*· voce enim V 495
latina id expressit Jovianus. Vide Glossas Basilic. in hac voce.

Pag. 555. 2. *Σπουδαίου*] Malim, *σπουδαίως*.

Pag. 555. 5. *Μῆνάς ϛ'.*] Leg. *η'*.

Pag. 555. 7. *Ιοβιανοῦ Αὐγούστου*] Jovianus cum Varroniano filio Ancyrae Consul processerat, uti narrant Theophanes et Georgius Hamartolus in Chron. MS. *Καὶ ἐλθὼν ἐν Αγκύρᾳ τῆς Γαλατίας, Υπατος προῆλθεν σὺν τῷ ἑαυτοῦ υἱῷ Ουἀριωνιανῷ Επιφανέντα τοῦτον ἀναγορεύσας*, id est *Nobilissimum*, seu Caesarem. Post excessum vero Joviani hi Coss. nominati: *Divo Juliano et Varroniano Coss.* in Leg. IV. Cod. Theod. de Jurisdict.

Pag. 555. 8. *Δάστανα*] Leg. *Δαδάστανα*, quomodo edidimus, tum ex Cod. Vatic. tum ex Ammiano, Joanne Antiocheno, Idatio, et aliis. *Τὰ Δαδάστανα* habet Philostorgius lib. VIII. cap. VIII.

Pag. 555. 9. *Πρὸ ιβ'. Καλ. Μαρτ.*] Idatius, XI. Socrates, XIII. Eutropius, XIV. Kal. Mart. scribunt.

Pag. 555. 10. *Ρωμαίων*] Addit Holstenius *λη'*.

Ibid. Σαλουστίου] Is et *Secundus* dictus, Consul cum Juliano IV. erat, cum ille interiit, et Praefectus Praetorio Galliarum, de quo copiose egit Gotthofredus in Prosopographia Cod. Theod. ut et Lacarrius de Praefectis Praetorio Galliarum.

Pag. 555. 11. *Καὶ παλαιοῦ Πατρικίου*] An *Expatricio* ita expressit Scriptor, an vero *παλαιὸν* adjecit, ut a Sallustio filio, qui perinde Praefectus Praetorio fuit, et de quo multa congerit idem Gotthofredus, distingueret? Certe Patricius rursum infra anno CCCI.XIX. indigitatur.

Pag. 555. 13. *Σηλυμβρίαν*] Ita emendavimus, cum perperam *Ολυμβρίαν* editio praeferret. Urbs caeterum nota, quae *Σηλυμβρία* et *Σηλυβρία* Scriptoribus promiscue dicitur: de cujus Conditore ita Symeon Logotheta in Chron. MS. *Σηλυβρία τοῦ τῶν Θρακῶν Βασιλέως, ἥτις αὐτὴν ᾠκισεν.* Holstenius: *Σολυβρίαν* hic, et *ἀπὸ Σολυβρίας* infra legit, sed male. Describit Sponius in Miscell. Eruditae Antiquit. Inscriptionem in ejusdem urbis muris repertam, quae docet urbem instauratam, Michaële,

Digitized by Google

Theodora, et Thecla Theophili Imp. liberis imperantibus: *ΑΝΑΝΕΩΘΗ ΟΥΤΩC ΠΟΛΙC ΤΑΥΤΗ ΕΠΙ ΜΙΧΑΗΛ ΘΕΟΔΩΡΑC ΚΑΙ ΘΕΚΛΗC ΟΥC ΕΔΙΚΑΙΩCΕΝ ΚC ΒΑCΙΛΕΥΕΙΝ ΕΠΙ ΤΗC ΓΗC.*

Pag. 555. 14. *Τριβοῦνον*] *Scutariorum*, ut est apud Orosium. Sed de hac Tribuni dignitate, qua prae caeteris donati dicuntur Constantius Chlorus, Constantinus M. et Valentinianus, pluribus egerunt Gothofredus ad Philostorg. lib. VII. cap. VII. Henricus Valesius ad Ammian. et alii.

Pag. 555. 19. *Ἐν Νικαίᾳ*] Ammian. lib. XXVI. Eunapius in Excerpt. de Legat. Philostorg. lib. VIII. cap. VIII. Zosimus lib. III. Extr. etc.

Ibid. *Πρὸ ε'.*] VI. *Kal.* Socrat.

Pag. 555. 20. *Οὐαλεντινιανὸς*] De initio Imperii Valentiniani consulendi Scaliger lib. V. et Patavius lib. XI. cap. XLIV.

Pag. 555. 21. *Ετη ιδ'.*] Leg. *ια'.*

Pag. 556. 8. *Πρὸ δ' Καλ.*] Ita Idatius: at Ammianus lib. XXVI. V. Kal. April. diebus V. post inaugurationem Valentiniani. Socrates lib. IV. cap. I.

Pag. 556. 9. *Ην Αρειανὸς*] De Arianismo Valentis egit prae caeteris Epiphanius Haer. LXIX. II. XIII.

Pag. 556. 14. *Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος*] Nescio cur Theophanes et Georgius Monachus dicant, Valentinianum statim atque Imperium adeptus est, Gratianum filium *κοινωνὸν τῆς Βασιλείας καὶ Τπατον* fecisse, cum utrumque falsum sit.

Pag. 556. 20. *Αντάρτης*] Ita Scaliger. *Ανταρθεὶς*, Raderus.

Pag. 557. 1. *Ναπολίας*] Sic pariter Scaliger, cum in editione Raderiana prave editum esset *Σπολίας*. *Νακόλειαν* scribit Theophanes, et Notitia Leonis Imp. Ad Nacoliam porro Phrygiae Salutaris oppidum, captum Procopium narrant Ammianus lib. XXIII. Socrates lib. IV. cap. V. Sozomenus lib. VI. cap. VIII. Zosimus lib. IV. pag. 739. et alii.

Pag. 557. 2. *Πρὸ ιβ' Καλ.*] Idatius in Fastis caesum Procopium ait VI. Kal. Jul. iisdem Coss. Vide Gotthofred. ad Philostorg. lib. IX. cap. V.

V 496 *Pag.* 557. 3. *Ιοβιανοῦ*] Ita Lex III. Cod. Theod. de Indulg. Crim. Fasti et Lex XI. eod. Cod. de Jure Fisci, *Jovina*. In Lege vero III. de Ponderat. hic Consulatus sic consignatur, *P. C. Gratiani et Dagalaifi.*

Pag. 557. 4. *Χάλαζαν*] Saxeae istius grandinis praeter Idat. et alios meminit Albupharajius in Dynast.

P 567 *Pag.* 557. 7. *Ἐν Γαλλίαις*] Ambiani, ut scribunt Hieronymus, Idatius, Senator et Jornandes: *urbe Galliarum inter alias eminenti*, uti ab Ammiano indigitatur.

Pag. 557. 9. *Πρὸ θ' Καλ.*] Ita etiam Socrates et Idatius.

Digitized by Google

Pag. 567. 11. *Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγ.*] Fasti Idatii, Laterculus Paschalis Bucherii, et Cod. Theod. *Valentiniano Nob.* qui anno CCCLXVI. *Augustus* pariter inscribitur: qui non alius est a Valentiniano Valentis Imp. filio, uti exerte appellatur in Fastis MSS. Idatii eodem anno: ex quo Sirmondus *Valentiniani filium* prave ediderat, ut ab aliis observatum. Proinde is est Valentinianus Nob. P. in cujus Consulatum orationem XI. recitavit Themistius, quod multis probavit vir eruditissimus Joan. Harduinus. Istius Valentis filii, quem Galatem dictum alii scripsere, meminit Ephraemius in Encomio S. Basilii nuper edito a Joanne Bapt. Cotelerio to. III. Monument. Eccl. Gr. Meminit etiam Theodosius Jun. Indictionis hujc Consulatui respondentis, quam et *undecimam Valentiacam* vocat, in Leg. IX. et X. Cod. Theod. de Indulg. debit. quae in annum V. Valentis inciderat, cum ab Imperatorum nominibus designarentur, licet non inchoatae eorum temporibus.

Pag. 567. 13. *Νικαίας*] Chron. Hieronymi hoc anno: *Nicaea quae saepe corruerat, terrae motu eversa.* Ita etiam Albupharajius. Instaurata postmodum a Valente: siquidem huc spectent quae habet Themistius in Orat. XI. *πόλεων δὲ ἑκάστη, ἢ ἐκ καινῆς τι προεισιν, ἢ ἐπάνεισιν, ἢ συναυξάνεται· διάκειται δὲ καὶ τὰ τῆς φύσεως πάθη, καὶ τὰς κατασεισθείσας ἤδη ὄψει ἐγηγερμένας.* Vide Socrat. lib. IV. cap. XI. et Sozomen. lib. V. cap. X. Atqui terrae motum hunc ad Indictionem X. referunt Theophanes et Georgius Hamartolus.

Pag. 568. 2. *Βοδαγὸν*] Vide Cedren. p. 310. et Symeon Logoth. in Chron. MS.

Pag. 568. 7. *Βερενίκης*] Infra, et Cedren. *Βερνίκης*, ut et Codd. MSS. Zonarae, uti monuimus in Notis p. 40.

Pag. 568. 10. *Σαλούστιον*] Illum, opinor, Sallustium, qui Praefectus Praetorio Galliarum fuit an. CCCLX. quod vox *Πατρίκιον* videtur indicare, uti mox observavimus. Sed an alius a Sallustio, qui eadem ipsa tempestate Praefectus Praetorio fuit, vel idem fuerit, non omnino exploratum. Vide Gothofred. ad Cod. Theod.

Pag. 568. 18. *Πρώτῳ*] Sic reposuimus, cum *πρωΐ* esset editum. Vide Gloss. med. Graecit. in *Βαΐον*, et in Addit.

Pag. 568. 20. *Σφενδόνα*] Constantinopol. Christ. lib. II. sect. I. n. IX.

Pag. 569. 1. *Απότομος*] Valentiniani severitatem nimiam et parcitatem, quidam crudelitatem et avaritiam interpretabantur, ait Hieronymus, et ex eo Jornandes, cum, ut ait Sidonius lib. IV. Epist. IX. *correptio non cruentans, et severitas quae non sit tetra, sed tetrica* esse debeat.

Pag. 569. 4. *Μαρίναν*] Vide Familias Byzant.

Pag. 569. 11. *Τὸ τέταρτον*] Scribendum *τὸ τρίτον*, ut in

Digitized by Google

Fastis omnibus: qui error inde forte ortus, quod anno superiori Valentinianum N. P. cum patruo confuderit Auctor Chronici. Atque ita emendandus pariter Consulatus Valentiniani IV. qui postremus illius fuit. Nam quod nummus ille aureus Valentiniani, quem ex Archeio Regio inter Valentiniani Senioris Nomismata in Familiis Byzantinis dedimus, cujus aversa pars Cos. XVII. praefert, non Senioris, sed est Valentiniani III. qui cum Theodosio Jun. imperavit: cujus pars aversa ex Theodosii typario excepta est; quod non semel accidisse in Imperatorum monetis norunt qui huicce disciplinae sua studia addixere.

Pag. 559. 19. *Τὸ ε'.*] Leg. *τὸ δ'.* ut in Fastis omnibus.

Pag. 560. 1. *Αἰχυτίου*] Qui *Ἐχυΐτιος* Socrati et Zosimo: *Equitius*, Hieronymo, Idatio ex Cod. MS. Victorio, et in Cod. Theod. nuncupatur.

Pag. 560. 2. *Γρατιανοῦ τὸ δ'.*] Ita hic annus consignatur
V 497 apud Prosperum: at aliter in vet. Inscript. MXVIII. 8. in Cod. Theod. In Paschali centum annorum Bucherii, et in Fastis Idatii, *Post Conss. Gratiani A.* III. *et Equitii.*

Pag. 560. 5. *Οὐϊνδαυλίου*] *Vindalonium Magnum* vocat hoc loco Idatius. Vide nostram Constantinopol. Christ. lib. I. sect. XXVII. n. VIII.

Pag. 560. 7. *Πρὸ ε' Καλ.*] Idatius, X. *Kal. Decembr. Et levatus est Valentinianus Junior Aug. filius Aug. Valentiniani ab exercitu in Tribunali die* X. *Kal. Decembr. in civitate Arinco.* Leg. *Acinco*, seu potius *Acuminco*, vel Aciminco, urbe Pannoniae primae, ut est in Notitia Imperii. Vide Sirmondum ad Sidon. in Panegyrico Majoriani v. 107.

Pag. 560. 9. *Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ Καίσαρος*] Idatius, *Valentiniano Juniore Augusto.* Laterculus Paschalis centum annor. *Valentiniano Caesare Jun.* Cod. Theod. *Valente* V. *et Valentiniano AA.*

Pag. 560. 11. *Τὸ ε'.*] IV. Idatius, Victorius, et Cod. Theodos.

Pag. 560. 12. *Τὸ ζ'.*] VI. iidem Idat. Victorius et Cod. Theod. Ita etiam Hieronymus in Epist. praefixa translationi Chronici Eusebiani, hac formula, *Valente sexies, et Valentiniano iterum.* At in Laterculo Paschali hic Consulatus sic describitur, ut est apud Senatorem: *Post Consulatum Gratiani* III. *et Merobaudis.* Quippe, ut est apud Hieronymum in Chronico, *quia superiore anno Sarmatae Pannonias vastaverant, iidem Consules*
P 568 *permansere.* De Sarmatico autem bello consulendi Socrates lib. IV. cap. XXXI. Sozomenus lib. VI. cap. XXXVI. Theophanes, etc.

Pag. 560. 15. *Νόσῳ*] *Subita sanguinis eruptione, quod Apoplexia vocatur*, inquit Hieron. Vide Ammian. et alios.

Pag. 560. 16. *Βεργιτινῶν*] Rectius editio Scaligeri *Βεργιτιῶνι*· nam *Virgitio* castellum istud dicitur Idatio: *Bregetio*,

Digitized by Google

Ammiano lib. XVII. et XXX. et Socrati lib. IV. cap. XXXI. Hieronymo vero et Senatori, *Brigitio:* Jornandi denique *Brigio.*

Pag. 560. 17. *Ανεκαλέσατο*] Quam ab urbe proscripserat conjux anno CCCLXIX.

Pag. 561. 1. *Εν Σιρμίῳ*] Ita Socrates lib. V. cap. II. Sozomen. lib. VII. cap. II. Idatius, Sidonius, et alii: anno demum CCCLXXIX. ut est apud Idatium.

Pag. 561. 2. *Γυναικαδέλφου*] Necdum tamen Gratiani sororem Gallam Placidiam duxerat Theodosius, cum Imperator ab eo dictus est. Vide Famil. Byzant.

Pag. 561. 3. *Εν Κωνσταντινουπόλει*] Atqui Theodosium Constantinopolim tum primum ingressum anno CCCLXXX. XVIII. Kal. Decembr. tradit Socrates lib. V. cap. VI. et Idatius tum in Fastis, tum in Chronico, ubi ista scribit: *Theodosius Constantinopolim ingreditur in primo Consulatu suo, quem cum Gratiano agebat Augusto.* Paulus Orosius lib. VII. cap. XXXIV. de Theodosio: *Urbem Constantinopolitanam victor intravit*, post deletas scilicet gentes Scythicas.

Pag. 561. 4. *Προ ιδ' Καλ.*] Socrat. *τῇ ἐξκαιδεκάτῃ Ιανουαρίου.*

Pag. 561. 8. *Αρειανούς*] Sic reposuimus pro *ἀριθμούς*, uti praeferebat editio. Cur vero istius aevi Ariani *ἐξοκιονῖται* appellati fuerint, docemus in nostra Constantinopoli Christ. lib. II. sect. XVI. n. XXXVIII. et in Gloss. med. Graecit. ubi hic locus ex miraculis SS. Anargyrorum n. 17. addendus: *ἀνήρ τις τῆς τῶν Εξωκιονιτῶν κακομάχου αἱρέσεως*, etc.

Pag. 561. 10. *Τὰ ἱερὰ μόνον ἔκλεισεν*] Paulus Orosius lib. VII. cap. XXVIII. *Tum deinde primus Constantinus justo ordine et pio vicem vertit edicto: siquidem statuit citra ullam hominum caedem Paganorum templa claudi.* Extat Constitutio Constantii Imp. qua idipsum sanxit, in Leg. III. Cod. Theod. de Paganis.

Pag. 561. 11. *Κατέλυσεν*] Iisdem verbis haec habet Prosper Pithoeanus anno VIII. ejusdem Theodosii: *Apud Alexandriam templa destructa, in quibus Serapis antiquissimum et notissimum templum, quod quasi quaedam columna quasi ruentem sustinebat idololatriam.* Vide Socrat. lib. V. cap. XVI. XVII. Sozomen. lib. VII. cap. XV. XXII. XXIX. Theophan. an. XIII. etc. Theodosii exemplum exinde secutus est Honorius filius. Sanctus Augustinus lib. XVIII. de Civitate Dei cap. ult. *In civitate notissima et eminentissima Carthagine Africa Gaudentius et Jovius Comites Imperatoris Honorii* XIV. *Kal. April. anno* CCCXCIX. *falsorum Deorum templa everterunt, et simulacra fregerunt.* Idatius eod. anno: *His Coss.* Manlio et Theodoro, *templa gentilium demolita sunt, Joviano et Gaudentio Comitibus.* Et idem Prosper anno IV. Arcadii et Honorii: *Toto orbe Romano antiquae superstitionis fana, templa, delubra, si quae tum restabant integra, praecepto Magistratuum de-* V 498

Digitized by Google

struxit. Denique Mellitus in brevi Temporum Expositione MS. *Gentium quoque templa per totum orbem, jubente Theodosio, eadem tempore subvertuntur: nam adhuc intemerata manebant.* Edicto siquidem statuerat Constantinus citra ullam caedem hominum Paganorum templa claudi, ut ait Anonymus Valesianus.

Pag. 561. 12. *Βαλανίου*] Thomas Reinesius lib. I. Var. Lect. cap. xxv. hunc locum expendens, pro *Βαλανίου*, legendum *Ῥωίου* existimat. Holstenius vero in Notis ad Stephanum, id vocabuli pro Numine aliquo accipi subodoratur, et in eo latere nomen *Beli*, vel *Baal*, seu Solis putat: *Belen* forte *Apollinis*, cujus mentio occurrit in veteribus Inscript. pag. xxvi. et xxvii. ita ut legendum sit *Βελινίου*. Nam urbem Heliopolitanam Soli sacram fuisse ipsa prodit nomenclatura. Sed et *El*, et *Bel*, et *Belathen*, Chaldaeos et Babylonios, quem *Baal* Phoenices et adjacentes populi vocarunt, dixisse, pluribus observat Seldenus in Syntagm. II. de Dîs Syris cap. I. Certe apud Hesychium, *Βέλα*, *ἥλιος* et *αὐγή* exponitur. Damascius in vita Isidori pag. 1049. apud Photium, Phoenices et Syros Saturnum *El*, *Bel*, et *Bolathen*, seu forte *Belathen* appellasse scribit. Tradit praeterea Heliopolitas coluisse *Γενναῖον*, erecta quadam Leonis forma in templo Jovis: sub cujus nomine Solem coluisse Assyrios docet Macrobius lib. I. Saturnal. cap. xxiii. *Quem*, inquit, *Dia Heliopoliten cognominant, et maximis ceremoniis celebrant in civitate quae Heliopolis nuncupatur.* Templi Apollinis, *qui idem atque Sol est*, inquit Macrobius, in eadem civitate meminit rursum Damascius p. 1054. Sententiam denique Holstenii fulcit Herodianus lib. VIII. quo loco ait Crispinum virum Consularem Oraculum *Ἐπιχωρίου Θεοῦ* consuluisse, ubi addit, *Βέλιν δὲ καλοῦσι τοῦτον, σέβουσί τε ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες.* Quinetiam omnes Deos *Baal* appellatos a Tyriis, Sidoniis et Ammonitis, sed cum attributo, observat Scaliger in Notis ad Fragmenta Graecor. Scriptor.

Pag. 561. 13. *Τελιθον*] De hac voce multis agimus in Glossar. mediae Graecitatis. [*Ducangii ad hunc locum annotationi addere placuit disputationem II. MM. (Ieremiae Marklandi, ut putatur) in Observat. Miscell. Amstelod. vol. II. t. 1. p. 178—182.*

OBSERVATIONES IN QUOSDAM GRAECOS AUCTORES, DE TEMPLO *HELIOPOLITANO* IN SYRIA.

I. Anonymum Graecum *Chronicon*, quod variis sub titulis [1]) inter eruditos notum est, loquens de templis Ethnicis,

---

1) Vocatur *Alexandrinum* ab Jesuita Radero, qui primus librum in lucem edidit, et *Chronicon Paschale* a Du Cangio, secundo Editore, et ab aliis *Constantinopolitanum*. Ultimum hoc nomen forte opti-

Digitized by Google

ab Imperatore Theodosio primo destructis, dicit Templum Heliopoleos, tam bene servatum esse, ac templum Damasci, et in *Christianam aedem* conversum.

Sed nomen Divinitatis, cui aedes haec consecrata erat, corruptum est, et praeterea unum ex epithetis, ei Templo datis, adhuc non bene intellectum est. Ut haec ambo illustremus, Lectori quasdam criticas et historicas observationes proponam.

Locus in Chronico ita se habet, *Τὸ ἱερὸν Ἡλιοπόλεως, τὸ τοῦ BAAANIOT, τὸ μέγα καὶ περιβόητον, καὶ τὸ ΤΡΙΑΙΘΟΝ, καὶ ἐποίησεν αὐτὸ Ἐκκλησίαν Χριστιανῶν.*

Prima vox, de qua loqui debemus, *BAAANIOT*, ab eruditissimo Th. Reinesio [1]) in *ΩNIOT* mutabatur, qui hoc templum illud credidit, quod *Onias* [2]) in Aegypto extruxerat.

Haec emendatio non solum *violenta* est, ut alius Eruditus Luc. Holstenius [3]) eam vocat, sed et contraria historicae veritati. Nam 1. Templum *Oniae* non erat in ipsa urbe Aegypti, quae *Heliopolis* vocabatur, lices in ejus dioecesi, sive *Nomo Heliopolite*, ut Josephus [4]) nobis variis in locis narrat. 2. Templum *Oniae* a *Vespasiano* brevi post excidium Hierosolymorum (et plus quam tribus saeculis ante Theodosium magnum) clausum erat, ut testatur dictus Josephus, qui aliquo modo testis oculatus ejus facti erat. *De Bell. Jud. L.* VII. c. X. p. 435. *Ed. Amst.*

Cum e contrario manifestum sit, *Chronicon* loqui de templo in ipsa urbe *Heliopoli*, et hanc urbem in Syria exstitisse, ita a Graecis, in illa regione post *Alexandrum* Magnum habitantibus, vocatam, sed *Baalbec* ab incolis usque ad hunc diem nominatam. Hic ergo non aliam Divinitatem quaerere debemus, nisi BAAL *Solem*, magnum et communem totius Orientis Deum, et peculiariter Assyriorum, Syrorum, Chaldaeorum,

---

mum est, si consideramus, primo, in eo Aeram mundi eandem esse, qua utuntur *Constantinopoli*. Et secundo, MS. emptum esse ab aliquo ejus urbis cive, per Hier. Suritam in Sicilia, ut ipse adnotavit in prima pagina unici exemplaris, jam in Vaticanam Bibliothecam delati No. 1941. *Messanae emi a Georgio Constantinop.* VI. Kal. Octobris M. D. LI. Cujus notae *Du Cangius* sincerum apographum non habuit, nec plurium locorum in ipso codice. Vide Praef. N. 38.

1) Var. Lect. L. I. c. 25.

2) Cujus nomen Graeci Auctores scribunt *Ονίας* non *Ωνίας*.

3) Not. ad Steph. de Urbib. p. 129. nullam tamen dans rationem, cur eam improbet.

4) De B. I. Lib. VII. c. 10. Antiq. Lib. XII. c. 15. Lib. XIII. c. 3. Lib. X. cap. 20. *Νόμος δ' οὗτος Ἡλιουπολίτης καλεῖται.*

Digitized by Google

Phoenicum etc. [1]) Huc usque ergo *Holstenius* rem acu tetigit, cum diceret, *Ego hoc nomen* (*Βαλανίον*) *pro numine accipio, et in eo latere* Beli *aut* Baal, *Solis existimo.*

Sed si dimidium vocis *Βαλανίον* sumamus, quo alterum spectabit dimidium? *Holstenius* id intactum relinquit.

Quod ad me attinet, inde facerem *ΗΛΙΟΥ* aut *ΔΙΟΥ*, et legerem *ΒΑΑ ΗΛΙΟΥ* aut *ΒΑΑΑ* [2]) *ΔΙΟΥ*. Utrumque praesenti materiae convenit, et mutatio levis et naturalis est.

Si legamus *ΒΑΑ ΗΛΙΟΥ*, quam lectionem praefero, ultima vox erit Graecum adjunctum Epitheton, aut interpretatio primae vocis *Syriacae*, ut est in hoc loco *Malelae* [3]) *ἱερὸν Σεράπιδος Ἡλίου*, *templum Serapidis Solis.* Quibus addi potest quod in quibusdam Marmoreis Inscriptionibus [4]) invenitur, licet alio ordine, *ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ ΣΑΡΑΠΙΔΙ*; et quod in aliis [5]) pertinet ad *Mithram*, Persicum *Solis* nomen, *ΗΛΙΩ ΜΙΘΡΑ.*

Aut si quis malit legere *ΒΑΑΑ ΔΙΟΥ*, id aliquibus auctoritatibus defendi potest. Nam certum est sub Romanis Imperatoribus, postquam *Severus Coloniam* Syriae *Heliopolim* fecisset, ejus Templum nomen *Jovis* habuisse, magni Romanorum Dei, qui ei summos Deos aliarum regionum assimulabant, et qui ante *Aurelianum* non videntur publicum cultum aut ad minimum Templum *Solis* habuisse. Hinc est quod in diversis numismatibus *Severi*, *Caracallae* et *Philippi*, patris et filii, posticam partem videamus pulcro templo ornatam, cum hac inscriptione COL. HEL. I. O. M. H. *Colonia Heliopolis*, JOVI [6]) OPTIMO MAXIMO HELIOPOLITANO. Et propterea *Macrobius* Lib. I. c. 23 probare volens *Jovem* et *Solem* eundem esse Deum, dicit *Syros*, et in primis *Heliopolitanos* Deum suum vocare *Jovem Heliopolitanum*, qui nullum aliud numen erat quam *Sol. Assyrii quoque* Solem *sub nomine* Jovis, *quem* DIA HELIOPOLITEN *cognominant, maximis cerimoniis celebrant in civitate, quae* HELIOPOLIS *nuncupatur.* — *Vehitur enim simulacrum* DEI HELIOPOLITANI *Ferculo, uti vehuntur, in Pompa Ludorum Circensium, Deorum simulacra.*

Idem prorsus nomen a quibusdam nuper in hunc locum iter facientibus in Latina inscriptione repertum est, in qua

---

1) Licet media vocalis non ubique esset eadem, quibusdam pronuntiantibus *Babal*, aliis *Bel* aut *Bol.*
2) Ita Chronicon id alibi scribit, et alii auctores.
3) Hist. L. II. p. 46.
4) *Gruter.* p. XXII. n. 10. 11. p. 1010. n. 11. Reines. Inscript. p. 243.
5) *Gruter.* p. XXXIII. n. 9. Inscr. Rein. Cl. I. n. 292.
6) Quocum convenit quoque *Aquila cum alis expansis*, frontispicio templi insculpta, ab omnibus itinerum scriptoribus descripta.

Digitized by Google

quidam Antonius dicitur JOVIS HELIOPOLITANI SACERDOS. Non hic multum temporis teram refutando Ducangii emendationem, qui legere vult *ΒΕΛΕΝΙΟΥ*, quoniam aliquae inscriptiones habent Deum *Belenum*, qui quibusdam scriptoribus habetur Apollo, et per consequens *Sol*, et ut ille credit, *Βῆλις* ab Herodiano [1]) vocatur.

Sufficiet observasse hunc *Belenum* non *Orientis*, sed *Occidentis* esse Deum, *Gallis* et praecipue urbi *Aquileiae* proprium, in cujus vicinia multae tales Inscriptiones inveniebantur, huic *Beleno* aut *Belino* dedicatae. Et de hac urbe *Aquileia* sermo est, cum *Herodiani* contextus, uti eum nunc habemus, hunc Deum nominat *ΒΕΛΙΝ*, quod Salmasius [2]) jure merito in *ΒΕΛΙΝΟΝ* mutavit; et haec lectio merito probatur ab erudito Episcopo *Hadrieusi*, *Philippo a Turre*, in longa et pulcra dissertatione de Deo BELINO aut BELENO [3]), quam si Lector consulat, manifestius ei apparebit, *Cangii* opinionem nullo fundamento niti, et non mereri ut eam sequatur *Abbas Renaudotius* [4]): liquebit quoque, in communi Gentilium Theologia et cultu, *Apollinem* Deum plane diversum esse a *Sole*.

II. Jam alterum verbum in Chronico aggrediar, scilicet *ΤΡΙΛΙΘΟΝ*, quod tantum explicatione, et non correctione *Reinesii* indiget, qui pro eo ponit *πολυθρύλλητον*, quae vox quam longissime a prima distat, et praeterea tantum mera est repetitio praecedentis verbi *περιβόητον*, cum utrumque *celebre, fama notum* significet. Ita hic eruditus Vir, non intelligens quomodo Templum dici posset *triplici lapide constructum*, maluit Graeco auctori insipidam tautologiam attribuere.

Neque *Holstenius* meliorem ideam Graecae vocis habuit, quamvis hanc secundam Reinesii emendationem eadem censura vexat ac primam. Suspicatur ita intelligi debere, ac si Templum *triplici genere lapidum* exstructum esset, simulque Auctori in laboris praemium Alapam infligit; *Τρίλιθος autem scriptori huic* Idiotae, *uti eum vocat Scaliger*, *forte dicitur* ex tribus lapidum generibus constans.

Cangius prae se ferens, nobis dare novam et proinde meliorem Latinam versionem *Chronici*, locum non intelligibilem reddidit, cum dicat Templum factum ex *Trilitho marmore; Templum ingens, et celeberrimum ex marmore Trilitho constructum*. Sine dubio lectores sibi obstrictos reddidisset, si notam addidisset ut nobis indicaret, quale genus marmoris hoc *Trilithon* esset, et unde veniret.

---

1) Hist. Lib. VIII. c. 3.
2) Not. ad Capitol.
3) In Libr. *de Monumentis Vet. Antii* p. 255 — 288.
4) Memoir. de l'Acad. des Belles Lettres T. III. Hol. Edit. pag. 175.

Digitized by Google

Chilmeadius haud felicior fuit in Latina *Madelae* versione, qui fere ad verbum eundem locum habet, quem in *Chronico* legimus, excepta voce *Βαλανίου*, quam omisit, et verbum *λεγόμενον*, quod ante *ΤΡΙΛΙΘΟΝ* inseruit, nam etiam dicit de Theodosio [1]), *κατέλυσε δὲ καὶ τὸ Ἱερὸν Ἡλιουπόλεως τὸ μέγα καὶ περιβόητον τὸ λεγόμενον ΤΡΙΛΙΘΟΝ, καὶ ἐποίησεν αὐτὸ Ἐκκλησίαν Χριστιανοῖς*, etc. quod *Chilmeadius* ita Latine reddidit: *quod vero Heliopoli erat*, Trilithum *vocatum*, *ingens illud et celebratissimum; Templum quoque Damascenum*, *aliaque plurima*, *in Ecclesias conversa*, *Christianis donavit.*

Ut brevissime confutem omnes has miseras versiones et emendationes, sciat modo Lector, veram explicationem eruendam esse ope hodiernorum itinerum scriptorum, et in primis *Maundrelli*. Diligens hic et fide dignus Theologus magnificas ruinas Templi *Balbeciani*, sive *Heliopoleos*, describens, sequentia observatione digna verba habet [2]).

„Templum est quadratum oblongum 32. cubitos (yards) latum, et 64. longum; quorum 18. occupabantur per *Πρόναον*, sive Vestibulum, quod jam sub ruinis jacet, cum columnae, quae id sustinebant, ruptae sint. Corpus templi, quod nunc subsistit, magnifica porticu cingitur, et fulcitur columnis Corinthici ordinis, quarum Diameter [3]) est sex pedum et trium pollicum, altitudo earum est circiter 45 pedum, UNAQUAEQUE CONSISTIT TRIBUS LAPIDIBUS" etc. Hic videmus veram rationem, cur Templum a regionis incolis vocatum sit *Trilithon* aut *trium lapidum*. Nam cum tam alte elevatum esset, ut triginta gradus requirerentur, antequam illud intrare possent, et foris illa magnifica *Portica* cinctum esset, Spectatores cominus et eminus tantum has pulchras columnas, ex *tribus lapidibus* constantes, videbant. Et nihil praeter hunc columnarum ordinem sive *Porticum* hujus templi videmus in Numismatibus, quae nobis lateris tantum aspectum ostendunt.

Hinc ergo tantum, et non a compositione totius *Fabricae*, et omnibus partibus Templi, Graeci nomen *ΤΡΙΛΙΘΟΝ* de-

---

1) Hist. Lib. XVI. P. 14. 39.

2) Journey from Aleppo to Jerusalem, p. 136. 2. Edit. Anno 1721.

3) Perspicuum est Auctorem loqui de *ambitu* et non de *Geometrico Diametro*, qui, cum proportione ad *ambitum* sit circiter ut 1 ad 3, has columnas prodigiosae crassitiei faceret, scil. plus quam octodecim pedum, contra omnes regulas, et ipsam longitudinem hujus Templi, designatam ab Auctore, cum *intercolumniis* aut distantia earum inter se. Et tamen eadem hallucinatio animadvertitur in descriptione *La Roquii*, licet cum ostentatione propriis Architecturae verbis utatur; *Toutes ces colomnes ensemble*, *dont la hauteur est de 52 pieds*, *et le diametre de six*, etc. Voyage de Syrie T. I. p. 109. Hol. Edit.

Digitized by Google

sumpserunt, ut vocarunt *KIONA MONOAIΘON* illam celebrem columnam porphyream, *Constantinopoli* erectam, quoniam ex uno lapide constabat.

Verum est La Roquium dicere [1]), *maximam partem harum columnarum tantum e duobus lapidibus constructam esse.* Sed, praeterquam quod id tantum de maxima parte affirmet, dicere licet, quod, quamvis per duas hebdomadas *Balbeci* manserit, et ejus antiquitates ad lubitum visitaverit, et ideo plures notitias quam *Maundrellius*, qui ne integrum quidem diem ibi impendit, narret; tamen *Maundrellii* testimonium in hoc casu magis admittendum esse, quoniam a duobus Graecis auctoribus, supra laudatis, confirmatur, nempe *Chronico* et *Malela:* nam ut *Maundrellii* narratio explicat, quomodo eorum verba intelligi debeant, sic illi ab altera parte veritatem numeri in ejus narratione ostendunt; quoniam certo certius est, hunc auctorem notitiam non habuisse eorum, quae de hac re scripserant, et plane eorum *TPIAIΘON* ignorasse.

Ne ideo *Maundrellii* diligentiam, exactitudinem et fidem *La Roquii* meritis praeferamus [2]); animadvertere licet, hujus auctoris errorem, dum ponit *duos lapides* loco *trium*, inde ortum habuisse, quod primum hanc observationem in schedulis suis per figuram numeri, et non verbis adnotaverit; sic post triginta et plures annos [3]) cum observationes suas recenseret et in lucem ederet, fallebatur in numero, et ponebat 2. loco 3.

Ergo secure adquiescere possumus *Maundrellii* narrationi, tam bene suffultae: et ex testimonio duorum Graecorum auctorum, cui accedit illius auctoritas, has duas conclusiones, ut duo demonstrata Corollaria, efficere, quae ea, quae supra contra *Reinesium* in medium attuli, confirmabunt.

Primo, Templum *Heliopoleos*, cujus mentio fit in Graeco *Chronico* et *Malela*, idem esse atque illud, quod *Maundrellius* et alii Itinerum suorum scriptores *Balbeci* viderint, et non templum *Oniae* in *Aegypto*.

Secundo, Cum *Balbecum* prope montem *Libanum*, aut potius *Antilibanum* situm sit, in parte *Syriae*, quae ante *Coele-Syria* vocabatur, *Heliopolis* duorum Graecorum auctorum est eadem urbs, quae *Balbecum*, et non *Heliopolis* Aegypti.

Circa hoc ultimum caput plures alios auctores adducere possem, qui demonstrant, vel saltem affirmant, *Heliopolin* et

---

1) Voyage de Syrie T. I. p. 119.

2) Licet multa exempla parvae diligentiae adducere possem etc.

3) *Balbeci erat* mense *Novembr.* An. 1689. et librum in lucem edebat An. 1722. dedicationem 20. Januarii ejus anni notans.

HAVERFIELD LIBRARY OF ANCIENT HISTORY OXFORD
Digitized by Google

Balbecum esse duo diversa nomina ejusdem ubis in Syria. Sed hoc fortasse nimis taediosum esset, et hic inutile.

III. Ideo unicum tantum *Josephi* locum addam, in quo Heliopolis in illa parte montis locatur, quae in *Coele-Syria* est, et opposita alteri parti, *Damascum* respicienti, et sic exacte situi *Balbeci*, ut ab hodiernis auctoribus et itinerum scriptoribus describitur, responderet. Hoc eo libentius facio, quia indigemus *Emendatione ejus loci Josephi*, qui invenitur in ejus narratione de Pompeji itinere per *Coele-Syriam Damascum* [1]); ubi postquam dixerat, Pompejum arcem *Apamiae* diruisse, et *Lysiae* munimentum solo aequavisse, addit *Διελθὼν δὲ τὰς πόλεις τήν τε Ἡλιόπολιν καὶ τὴν Χαλκίδα, καὶ τὸ διεῖργον ὄρος ὑπερβαλὼν τὴν κοίλην προσαγορευομένην Συρίαν, ἀπὸ τῆς ΠΕΛΛΗΣ, εἰς Δαμασκὸν ἦκεν.*

Omnia bene se habent, excepta voce *Pella*, *Πέλλης*. Nam haec urbs ab altera parte montis erat, inferius versus *Judaeam*, in via, quae *Damasco* ad *Jordanem* ducit, in regione vocata *Decapolitana;* et sic longe remota a via *Heliopoli Dama cum* ferente. Neque *Pompejus Pellam* proficiscebatur, antequam *Damasco Hierosolyma* tenderet, ut *Josephus* in sequentibus narrat.

Et tamen vox *Pella* in omnibus *Josephi* Editionibus est, excepta antiqua *Latina* versione, cujus auctor praeterea Graecum textum perfecte non intellexit, et apud quem Pompejus *Coele-Syriam* tum demum intrat, cum montem jam superasset [2]). *Hudsonii* versio aliquantulum melior est, et *Gelenii* longe superat. *Cumque* (inquit) *urbes Heliopolim et Chalcida pertransisset, et montem superasset Coele-Syriam, ut appellatur, disterminantem, a Pella Damascum se contulit.*

Ex quibus apparet, Hudsonium bene animadvertere, quod secundum *Josephum Heliopolis* in una parte illius montis esset, et *Damascus* in altera, itemque quod mons *Coele-Syriam* separaret. Sed a qua re hic mons tunc separat *Coele-Syriam*? Hoc in Josephi contextu, uti nunc eum habemus, non dicitur,

---

1) Antiq. L. XIV. c. 5. vel 3. N. 2. Amst. Edit. quod caput sic incipit: *Μετ' οὐ πολὺ δὲ Πομπήϊον εἰς Δαμασκὸν ἀφικομένου, καὶ κοίλην Συρίαν ἐπιόντος* etc. id est *paulo post, Pompejo versus Damascum tendente, et Coele-Syriam visitante, Legati ad eum venerunt* etc. Et tamen *Hudsonius*, versionem *Gelenii* sequens, id sic vertit: *Non autem multo post, cum Pompejus Damascum venisset, et Coelen-Syriam obiret:* ac si Pompejus Damascum jam intrasset, quamvis *Josephus* ejus adventum tunc demum narret, cum *Coele-Syriam* visitaverit, et montem superaverit. Hudsonius antea c. 2. n. 3. recte verterat *ἀφικόμενος εἰς Δαμασκὸν, Damascum profectus.*

2) *Cumque civitates Heliopolim et Chalcidem transisset, in medio positum montem ascendit, et ad inferiorem Syriam Damascumque pervenit.*

Digitized by Google

et tamen dici deberet, et requiritur per verbum *διεῖργον*, post quod praepositio *ἀπὸ* sequi deberet et cum hoc verbum in Graeco contextu sit, ut eum habemus, Editores nostri debuissent suspicionem habere, aliam vocem loco *ΠΕΛΛΗΣ* requiri.

Hoc, puto, manifestum est, et proinde mihi aeque perspicuum videtur verbum omissum esse *ἄλλης*, id est *alteram* sive supremam *Syriam*. Ideoque sic construo haec verba, *ὑπερβαλὼν ὄρος τὸ διεῖργον τὴν κοίλην Συρίαν ἀπὸ τῆς ΑΛΛΗΣ, εἰς Δαμασκὸν ἦκεν. Et Pompejus, montem superans, qui separat vel dividit Coele-Syriam ab alia* Syria, *venit Damascum.*

Nemo hic minimam difficultatem objiciet, considerans quid dixerim, et praeterea Josephum ipsum paulo post (n. 4.) uti hoc ipso verbo cum voce *Syria; ἔκ τε Δαμασκοῦ καὶ τῆς ἄλλης Συρίας* etc. quod Hudsonius non tam bene vertit, ac deberet, loco *a Damasco alteraque Syria* ponens *a Damasco reliquaque Syria.* Hic locus ostendit Josephum locantem *Damascum* in *altera Syria* sive *superiori*, primo loco intelligere debuisse, montem, quem superabat Pompejus, cum Damascum proficisceretur, dividere *inferiorem* sive *Coele-Syriam* ab *altera* sive *superiori Syria.*

Ut hoc confirmetur, quaeso Lectores observent, Philonem [1]) quoque eodem sensu uti voce *ἄλλην*, cum has duas Syrias distinguat, Legat. ad Cai. p. m. 798. c. *Συρίαν τὴν τε ἄλλην, καὶ τὴν κοίλην προσαγορευομένην*, etc.

Nisi summopere fallar, hoc sufficiet ad defendendam meam emendationem, et illustrandum Josephi locum. Sed praeterea omittere non debeo confirmationem magni momenti, quam in ultima Josephi Editione inveni. Nam cum inquirerem, num aliquis codex non haberet eandem lectionem, quam excogitaveram, licet eam ibi nullo loco indagarem, neque in hisce, quos ipse consulueram, videbam tamen in codice Gallici Regis scriptum esse *τῆς Τήλλης*, quae licet vera lectio non sit, tamen ostendit varietatem, et vocem *Πέλλης* hic non quadrare.

Cum longior in his observationibus fuerim, quam initio credideram, hic duas alias observationes non addam, quibus mens erat primo probare contra aliquos Antiquarios, *Heliopolin* factam Romanam Coloniam sub Severo, et non sub Julio Caesare aut Augusto, et secundo ostendere, *Balbecum* aut vocem appropinquantem antiquissimum ejus urbis fuisse nomen, quod

1) Confer cum istis *Strab.* Lib. XIV. p. 462. de *Solis* Urbe Ciliciae secundae *τῆς ἄλλης Κιλικίας ἀρχή*, etc.

Digitized by Google

adhuc a Syris retinebatur, non minus quam antiqua nomina plurium aliarum urbium, licet Graeci nomen mutassent.

JJ. MM.]

P 569 *Pag.* 561. 13. *Καὶ ἐποίησεν Ἐκκλησίαν Χριστιανῶν*] Exempla alia templorum Paganorum in Christianorum Ecclesias conversorum prae caeteris habent idem Chronic. an. VIII. Zenonis, Epiphanius, ubi de Hadriano, seu templo Hadriani Imp. Alexandriae in aedem sacram converso a Constantino Imp. de nomine Gregorii Meletiani appellato, Procopius lib. I. de Bello Pers. cap. XVII. Evagrius lib. I. cap. XVI. Theophanes anno XII. Justini, etc. ut paullo recentiores omittam. Sed de hoc more consulendus in primis Avitus Viennensis Epist. VI. et ad eam Sirmondus.

Pag. 561. 18. *Τὸ ϛ'.*] Fasti omnes v. In aliquot Legib. Cod. Theod. legitur hoc anno: *P. C. Ausonii et Olybrii.*

Pag. 562. 5. *Τοῦ Δεκίμου*] Sic infra in Zenone. Vide Constantinopolim Christ. lib. II. sect. I. n. V.

Pag. 562. 8. *Συαγρίου*] Ita Victorius, et Fasti alii: at Fasti Vossiani, Marcellinus Comes et Prosper edit. Pontaci, loco *Syagrii*, *Evagrium* legunt. Vide Pagium in Dissert. Hypat. in Proleg. n. XXVII.

Pag. 562. 9. *Τῷ τριακοσιοστῷ*, etc.] Ex veterum scilicet Patrum sententia, qui Christum XXX. aetatis anno passum censebant, ut non semel apud hunc Scriptorem observare est. Vide Grandamic. parte III. Chronol. Christ. p. 118.

Pag. 562. 17. *Αντωνίνου*] Ita editio Scaligeri, Fasti Vossiani, Paschasinus Episcopus Lilybitanus in Epist. ad S. Leonem, et Victorius. At Marcellinus Comes, Idatius, Prosper, Senator, Latercul. Paschalis, et Cod. Theod. *Αντωνίου*. Quae-
V 499 dam vero Leges ejusdem Codicis P. C. *Syagrii et Eucherii* habent. Syagrio vero notam iterati Consulatus addit Chronicon, cum absit in Fastis omnibus, et in Cod. Theod. quasi idem fuerit Syagrius iste cum proximo. Verum is qui cum Antonio Consulatum gessit, *Afranius Syagrius* vocabatur, ut Auctor est Sidonius lib. I. Epist. VII. ubi consulendus Sirmondus.

Pag. 562. 18. *Μεροβαύδου*] Fasti Vossiani, Idatius, Senator, et Cod. Theod. *Merobaude* II. *et Saturnino*. Latercul. Paschal. *Saturnino et Syagrio.*

Pag. 562. 19. *Επὶ τούτων*, etc.] Socrat. lib. V. cap. X. Sozomen. lib. VII. cap. XII. Marcellin. Prosper, Idat. etc.

Pag. 562. 20. *Ἐν τῷ τριβ. τοῦ Ἑβδόμου*] Marcellinus, VII. *ab urbe milliario.* Vide Disceptat. nostram de Hebdomo n. VIII.

[*Pag.* 568. 6. *καλανδαῖς*] Scr. *καλάνδαις.*]

Pag. 563. 8. *Ρηγομήρου*] Qui *Ricomeres*, Idatio: *Ricio-*

Digitized by Google

meres, Ammiano, Marcellino, et aliis: *Recimer*, Prospero, Senatori, etc. *Richimer*, Gregorio Turon. dicitur. Vide Socrat. lib. v. cap. XII.

Pag. 563. 10. *Ονώριος*] Ita Socrates loco proxime laudato, Marcellinus Comes, et Idatius.

Pag. 563. 12. *Βαντονος*] Holsten. *Βανδωνος*.

Pag. 563. 13. *Πρώτην γυναῖκα*] Immo secundam: adepto enim Imperio, et anno post extinctam Flaccillam priorem uxorem, Gallam Placidiam Valentiniani filiam uxorem duxit Theodosius. Marcellinus Comes: *Galla Theodosii Regis altera uxor his Coss. Constantinopolim venit.* Vide Familias Byzant.

Pag. 563. 18. *Οἶκον Πλακιδίας*] Constantinopolis Christ. lib. II. sect. VI. n. I.

Pag. 563. 19. *Δευτέραν*] Leg. *Πρωτέραν*. Fuit enim, ut dixi, Flaccilla prima Theodosii uxor.

Pag. 564. 2. *Κτίζει Φλακιλλιανὸν*] Constantinopol. Christ. lib. II. sect. V. n. III.

Pag. 564. 3. *Καίσαρος*] Ita Marcellinus. Idatius, *Nobilissimo*. Cod. Theod. NB. P. id est, *Nobilissimo Puero*, quae idem sonant.

Pag. 564. 4. *Τὸ δ'.*] Leg. *γ'.* ex Fastis: is enim est Consulatus Valentiniani cum Eutropio, ut est in Idatianis, et in Leg. VIII. Cod. Theod. de Indulg. debit. qui in XIV. Indictionem cadere dicitur. Quae quidem Indictio *prima* dicitur in Lege III. eodem tit. ab aliis XV. Ita Indictio quae in Honorii VII. et Theodosii II. Consulatum incidit in dicta Lege VIII. *quarta:* in Lege IX. et X. infra a Theodosio Juniore *quinta:* ab aliis *sexta* appellatur. Quae quidem ita conciliare conatur Jacob. Gotthofred. ad d. Leg. VIII. ut *Italica Indictio* ab anno CCCXII. ducatur: Karthaginiensis Africae Proconsularis ab anno CCCXIV. Africae Dioeceseos denique ab anno CCCXV. Quam quidem Indictionum varietatem ab Imperio Valentiniani et Valentis in Cod. Theod. obtinere idem observat. Vide Scaligerum lib. v. de Emendat. Temp. p. 504.

Pag. 564. 9. *Εστεψεν*] Errat Auctor Chronici, ut et Symeon Logotheta in Chron. MS. cum aiunt Honorium Romae a patre levatum Augustum hoc anno, quo scilicet Theodosium Romam duntaxat venisse, et congiarium populo dedisse, narrant Marcellinus Comes et Idatius. Quippe Theodosio III. et Abundantio Coss. Honorium in eodem loco, quo fratrem ejus Arcadium, id est septimo ab Urbe milliario, Caesarem demum dictum a Theodosio parente, scribit idem Marcellinus.

Pag. 564. 11. *Νεωτερίνου*] Ita etiam editio Scaligeri: sed Fasti omnes *Neoterium* vocant.

Pag. 564. 13. *Τὴν κεφαλὴν*] Hoc loco Auctor tangit Historiam primae Inventionis Capitis S. Joannis Baptistae sub

Digitized by Google

Theodosio M. quam etiam narrat Sozomenus lib. VII. cap. XXI. licet vix hanc agnoverit Graecanica Ecclesia, sed alteram quae Marciano imperante contigit, de qua agit idem Scriptor Chronici anno III. ejusdem Augusti, et tertiam quae Comanis, unde
P 570 in urbem Constantinopolitanam translatum aiunt, atque ex ea Ambianum Picardiae Metropolim, post captam a nostris Constantinopolim, ubi hodieque colitur ac conspicitur, carne et facie nigricanti, quemadmodum describitur a Theodulo, seu Thoma Magistro, in Homilia inedita in eundem S. Joannem
V 500 Baptistam, uti prout indubie illud Constantinopoli viderat, hisce verbis ex Cod. Reg. excerptis: *κόμη γὰρ αὐτῷ τραχεία καὶ δυσχερὴς, καὶ αὐχμώδης, καὶ ῥύπου πλέα, ἐς μὲν πολὺ τεταμένη κατασυστάδην, ἀλλ' οὐ κατὰ τρίχας διειλημμένη, ὡς καὶ ῥαδίως ἐντεῦθεν ἀριθμεῖσθαι δύνασθαι. Πρόσωπον ἅπαν μέλαν τοσαύταις ἐνιαυτῶν περιόδοις, ταῖς τε συνεχέσι τοῦ ἡλίου βολαῖς, ταῖς τε τῶν ἀέρων χαλεπαῖς ἐμβολαῖς, ὥσπερ καὶ ψυχθὲν, καὶ παντάπασι μεταποιηθὲν τῆς φυσικῆς ὑγρότητος, καταναλωθείσης αὐτῷ ὑπό τε τῶν εἰρημένων, καὶ τῆς ὑπερφυοῦς ἀτροφίας, ἐπειδὴ μηδὲν ἕτερον εὐχροΐα, ἀλλ' ἡ τροφῆς μεμασημένης χυλός.* Verum primam istam sub Theodosio factam S. Praecursoris capitis Inventionem aliquatenus firmare videtur Severianus Gabalorum Episcopus, quem ab Joanne Chrysostomo, et Arcadio Imp. ad sermones habendos in Ecclesia Constantinopolitana saepe invitatum scribit Gennadius. Is enim in Homilia in S. Crucem ita loquitur: *Ἐλθωμεν λοιπὸν ἐπὶ τὸν ἰατρὸν ἡμετέρων ψυχῶν τὸν καὶ θείῳ λόγῳ ἡμᾶς παιδεύοντα, καὶ τοῖς λειψάνοις τοῖς ἑαυτοῦ τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν τειχίζοντα· Ἰωάννην λέγω τὸν Πρόδρομον καὶ Βαπτιστὴν τοῦ Χριστοῦ λούσαντα ἡμᾶς σήμερον τῷ λόγῳ τῆς μετανοίας.* Quae quidem spectare videntur caput S. Joannis Baptistae sub eam tempestatem allatum, et in urbe Constantinopolitana cultum et asservatum: tametsi id ex verbis Severiani non posse omnino colligi fatendum sit. De hac porro triplici sacri Capitis Inventione Tractatum olim edidimus.

Pag. 564. 17. *Εν τῷ λεγομένῳ Εβδόμῳ*] Rectius Sozomenus lib. VIII. cap. IV. *πρὸς τῷ Εβδόμῳ*, ut *Κάμπος τοῦ Τριβουναλίου πρὸς τῷ Εβδόμῳ* esse dicitur apud Nicephor. Call. lib. XVIII. cap. XLI. id est juxta Palatium Hebdomi, de quo agimus in Constantinopoli Christ. et in Discept. de Hebdomo Constantinopolit.

Pag. 565. 1. *Θεοδοσίου τὸ γ'.*] Ita Fasti et Canones Africani c. 33. Perperam Idatiani Fasti MSS. *iterum* praeferunt.

Ibid. Καὶ Αβουνδαντίου] De hoc Consulatu agit Sirmondus ad Sidon. in Panegyrico Anthemii, initio.

Pag. 565. 2. *Πρόκλος*] *Proculus*, filius Tatiani Praefecti Praetorio, qui Praefecturam urbi gessit anno CCCXXCIX. ut ex

Digitized by Google

Leg. xxv. Cod. Theod. de Operib. Public. et Leg. ix. de Annonis civic. colligitur. Vide Zosimum lib. iv. p. 769.

Pag. 565. 3. *Ἐν Συκαῖς*] De Sycis copiose egimus in Constantinopoli Christ. lib. i. sect. xxii.

Pag. 565. 4. *Θεοδοσιακὸς φόρος*] Ibid. lib. i. sect. xxiv. n. ix.

Pag. 565. 9. *Διογένης*] Nemo non videt legendum *Εὐγένιος*. Vide Idatium anno cccxcii. Socratem lib. v. cap. xxiv. Claudianum in Consulat. Olybrii et Paulini, etc.

Pag. 565. 11. *Τούτῳ τῷ ἔτει*] Immo anno proxime sequenti: quippe Socrates lib. v. cap. xxvi. et alii recte mortem Theodosii ad Consulatum Olybrii referunt.

Pag. 565. 18. *Ἰνδ. η΄.*] Haec Indictio in Leg. iii. Cod. Theod. de Indulg. debit. *nona* dicitur: quam inde Italicam vocat Jacob. Gotthofred. uti supra observatum.

Pag. 565. 19. *Γάμους*] Cum Eudoxia Bautonis Franci Proceris et Cos. filia. Vide Famil. Byzant.

Pag. 566. 1. *Τὸ σκήνωμα*] Ita Marcellinus. Socrat. lib. vi. cap. i. *περὶ τὴν ὀγδόην τοῦ Νοεμβρίου μηνός*. Vide Theophan.

Pag. 566. 4. *Ρουφῖνος*] Philostorg. lib. xi. cap. iii. Socrat. lib. vi. cap. i. Sozomen. lib. viii. cap. i. Marcellin. etc.

Pag. 566. 12. *Δημόσιον Ἀρκαδιανὰς*] Constantinopol. Christ. lib. i. sect. xxvii. n. ix.

Pag. 566. 13. *Οἶκον τὸν Μαρίνης*] Constantinopol. Christ. lib. ii. sect. vii. n. ii.

Pag. 566. 16. *Εἰσὶν*] Descriptum legitur ex prima operum Oecumenii editione Martyrium S. Pauli Apostoli, quod Romae subiisse dicitur anno a Passione Christi xxxvi. iii. Kalend. Jul. xxix. Junii, lxix. a Christi Nativitate. Tum additur, *Ἐστιν οὖν ὁ πᾶς χρόνος ὁ ἐξ οὗ ἐμαρτύρησε τριακόσια τριάκοντα ἕτη μέχρι τῆς παρούσης ταύτης Τπατίας, τετάρτης μὲν Ἀρκαδίου, τρίτης δὲ Ὠνωρίου, τῶν δύο ἀδελφῶν Αὐτοκρατόρων Αὐγούστων,* V 501 *ἐννάτης Ἰνδικτιῶνος τῆς πεντακαιετηρίδος περιόδου, μηνὸς Ἰουνίου εἰκοστῆς ἐννάτης ἡμέρας.* Quin hocce breve Pauli Martyrium Auctor Chronici respexerit, cum haec scripsit, nullus fere dubitaverit, tametsi in mensis die, qui revera non est xxviii. sed xxix. Junii, et in annorum summa quam cccxxxv. plenorum esse ait, cum hocce Martyrio non consentiat, ubi cccxxx. duntaxat esse dicitur, ex quo S. Paulus Martyrio vitam finivit, anno scilicet a Christi Natali lxix. quo accidisse conveniunt Scriptores omnes: a quo quidem Natali ad hunc Consulatum vulgo putantur anni cccxcvi. Nam si lxix. addantur cccxxx. erit annus cccxcix. Si vero cccxxxv. fiet annus cccciv. quae quidem minus invicem cohaerent cum ab anno lxix. ad annum cccxcvi. fiant duntaxat anni cccxxv. Unde pro *τλέ'*. legendum *τκέ'*. recte ad oram Codicis sui adscripserat vir doctus. Observandum interim

Digitized by Google

in Martyrio S. Pauli Consulatum Arcadii IV. et Honorii III. in Indictionem IX. cadere, quam in Consulatum Olybrii et Probini referre Codicem Theodosianum supra notavimus.

P 571 *Pag.* 567. 4. *Θεοδώρου μόνου*] Ita Cod. Theod. Fasti vero Idatiani *Manilium*: Senator *Mallium* vocant. Fasti Vossiani hoc anno Coss. habent *Eutropium et Theodorum*: Marcellinus Comes *Manilium et Eutropium*, ubi haec subdit: *Hic Eutropius omnium spadonum primus atque ultimus Cos. fuit.* Quo quidem eodem anno interfecto, ac ejus nomine e Fastis eraso, ut scribit Joannes Antiochenus, solius Collegae nomen mansit; qui *Mallius Theodorus* vocabatur, ut est in Chronico Prosperi, *Mallio Theodoro V. C. Cos.* Unde duos Coss. alii perperam confecere. Codex Canon. Afric. c. LVI. *P. C. Honorii Aug.* IV. *et Eutychiani V. C.* hoc anno habet.

Pag. 567. 8. *Στελίχωνος*] Ita *Stelichonem* vocant Olympiodorus, Zosimus, Joannes Antiochenus, et Idatius, quem caeteri *Stilichonem.*

Pag. 567. 11. *Νωνῶν*] Sic haec vox semper scribitur in Laterculo Paschali Hippolyti, ubi vox *πρὸ*, per *Π* cum *P* transverso designatur, ut in Christi monogrammate.

Pag. 567. 8. *Ἐκκλησία τῶν Γότθων*] De qua Theoderit. lib. V. cap. XXX. Eundem Scriptorem vide cap. XXXII. et XXXIII.

Ibid. Ἐν τῷ Λαιμοκελλίῳ] Constantinopol. Christ. lib. I. sect. XXIV. n. XV.

Pag. 567. 17. *Φλαβίου*] Sic Codex Canon. African. c. LXV. Sed leg. ex Cod. Vatic. *Φλαβίτου*. Ita Sozomenus lib. VIII. cap. IV. Marcellinus Comes, Prosper, Victorius, Idatius, etc. quibus *Fravita*, vel *Fravitta dicitur.* Sic etiam Lex III. Cod. Theod. de Equor. Collat. ubi Indictio XIV. notatur. more Africanae Dioeceseos, contra quam hic et apud Marcellinum lib. XIV. *Fravitus* nuncupatur a Socrate lib. VI. cap. VI. In aliquot vero aliis Legibus Cod. Theod. hic Consulatus ita consignatur: *P. C. Stilichonis et Aureliani.* In Codice vero Canonum African. c. LVI. *P. C. Stilichonis V. C.*

Pag. 567. 18. *Γαϊνᾶ*] Philostorg. lib. XI. cap. ult. Socrat. lib. VI. cap. VI. Sozomen. lib. VIII. cap. IV. Marcellin. Theophan. an. VIII. Cedren. p. 327. etc.

Pag. 567. 20. *Ἐγεννήθη*] Theodosius Junior: Socrat. loco laudato, et Marcellinus Comes.

Pag. 568. 6. *Εἰς τὸ Ἑβδομον*] Marcellinus: *In loco quo pater patruusque suus Caesar levatus est.* Addit Prosper, VII. *ab urbe milliario.* Vide Disceptat. de Hebdomo Constantinopolit.

Pag. 568. 9. *Ρυμοριδου*] Edit. Scalig. *Ρομοριδου.* Fasti Vossiani et Holstenius, *Ρομιορδου.* Codex Canonum African. c. XC. *Ρουμοριδου.* Fasti alii *Rumoridum* vocant.

Pag. 568. 11. *Πρὸ δ' Ἰδῶν Φεβρ.*] Marcellin. III. *Id. Febr.*

Digitized by Google

Pag. 568. 18. *Ονωρίου Αὐγ.*] Honorium VI. Coss. absque collega habent Canones Afric. can. XCII.

Pag. 568. 14. *Ἐξεσώθη*] Marcellin. Comes, Socrat. lib. VI. cap. XVI. Sozomen. lib. VIII. cap. XXIV. Zosim. lib. V. etc. Vide praeterea Petavium lib. XI. de Doctr. Temp. cap. XLVII. et Chronolog. Cod. Theod.

Pag. 568. 15. *Ἐπάη ἡ μεγάλη Ἐκκλ.*] Constantinopolis Christ. lib. III. sect. III.

Ibid. *Σὺν τῷ Σενάτῳ*] De qua aede agimus ibid. lib. II. V 502 sect. IX. n. I.

Pag. 568. 16. *Ξυλοκερκητῶν*] De hac voce ibid. lib. II. sect. I. n. XVI. et lib. III. sect. III.

Pag. 568. 17. *Ἀρσάκιος*] Ita reposuimus cum Scaligeri Edit. cum Raderus *Οὐρσάκιος* edidisset. Vide Leg. ult. Cod. Theod de His qui super Relig.

Pag. 568. 18. *Πρὸ ϛ΄ Καλ.*] Atqui, inquit Petavius loco laudato, Feria II. non Dominica illo die fuit: proinde legendum censet, *πρὸ ε΄ Καλ. Ἰουλίων*, v. *Kal. Jul.*

Pag. 569. 1. *Χάλαζαν*] De hac insolenti grandine agunt etiam Philostorgius lib. XI. cap. VII. Socrates lib. VI. cap. XIX. et Sozomenus lib. VIII. cap. XXVII. Vide Petavium loco laudato. Hic porro Scaligeri editionem sumus secuti.

Ibid. *Καρύων*] Philostorgius: *καὶ δὴ καὶ χάλαζα μείζων ἢ κατὰ χερμάδα πολλαχοῦ γῆς κατεφέρετο ἄχρι καὶ ὀκτὼ τῶν λεγομένων λιτρῶν ἔλκουσα βάρος.*

Pag. 569. 3. *Παρασκευῇ*] De die quo haec grando cecidit non consentiunt Scriptores. Socrates loco laudato id contigisse ait XXX. Septembris hoc anno, quartoque post die Eudoxiam e vita excessisse. Nec dissentit Sozomenus, scribens pariter quarto ab hac grandine obiisse eandem Augustam. Auctor vero Chronici scribit grandinem istam decidisse mense Hyperberetaeo, seu Octobri, mortuam vero Augustam eodem mense, pridie Nonas, seu VI. Octobris, feria V. Unde conficit Petavius, siquidem grando ista ceciderit mense Octobri, uti vult idem Scriptor: atque adeo ante mortem Eudoxiae, id accidisse feria VI. non potuisse, nisi per *Παρασκευὴν* intelligatur Sabbatum, id est *Παρασκευὴ τῆς Κυριακῆς*· iaque dies primus fuerit mensis Octobris, quod vix quispiam existimaverit. Verum si grando ista Feria VI. ceciderit, dicendum cum Socrate et Sozomeno revera cecidisse ultimo Septembris die, quo fuit feria VI. in eoque errasse Auctorem Chronici, ut et forte in die obitus Eudoxiae, quam VI. Octobris decessisse ait: contra quam Socrates, qui quarto a grandine hunc contigisse tradit. Vide Grandamicum parte III. Chronol. Christ. p. 120.

Pag. 569. 5. *Πρὸ δ΄ εἰδῶν*] Leg. *γ΄*, vel *ἡμέρᾳ γ΄*.

Pag. 569. 7. *Στελίχωνος*] Ad hunc secundum Stilichonis

Digitized by Google

Consulatum pertinet illius Diptychon Consulare, a nobis explicatum in Gloss. med. Gr. in v. *Κόμης τοῦ σταύλου*. De Anthemio autem Stilichonis collega consulendus Sirmondus in Notis ad Sidonium in Paneg. Anthemii v. 94.

P 572 *Pag.* 569. 10. *Πρανδιάρα*] Constantinopol. Christ. lib. II. sect. VI. n. I. pag. 138.

Ibid. Εμβολοι] Quibus instaurandis mox incubuit Arcadius sub mensem Novembr. ut colligitur ex Leg. XLV. et seq. Cod. Theod. de Operib. Publ.

Pag. 569. 13. *Χαλκηδονησίας σκάλας*] Constantinopol. Christ. lib. I. sect. XVIII. n. III.

Pag. 569. 15. *Ανθημίου*] Cujus passim mentio apud Chrysostomum, Synesium, Sidonium, Socratem, et alios.

Pag. 569. 16. *Αἰμιλιανοῦ*] Istius Aemiliani Praef. Urb. hoc anno mentio est in Leg. XLIV. XLV. et XLVI. Cod. Theod. de Oper. Publ.

Pag. 569. 19. *Ινδ. ϛ'.*] Indictio IV. notatur in Leg. VIII. Cod. Theod. de Indulg. debitor. more Karthaginensi, uti vult Gotthofredus.

Pag. 569. 21. *Κυϊνκυενναλια*] Marcellin. Comes. Quippe anno CCCCII. Januarii X. a patre Imperator dictus est.

Pag. 570. 4. *Σεισμῷ*] Duo potissimum terrae motus contigere Constantinopoli, Arcadio imperante, anno scilicet CCCXCVI. de quo Marcellinus Comes: *quo et coelum ardere visum est*, adeo ut sit ille terrae motus, de quo Augustinus lib. de Excidio Urbis Romae cap. VI. in quo *videbatur horrenda flamma pendere, nec odor sulfuris deerat.* Et Paulus Orosius lib. III. cap. III. *in quo desuper defusa coelitus flamma pendere visa est.* Alter est cujus hoc loco meminit Auctor Chronici. Nam terrae motus ille ingens, de quo Evagrius lib. I. cap. XVII. videtur pertinere ad annum XXX. Theodosii Jun. cujus etiam meminerunt Theophanes, Cedrenus, et alii.

Pag. 570. 5. *Τὰς περάμους τὰς χαλκᾶς*] Constantinopol. Christ. lib. II. p. 115.

V 503 *Pag.* 570. 6. *Καινούπολιν*] Ibid. lib. IV. sect. VIII. n. V.

Ibid. Καπετωλίου] Ibid. lib. II. sect. IX. n. II.

Pag. 570. 9. *Αναβάθρα*] Ibid. lib. II. sect. I. n. II.

Pag. 571. 5. *Πραιτώριον*] Ibid. lib. II. sect. IX. n. VI.

Ibid. Μοναξίου] Monaxii Praefecti Urbi sub ann. CCCCVIII. et CCCCIX. non semel mentio occurrit in Cod. Theod. qui postea Praefectus Praetorio et Cos. fuit.

Pag. 571. 6. *Διὰ τὴν Ἰνδειαν*] Huc pertinet Lex I. Cod. Theod. de Frum. urbis Constantinopol.

Pag. 571. 8. *Τῶν Δομνίνου ἐμβόλων*] Constantinopol. Christ. lib. II. sect. III. n. VI.

Digitized by Google

Pag. 571. 9. *Οὐαρανᾶς ὁ Ῥπατος*] At is duntaxat postmodum Consul fuit, anno scilicet Chr. CDX.

Ibid. Συνέσιος] Delenda vox *καὶ*, tametsi ita praeferat Cod. Vatic. *καὶ Συνέσιος*. Synesius quippe Comes Sacrarum Largitionum fuit sub Theodosio Jun. ut ex Leg. x. Cod. Theod. de Curiosis colligitur.

Ονωρίου τὸ η'.] De hoc Consulatu egit Sirmondus in Notis ad Sidonii Epist. IX. lib. v. et ad Panegyr. Aviti, initio.

Pag. 571. 12. *Λουκίου μόνου*] Ita Marcellinus et Prosper. Fasti Vossiani: *Λουκίου τοῦ λαμπροτάτου*. Victorio et Senatori *Lucianus dicitur*. At Idatius et Leges Cod. Theod. ita hunc Consulatum consignant: *P. C. Honorii* VIII. *et Theodosii* V. *Lucio Cos.*

Pag. 571. 13. *Κωνσταντίου*] Sic etiam Fasti Vossiani, Marcellinus, Victorius, Senator, et Cod. Theod. Idatius vero et Prosper. *Constantio V. C.* Holstenius *Κωνσταντίου καὶ Κώσταντος* legit, atque sic scriptum in Cod. MS. Themistii monet. Ita etiam in Fastis Vossianis. Constantium Consulem jam antea designatum Ravennae: Constantem vero Constantinopoli processisse scribit Olympiodorus.

Pag. 571. 14. *Πουλχερία*] Marcellin. *Pulcheria Theodosii soror Augusta appellata est.* Ita vocem *ἐπιφανεστάτη*, quae *Nobilissimam* sonat, reddit. Vide Gloss. med. Graecit. Vox porro *Ἀνγούστη* abest a Scaligero.

Pag. 572. 3. *Κυϊνκυεννάλια*] Totidem verbis habentur supra anno CDVII. quo revera exacta Theodosii Jun. Quinquennalia: quae quidem verba perperam rursum in hunc annum sunt illata etiam in Vatic. Cod. Neque enim *Δεκεννάλια* emendandum, cum ea Decennalia non hoc anno, sed anno CDXII. ediderit Theodosius, ut scribit Marcellinus Comes.

Pag. 572. 5. *Θερμουντίας*] Ita Cod. Vatic. Sed leg. *Θερμαντίας*. Vide Famil. Byzant.

Pag. 572. 7. *Παρασκευῇ*] Quae vox, hic et infra in edit. Scalig. per *παρη* cum linea supra exprimitur.

Pag. 572. 9. *Ατασοῦλφον*] *Ἀδάουλφον* Olympiodorus, qui et ejus caedem refert. *Atavulfum* vero vocat Chron. MS. Idatii, cui tum nupta erat Placidia Theodosii M. filia, et cui *Caesareae* cognomentum datur in vet. Inscript. apud Sponium in Miscell. Eruditae Antiq. sect. v. pag. 159. Vide quae de hoc *Atavulfo* commentatur Catellus lib. III. Rerum Occitanar.

Pag. 572. 13. *Τῷ αὐτῷ ἔτει*] Constantinopol. Christ. lib. III. sect. III.

Pag. 572. 14. *Πρὸ ϛ'.*] Leg. *ε'*.

Pag. 572. 21. *Ἐν βουβιχαλίοις*] Id est in curru tracto a *burichis*, seu equis. Ita enim haec vox capienda, *more scilicet Episcoporum Urbis Regiae*, cum Patriarchae in publicis lita-

Digitized by Google

niis seu supplicationibus, curru vehi solerent, ut pluribus docuimus in Discept. de Hebdomo. n. IV.

Pag. 573. 1. *Οὔρσου*] Cujus mentio in Leg. I. Cod. Theod. de Decur. et Silent. Leg. CLXXX. de Decurion. et Leg. II. de Frumento Urb. Constantinopol.

P 573 *Pag.* 578. 4. *Αὐρηλιανοῦ*] Idem qui cum Stilichone Cos. fuit, bisque Praefectus Praetorio, ut hic indicatur, ac primum anno CCCC. ex Lege IV. Cod. Theod. de Legit. Haered. et ex Leg. I. Unde liberi: deinde hoc anno CCCCXV. Sed et tertio Praefecturam Praetorio gessisse indicat Epigramma XVII. lib. IV. Anthol. cap. IV. Vide Philostorgium lib. IX. cap. VI. et Synesii Epistolas.

Pag. 573. 9. *Πορφυροῦ κίονος*] Constantinopol. Christ. lib. I. sect. XXIII. n. VI

Pag. 574. 1. *Ἀπὸ Ἡρακλείας*] Eo mense Heracleae egisse Theodosium testatur etiam Lex XI. Cod. Theod. de Indulg. debit.

V 504 *Pag.* 574. 6. *Κωνσταντίνου*] Fasti Vossiani, *καὶ Κώστεντος*. Sed leg. ex Fastis omnibus, *Κωνσταντίου*.

Pag. 574. 7. *Σεισμὸς*] Insignem terrae motum anno post eclipsin Solis, quae anno X. Theodosii Jun. accidit, adscribit Philostorgius lib. XII. cap. VIII. proinde anno XI. ejusdem Augusti, Monaxio et Plintha Coss. quo etiam multas Palaestinae civitates terrae motu collapsas scribit Marcellinus Comes, cui consentire videtur Idatius: *His Coss. Sanctus Joannes Hierosolymorum Episcopus, qui supra, Epistolam dirigit per Ecclesias orbis terrarum, quae habetur de signis terroribusque divinitus perpetratis.* Ubi per *terrores*, terrae motus innui docet Chrysostomi Homilia *εἰς τοὺς φόβους*, edita a Combefisio, ut infra observamus ad pag. 817. Extat in Euchologio Goari pag. 786. *κανὼν εἰς φόβον σεισμοῦ*. Nicephorus Gregoras lib. II. Hist. cap. VII. *ὥσπερ γάρ εἰσιν οὐράνια μὲν δείματα θεόθεν τοῖς ἀνθρώποις ἐπισειόμενα πολλάκις, κεραυνοὶ, καὶ πρηστῆρες, καὶ ὑετῶν πλῆθος, ἐπίγεια δὲ σεισμοὶ, καὶ ῥήγματα γῆς, ἄερια δὲ τυφῶνες καὶ λαίλαπες*, etc. Vide notata ad pag. 310. At cum idem Marcellinus, eodem anno quo Auctor Chronici, alterius terrae motus meminerit, quo Cybera Asiae civitas, aliquantaque praedia demersa sunt, de isto videtur intelligendus idem Auctor Chronici. Alterius terrae motus sub eodem Augusto mentionem agunt Mennea XXVI. Decembr. Prae caeteris autem terrae motibus qui Theodosio Juniore imperante accidere, ille maxime insignis habetur, qui anno illius XXX. quatuor mensium spatio urbem concussit, qui is videtur qui *magnus* appellatur a Georgio Pachymere lib. IX. cap. XV. de quo Theophanes, Cedrenus, et alii.

Digitized by Google

Pag. 574. 9. *Τὸ πάθος*] Quippe litera Dominica erat C. Pascha XXII. April.

Pag. 574. 13. *Ἔκλειψις*] Istius Eclipsis meminerunt Philostorgius lib. XII. cap. VIII. Marcellinus Comes, et Idatius. De eadem egit Jacob. Grandamicus III. parte Chronol. Christ. pag. 122.

Pag. 574. 15. *Πλίνθα*] *Plenta* appellatur in Fastis Idatii, et in vet. Inscript. MI. 7. In Cod. Canon. Eccl. Afric. c. CXXVII. hic Consulatus ita signatur, *P. C. Honorii* XII. et *Theodosii* VIII. At Can. CXXXVII. legitur IX.

Pag. 574. 16. *Αετίου*] Aëtii Praef. Urbi meminit Lex ult. Cod. Theod. de Caleis coctor.

Pag. 575. 2. *Καὶ Κωνσταντίου*] Holstenius et Fasti Vossiani, *καὶ Κώσταντος*.

Pag. 575. 6. *Συναναγινώσκων*] Joannes Antiochenus de Theodosio Jun. *Θεοδόσιος ὁ Βασιλεὺς χαίρειν εἰπὼν τοῖς κατ' γνίοις, ἐπὶ λόγους ἐλευθερίους μετέβαλε τὴν γνώμην, Παυλίνου τε καὶ Πλακίτου συναναγινωσκόντων αὐτῷ, οἷς καὶ ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας ἐχαρίσατο μεγάλας.* Ubi minus recte doctissimus Interpres, *Paulino ac Placito magistris usus.* Paulinum Theodosii *συνανάτροφον* vocat Georg. Monachus in Chron. MS.

Pag. 576. 9. *Ηράκλειτος*] Leontius appellatur a Socrate lib. VII. cap. XXI. Theophane anno XI. Theod. Cedreno, Symeone Logoth. in Chron. MS. Manasse, etc.

Pag. 576. 18. *Εδυσώπει*] Hesychius: *ποτνιᾶται, δυσωπεῖ, ἐπικαλεῖται.*

Pag. 577. 22. *Ελλαδικὴν*] *Achivam*, Marcellin. Com. Ind. IV.

Pag. 578. 10. *Τῆς Κιστέρνης*] Constantinop. Christ. lib. I. sect. XXVIII. n. V. ubi locum emendavimus ex Scaligero, cum vox *ἰδῶν* deesset apud Raderum.

Pag. 578. 14. *Αθηναΐδα τὴν καὶ Εὐδοκίαν*] Nam utrumque nomen servavit, ut Auctor est Priscus in Gotthic. p. 69. *Αθηναΐς ἡ καὶ Εὐδοκία· ἀμφοτέροις γὰρ ἐκαλεῖτο τοῖς ὀνόμασιν.*

Pag. 579. 11. *Συναριστοῦντα αὐτοῖς*] *Honore coenae dignatum*, ut Tranquillus in Vespasiano cap. II. *honore mensae regalis*, ut Ammianus lib. XV. loquuntur. Vide Gloss. med. Lat. in *Conviva.*

Pag. 579. 12. *Μάγιστρον*] *Magistrum Officiorum*, ut est apud Marcellinum, et in Lege ult. Cod. Theod. de Agent.

Pag. 579. 17. *Ημέρᾳ Σαββάτῳ*] In ejusmodi statuarum dedicationibus sub Principibus Christianis ut plurimum deligebantur dies festi, neque tamen semper, ut ex hoc loco patet. Lex II. Cod. de Statuis et Imagin. *Si quando nostrae statuae vel imagines eriguntur, sive diebus, ut adsolet, festis, sive*

Digitized by Google

communibus, adsit Judex sine adorationis ambitioso fastidio, ut ornamentum diei et loco et nostrae recordationi sui probet accessisse praesentiam.

V 505 *Pag.* 579. 19. *Νίκη κατὰ Περσῶν*] Marcellinus Comes.

Pag. 580. 6. *Πολλοὶ σεισμοὶ*] Marcellin. *terrae motus multis in locis fuit.*

Pag. 580. 13. *Εκήρυθη*] Socrat. lib. VII. cap. XXV. *ἐμηνύθη περὶ τὴν τρίτην καὶ εἰκάδα*, Constantinopoli scilicet, cum Augustus Ravennae antea fuisset renuntiatus. Vide Notas Valesii ad hunc locum Socratis, et Gotthofredum in Chronol. Cod. Theod. hoc anno.

Pag. 580. 16. *Θεοδοσίου Αὐγ. τὸ ιβ'.*] De hoc Consulatu egit Sirmondus ad Sidonium in Panegyrico Aviti, initio.

P 574 *Pag.* 580. 18. *Ιερίου*] De quo idem Gotthofredus in Prosopographia Cod. Theod. De Thermis Theodosianis diximus in Constantinopoli Christ. lib. I. sect. XXVII. n. V.

Pag. 580. 19. *Τὸ δημόσιον*] Constantinopol. Christ. lib. I. sect. XXVII. n. V.

Pag. 581. 7. *Φλωρεντίου*] Quaedam Leges Cod. Theod. habent hoc anno *P. C. Felicis et Tauri.*

Pag. 581. 10. *Καὶ Βάσσου*] Subscriptio Constitut. Theodosii et Valentiniani de iis qui ad Ecclesias confugiunt, in tertia Synodo: *Proposita Indictione* XIIII. *Pharmuti mensis* XII. *Dat. Kal. April. C P. Antiocho V. C. et qui fuerit nuntiatus.*

Pag. 581. 11. *Εν ἔτει νά'*, etc.] In quo quidem annorum calculo, ut et infra anno CDLII. Christo XXX. duntaxat annos juxta veterum aliquot Patrum, atque adeo Africani sententiam, ut auctor est Hieronymus, adsignat: quo fit ut quae secundum illum calculum hic subinde inseruntur, ejusdem Africani esse existimare liceat, uti monuimus in Praefat. N. XXIII. Vide Grandamicum parte III. Chronolog. Christ. p. 124.

Pag. 582. 5. *Τὰ ὅρια*] Constantinopol. Christ. lib. II. sect. X.

Ibid. *Αχιλεὺς*] Ibid. lib. I. sect. XXVIII. n. I.

Pag. 582. 7. *Αρεοβίνδου*] Holsten. *Αρεοβίνδα.*

Pag. 582. 12. *Σιγισβάλδου*] Rectius editio Scaligeri, et Fasti Vossiani, *Σιγισβούλδου*, qui Idatio et Victorio, et in Synodo Romana III. cap. XVI. et XVII. *Segisvultus:* Prospero et Senatori, *Sigisvultus:* Marcellino denique *Sigisvuldus* dicitur. Hic porro Consulatus sic notatur in Cod. Theod. *P. C. Isidori et Senatoris.*

Pag. 582. 13 *Επὶ τούτων*] Marcellin. Prosper. Id in annum CDXXXVI. rejicit Socrates lib. VI. cap. XLIV. Isidoro et Senatore Coss.

Pag. 582. 15. *Επετέλεσεν τοὺς αὐτοῦ γάμους*] Simili lo-

Digitized by Google

cutionis formula Marcellinus: *Valentinianus Caesar creatus, Theodosii Imp. Eudoxiam filiam sibi desponsavit.*

Pag. 583. 3. *Τὰ τείχη*] Inde muri isti Theodosiani appellati, de quibus agimus in Constantinopol. Christ. lib. I. sect. X. et XII.

Pag. 583. 12. *Ἰωάννης*] Marcellin. *Joannes natione Vandalus, Magisterque militiae, Arnegiscli fraude in Thracia interemptus est.*

Pag. 583. 15. *Ἀττίλας καὶ Βλίδας*] De utroque Prosper anno CDXLIV. Marcellinus Comes anno CDXLIII. Jornandes cap. XXXV. etc. Sic porro Attilae nomen effertur etiam apud Procopium, Evagrium, et alios, qui *Ἀττίλα* in nummo a nobis descripto in Famil. Byzantin. apud Priscum *Ἀττήλα*· apud Prosperum *Athila* et *Athela* indigitatur.

Pag. 583. 16. *Πατέρνον*] Leg. *Πατερλον* ex Holstenio et Fastis. Vide Sirmondum ad Ennodii Diction. VII.

Pag. 584. 5. *Ἐν τούτῳ τῷ ἔτει*] Historiam hanc pariter narrat Cedrenus.

Pag. 584. 19. *Κατὰ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας*] Jurare per salutem Imperatoris olim solemne, ut est apud Sozomenum lib. IX. cap. VII. Palladium in Vita Chrysostomi cap. XIV. Codin. in Origin. Constantinopol. p. 200. ut infinitos alios praeteream. Vide Notata ad Cinnamum pag. 483. et Gloss. med. Lat. in v. *Juramentum*, sub fin.

Pag. 584. 21. *Καὶ ἐκέλευσεν*] Cedren. *κελεύει τὸ μῆλον εἰσενεχθῆναι*, quomodo vox postrema hic legenda.

Pag. 585. 3. *Ἀποκτανθῆναι*] Caedem Paulini ad ann. CDXL. refert Marcellinus: *Paulinus Magister Officiorum in Caesarea Cappadociae, jubente Theodosio Principe interemptus est.* Perperam etiam scripsit Cedrenus hac ipsa nocte interfectum. Vide Codini Origin. Constantinopolit. p. 56.

Pag. 585. 7. *Καὶ ἀπιοῦσα*] Bis sacra loca adiit Eudocia, ut recte ait Evagrius lib. I. cap. XX. ac primo quidem sub ann. V 506
DXXXVIII. ex quibus saltem redux erat anno sequenti. Marcellinus: *Eudocia uxor Theodosii Principis, ab Hierosolymis urbem Regiam remeavit, beatissimi Stephani primi Martyris reliquias, quae in Basilica S. Laurentii positae venerantur, secum deferens.* Quae quidem Protomartyris reliquiae revelatae fuerant anno XXI. Honorii, ut est apud Sozomen. lib. IX. cap. ult. in Chron. Idatii, et apud Theophan. an. XIX. Eo autem concesserat ex voto, si filiam suam nuptam vidisset, ut scribit Socrates lib. VII. cap. XLVIII. Adde Theophanem an. XXVII. Theod. Anno sequenti, Paulino interfecto, secundum eundem Marcellinum, facultate a Theodosio impetrata, rursum eo concessit, ibique reliquum vitae exegit, ut narrat idem Marcellinus sub an. CDXLIV. in quem Auctor Chronici, quae Eudociae ob pomum Phrygium contigere,

Digitized by Google

conjicit: non quod ea tum acciderint, sed quod isto anno Eudocia, cum ex iis minus se conjugi gratam animadverteret, sacra loca rursum adeundi facultatem ab illo obtinuisset, ubi extremum diem obiit anno v. Marciani, ut est apud Theophanem, Cedrenum, et Symeonem Logothetam, proinde anno Christi CDLIV. Indictione VII. At Cyrillus Scythopolitanus in Vita MS. S. Euthymii cap. XXV. ait obiisse XX. Octobr. Indict. XIV. quae in annum cadit CDLX. Ut porro complures Aedes sacras in Palaestina aedificarit, hisce verbis refert cap. XXXIV. *Ἡ δὲ μακαρία Εὐδοκία Ἐκκλησίας μὲν ὅτι πλείστας τῷ Χριστῷ ᾠκοδόμησε, μοναστήρια δὲ καὶ πτωχεῖα καὶ γηροκομεῖα τοσαῦτα ἅπερ τῆς ἐμῆς οὔκ ἐστι δυνάμεως ἀριθμεῖν.* Meminit praeterea idem Scriptor in Vita S. Sabae, Eudociae in Locis sanctis commorantis, et ut cum eodem Sancto Euthymio conversata fuerit, enarrat.

P 575 *Pag.* 585. 9. *Εἶπεν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ*] Deest vox *ἐν*. Vide Evagrium lib. I. cap. XX. et cap. XVIII. ubi de hac aede.

Pag. 585. 13. *Στήλην Χαλκῆν*] Evagrius: *καὶ εἰκόνι ἐκ Χαλκοῦ τεχνικῶς ἠσκημένῃ παῖδες Αντιοχέων αὐτὴν τετιμήκασιν, ἣ καὶ μέχρις ἡμῶν σώζεται.*

Pag. 585. 16. *Εἰς Ἱεροσόλυμα*] Evagrius lib. I. cap. XXI. XXII.

Pag. 585. 20. *Καὶ κτίσασα μνῆμα*] In aede S. Stephani, stadio ab Urbe, ab ipsa condita, ut est apud Evagrium cap. XXII. et Cedrenum pag. 337.

Pag. 586. 1. *Καὶ Νόμου*] Sic Cod. Vatic. non vero *Νύμου*, uti ediderat Raderus. Fasti etiam Vossiani, *Nomum:* Victorius, *Nomium:* Prosper, Senator, Marianus, Wigorn. *Nonium* vocant. Sed *Νόμιον* exerte appellat Priscus pag. 71. edit. Reg. quem Magistrum et Patricium fuisse ait. Idatius vero ex Cod. MS. ita hunc Consulatum consignat: *Valentiniano* VI. *et Aetio* II.

Pag. 586. 2. *Λεοντίου*] Scalig. *Λεοντίνου*. Fasti Vossiani, *Aetiov.* Idatiani, *Aetio* III. ubi Symmachum omittit, quem alii habent.

Pag. 586. 3. *Αλυπίου*] *Callepium* vocant Marcellinus, Prosper, Idatius, Victorius et Senator. *Αλύπιον* etiam habent Fasti Vossiani.

Pag. 586. 4. *Μαρκιανόπολις*] *Mysiae urbs a sorore Trajani Principis ita cognominata*, inquit Ammianus lib. XXVII. quam Scythae qui finitimi erant, ut ibidem et lib. XXXI. testatur, obtinebant, quamque ii Tiberio imperante rursum ceperunt, ut Auctor est Simocatta. Ab ea Scythicae regionis proximitate pars illa Thraciae *Θράκη Σκυθίας*, in qua extitit Dorostolus, dicitur in hoc Paschali pag. 297. Marcianopolis in Aemimonte statuitur in Notitia Leonis Imp. una cum Hadrianopoli.

Pag. 586. 5. *Αναργίσκος*] Marcellinus: *Arnegiscli Magi-*

Digitized by Google

ster militiae in Ripense Dacia juxta Utum amnem, ab Attila Rege, viriliter pugnans, pluribus hostium interemptis, occisus est. Priscus Rhetor: *Τοῦτο μαθὼν ὁ Ορνιγίσκλος* (leg. *Αρν..*) *αὐτὸς γὰρ εἶχε τὴν πρὸς Θρακίῳ μέρει τοῦ ποταμοῦ φυλακήν*, etc.

Pag. 586. 6. *Σεισμοὶ μεγάλοι*] Marcellinus Comes.

Pag. 586. 9. *Γέγονε γὰρ ἀπειλὴ μεγάλη*] Ubi *ἀπειλὴ* idem valet quod *φόβοι*, in Chrysostomi Homilia inscripta, *εἰς τὴν μνήμην τοῦ ἁγίου Βάσσου*, quae dicta dicitur *εἰς τοὺς φόβους*, ubi in contextu, *τῶν φόβων ἀνάμνησις*, seu *terrae motus annua commemoratio*, non istius cujus hic mentio, siquidem multo post V 507
Arcadium accidit: sed alterius, de quo alibi egimus.

Pag. 586. 11. *Τῆς Λιτανίας*] Ejusmodi Litanias in hisce terroribus attigit ibidem Chrysostomus: *Τμεῖς δὲ πανννχίδα ἐπετελέσατε, καὶ τὴν πόλιν πᾶσαν τῇ βάσει τῶν ἁγίων ὑμῶν ποδῶν ἐξεκαθήρατε, τῷ περιπάτῳ τὴν ἀγορὰν ἀναμετρήσαντες, καὶ τὸν ἀέρα ἅγιον ἐργασάμενοι*, etc.

Pag. 586. 12. *Τρικόγχῳ*] Constantinopol. Christ. lib. II. sect. IV. n. XI. lib. IV. sect. VII. n. I.

Pag. 586. 16. *Ποστουμιανοῦ*] Hanc vocem delet Holstenius, quam habent Fasti.

Pag. 586. 17. *Αστερίου*] Ita Victorius et Senator. Fasti Vossiani, *Αστορίῳ*, et *Asturio*, Prosper, Marcellinus, Idatius in Fast. et in Chronico an. XVII. XIX. et XXVI. Theodosii Jun. (ubi *Dux utriusque militiae* dicitur) et Victor Tnnnunensis. Vide Sirmondum ad Ennodium lib. I. Epist. XXIV. et ad Sidonium lib. VIII. Epist. V.

Pag. 586. 18. *Μαρίνα*] Vide Famil. Byzant.

Pag. 587. 1. *Αλβίνου*] Ita Victor Tunnunensis: at Cod. Vatic. Scaligeri edit. et Fasti Vossiani, *Αβιηνοῦ*, *Abieno*, Marcellinus: *Avieno*, Prosper, Idatius, Victorius et Senator habent. Vide Sirmondum ad Ennodii lib. I. Epist. V. et XII. et ad Sidonii lib. I. Epist. IX.

Pag. 587. 3. *Δευτέρα Σύνοδος*] Hanc in annum CDXLIX. rejiciunt Marcellinus et Prosper, Victor vero Tunnunensis in annum CDXLVIII.

Pag. 587. 16. *Αλλάριχον*] De quo passim Scriptores, et ex iis Catellus in Hist. Occitanica.

Ibid. *Εἰς τὰς Γαλλίας*] Cod. Vat. *Εἰς τὰς Γαλλίους*. Mox: *προετρέψατο ἅμα αὐτῷ κατὰ Αττήλα*. Radero consentit Scaliger.

Pag. 588. 1. *Τελευτᾷ καταφορᾷ αἵματος*] Ita Jornandes de Rebus Getic. cap. XLIX. Theophanes anno IV. Marciani, etc. At Marcellinus Comes *noctu mulieris manu cultroque confossum* scribit.

Pag. 588. 4. *Πρίσκος*] Res etiam gestas Attilae praeter

Digitized by Google

Priscum alii sunt prosecuti, Jornandes in primis, Evagrius lib. I. cap. XVII. Marcellinus Comes, Prosper, Theophanes, etc.

Pag. 588. 6. *Κύρος*] De quo consulendus Henric. Valesius ad Evagrium lib. I. cap. XIX.

Pag. 588. 8. *Εἰς τὴν καροῦχαν*] Leg. *προῆλθεν εἰς τὴν καροῦχαν*. Alia proinde fuit carruca Praefecti Urbi a carruca Praefecti Praetorio, quae longe forte ornatu alteram excesserit, tametsi in Notitia Imperii Occidentalis cap. III. et IV. utraque simili delineetur. Porro Praefecti Praetorio carrucae mentio fit infra sub annum XVI. Zenonis, ut Praefecti Urbi sub ann. XIII. Arcadii. Trahebantur carrucae IV. equis in fronte dispositis, uti exhibentur in eadem Notitia. Theophanes describens adventum Heraclii in urbem Constantinopolitanam, confecto bello Persico: *Εφερον δὲ καὶ ὄχημα ὅπου ἐκαβαλίκευσαν οἱ πάλαι οἱ Βασιλεῖς μετὰ τεσσάρων τρόχων ἀργυροδιαχρύσων, καὶ φάρια τέσσαρα μεγάλα καὶ θαυμαστὰ καὶ ὁλόλευκα σύροντες τοὺς τροχούς, ὅπως καθίσῃ ὁ Βασιλεὺς ἐπ' αὐτοῦ*. Adde Chrysostomum Homil. IV. de Misericordia Dei.

P 576 *Pag.* 588. 11. *Εσπερινὰ φῶτα*] De hisce luminibus quaedam adnotavimus lib. I. Constantinop. Christ. sect. XXVII. N. II. pag. 90. Caeterum infra mox lege, *ἐχόλωσεν*.

Pag. 588. 16. *Εἰς Σμύρνην*] Ita etiam Theophanes.

Pag. 588. 21. *Ητησαν αὐτὸν προσφωνῆσαι*] S. Ambrosius lib. I. de Officiis Ministrorum, de se adhuc Catechumeno in Episcopum electo: *Ego enim raptus de tribunalibus, atque administrationis infulis ad Sacerdotium, docere vos coepi quod ipse non didici. Itaque factum est ut prius docere inciperem, quam discere.* Et paullo ante: *Cum jam effugere non possimus officium docendi, quod nobis refugientibus imposuit Sacerdotii necessitudo.*

Pag. 589. 5. *Εως θανάτου αὐτοῦ*] Testatur Suidas vitam produxisse Cyrum usque ad tempora Leonis M.

Pag. 589. 7. *Αὐδυναίῳ*] Cod. Vatic. *Αὐδυνέῳ*. Sic interdum variant Codd. MSS.

Ibid. *Τρωαδησίων ἐμβόλων*] Constantinopol. Christ. lib. II. sect. III. n. III.

V 508 *Pag.* 589. 8. *Επὶ χρόνον*] Legendum videtur *ἐκράτησαν γὰρ ἐπὶ χρόνον*, etc. ut anno CDXLVIII.

Pag. 589. 17. *Τούτῳ τῷ ἔτει*] Quaedam hoc loco habet Scriptor Chronici de morte Theodosii Jun. ab aliis indicta, vel certe minus explicata.

Pag. 589. 19. *Λευκοῦ ποταμοῦ*] Sic Cod. Vatic. sed legendum *Λύκου*, ut supra anno XII. Domitiani, fluvioli scilicet ita appellati, qui Urbem Constantinopolitanam praeterfluit, tametsi ita habeat Theodorus Lector Eclog. I. init. ubi perperam scribit Theodosium ad venationem egressum, *εἰς Λεύκιον ποταμὸν παραχθῆναι*, et sequenti nocte mortuum: cum Scriptor

Digitized by Google

Chronici duntaxat dicat, per eum fluvium in Urbem delatum. Lyci autem istius fluvii mentio praeterea habetur apud Simeonem Logothetam in Chronico MS. in Domitiano, Cedrenum in Claudio, Codinum de Orig. Constantinopol. Chrysoloram in Comparat. veteris et novae Romae, etc.

Ibid. *Λεκτικίῳ*] Addit Cedrenus, *ἤτοι φορείῳ.*

Pag. 590. 1. *Εἶπεν αὐτῇ*] Ita Cedrenus et Nicephorus Callist. lib. XIII. cap. LVIII.

Pag. 590. 3. *Καὶ τῶν λοιπῶν συγκλητικῶν*] Pulcheriam Senatus et omnium Ordinum consensu Imperium Marciano detulisse scribit Evagrius lib. II. cap. I. nulla Theodosii facta mentione.

Ibid. *Εφάνη μοι*] Cedren. *ἐδείχθη μοι ὅτι σε δεῖ γενέσθαι Βασιλέα μετ' ἐμέ.* Quae porro illa fuerint Marciani Imperii signa passim recitant Scriptores, Procopius lib. I. Persic. cap. IV. Evagrius lib. II. cap. I. Theophanes, Cedrenus, Logotheta, Zonaras, Manasses, Glycas, etc.

Pag. 590. 4. *Καὶ μεθ' ἡμέρας*] *Δύο* supplet Cedrenus.

Pag. 590. 6. *Σπαθάριος*] Chrysaphius Eunuchus, qui et *Τζουμᾶς* appellatus, ut est apud Theodorum Lectorem, vel *Ζουμνᾶς*, ut habet Cedren. et *Βασιλέως ὑπερασπιστὴς* dicitur Prisco in Legat. pag. 37. Vide Notas ad Zonarae Annal.

Pag. 590. 7. *Πόρταν Μελαντιάδος*] Constantinopol. Christ. lib. I. sect XV. n. XV.

Pag. 590. 8. *Ἀπὸ τοῦ Κερκεσίου*] Legendum forte *ἐξερκέτου*, ut infra in Leone M. Nam a militibus praesertim Praetorianis fere semper, non vero a Factionibus Circensibus *levabantur* Imperatores, id est, in clypeum efferebantur. Vide Grandamicum parte III. Chronolog. Christ. p. 125. ubi de Marciani creatione ex Chronico Paschali.

Pag. 590. 15. *Καὶ Ἀδελφίου*] Qui sub mensem Octobr. nondum notus erat Constantinopoli, ut colligitur ex Concil. Calchedonensi, quod initum dicitur sub VIII. Id. Octobr. *Consulatu Domini Marciani PP. Aug. et qui fuerit nuntiatus.*

Pag. 590. 16. *Τῶν ἁγίων μ'.*] Quae hic narrantur de Inventione Reliquiarum SS. XL. Martyrum, et de aede a Caesario Cos. et Praefecto Praetorio ibi extructa, videntur contigisse Sebastiae, non vero Constantinopoli, tametsi aedes S. Thyrsi in ea urbe extiterit. Nam Troadensium murorum Constantinopoli nulla, quod sciam, extat memoria apud Scriptores, qui ita appellati fuerint Sebastiae ex marmore Troadensi aedificati, quemadmodum Porticus Troadensis Constantinopoli.

Pag. 590. 20. *Καισάριος*] Quis hic Caesarius Consul et Praefectus mihi non liquet, cum hacce tempestate nullus in Fastis hac nomenclatura Consul occurrat. Alium enim prorsus a

Digitized by Google

Caesario, qui Praefectus Praetorio sub Theodosio M. et Consul cum Attico anno CCCXCII. evincit temporum ratio.

Pag. 591. 1. *Ετους υκβ'.*] Vide Grandamicum parte III. Chronol. Christ. p. 127.

Ibid. *Πουλχερία*] De die et anno mortis Pulcheriae egimus in Familiis Byzantinis, ex Scriptoribus ibi laudatis, quos si consuluisset Petavius lib. III. de Doctr. Temp. cap. XLII. non dixisset ita ambigue locutum Auctorem Chronici, ut nescias an nota illa temporis proxime adscripta ad Augustae mortem, an vero ad Inventionem Capitis Sacri Praecursoris referri debeat, cui omnino et unice convenire testatur Marcellinus Comes hoc anno, ubi hac Inventione narrata, subdit, non indicato die, Pulcheriae obitum.

V 509 *Pag.* 591. 6. *Επὶ τῶν προκειμένων Τπάτων*] Historiam secundae Inventionis Capitis S. Joannis Baptistae in Emesena civitate facta, ab Abbate Marcello scriptam, edidimus post Tractatum de Capite ejusdem Sancti Praecursoris, ex Cod. Regio; quae quidem laudatur a Nicephoro Urano in Vita S. Danielis Jun. Stylitae n. VII. cum versione Dionysii Exigui, a quo prima di-

P 577 citur, quasi illam quae sub Theodosio M. contigit, non agnoverit, licet alii tres Inventiones admittant, atque ipse Theodorus Studita ea Oratione quam *εἰς τὴν τρίτην εὕρεσιν τῆς τιμίας Κεφαλῆς τοῦ ἁγίου Προδρόμου* inscripsit, quamque edidimus post eundem Tractatum nostrum de his tribus Inventionibus, cum duabus aliis narrationibus de secunda.

Pag. 591. 9. *Τῇ μέσῃ ἑβδομάδι τῶν νηστειῶν*] Qui de Capitis S. Joannis Bapt. Emesae facta Inventione scripsere, Marcellin. Comes, a quo ad XXIIII. Februarii, Abbas Marcellus et Auctor Chronici Paschalis, a quibus ad XVIII. ejusdem mensis refertur, hanc media Jejuniorum, seu Quadragesimae hebdomade, hoc anno hisque Coss. contigisse volunt, quod a vero omnino alienum est. Anno quippe Christi Dionysiano, CDLIII. quo, secundum Chronologos omnes, Vincomali et Opilionis Consulatus incidit, XVIII. vel XXIII. Februarii dies in hac septimana occurrere debuerint: quod fieri nequaquam potuit, cum eo anno Pascha XII. Aprilis extiterit, proindeque Dominica tertia et quarta Quadragesimae, quae Jejuniorum hebdomadem includunt, in VIII. et XV. Martii mensis inciderint, juxta observatam et receptam a Graecis magnam Quadragesimam. Sed an ista possint conciliari videamus, et an anni Epocha ab Abbate Marcello indicata cum XVIII. Februarii convenire queat, quo sacrum istud Caput e terrae sinu primum est erutum, et cum XXIIII. quo in Monasterii Secretarium illatum est. Marcellus quidem et Chronici Paschalis Auctor hanc factam Inventionem aiunt anno Syromacedonum DCCLXIII. Indict. VI. imperantibus Valentiniano et Marciano, atque adeo Antiochenorum DI. anno, ut subdit idem

Digitized by Google

Scriptor Chronici. Cum porro Syromacedonum Epocha vulgarem Christi Epocham CCCXII. annis praecedat, illaque Kal. Octobris ineat, sequitur annum DCCLXIII. incidere in mensem Octobrem anni Christi vulgaris CDLI. mense vero Februario sequenti in annum Dionysianum CDLII. quo Pascha extitit XXIII. Martii, ac proinde media Jejuniorum septimana coepit feria I. die XVIII. mensis Februarii, qui eo anno XXIX. dies habuit ob bissextum, desinebatque in Dominicam sequentem, XXIV. ejusdem mensis. Quae quidem quadrant omnino cum Marcelli Narratione, scribentis, Uranium Episcopum Caput S. Joannis Baptistae ex loco ubi inventum fuerat, in Secretarium attulisse die Dominica XXIV. ejusdem Februarii mensis. Alia quippe fuit media Quadragesimae septimana apud Graecos, ab ea quam Latini *Mediana*m vocant, cum apud Graecos illa sit quae Medianam Latinorum praecedit. Quadragesimam quippe ii auspicantur a Feria II. Sexagesimae, ita ut revera VIII. septimanis illa constet, quarum quarta Dominica mediam Quadragesimae conficit, quae ideo μέση τῶν νηστειῶν, et μεσονήστιμος appellatur. Nam apud eosdem Graecos, ut recte observat Allatius, quaevis septimana nomen accipit a sequenti Dominica: quod etiam firmatur ex Kalendario Aethiopico apud Scaligerum, in quo media Quadragesima ad diem XXVII. refertur, qui *Mons Oliveti*, ex Evangelio diei appellatur. Ex quibus omnino conficitur hanc Inventionem contigisse anno Christi Dionysiano CDLII. non vero sequenti, ut velle videntur Marcellinus Comes et Auctor Chronici Paschalis. Nec refert quod haec Inventio ad Indictionem VI. a Marcellino et Auctore Chronici referatur: id enim intelligendum de translatione ejusdem Capitis S. Joannis ex Secretario, ubi primum depositum fuerat, in Monasterium Spelael appellatum, ac postea aedificatum, quam factam fuisse XXVI. mensis Octobris, Indict. VI. anno (Syromacedonum) DCCLXIII. recte scribit Auctor Narrationis V 510
istius Inventionis, a nobis olim editus. Quippe temporis plerique characteres quadrant in annum CDLII. Nam Indictio VI. mense Octobri hoc anno extitit, et annus Syromacedonum DCCLXIII. hoc ipso mense initium sumpsit. Quadrat etiam (quicquid dicat Scaliger in Canonib. Isagogicis pag. 301.) annus Antiochenus DI. qui inibat a mense Maio. At in anno a S. Joannis Baptistae caede, quae contigit anno Christi XXXI. Augusti XXIX. ad annum quo illius Caput inventum volunt, mense Februario anno DLIII. putat Auctor Chronici annos CDXXV. quibus si addantur XXXI. fiunt anni CDLVI. manifesto errore. Proinde ut hic characterismus cum caeteris quadret, pro ϡκε. legendum ϡκα. prona emendatione, ut fiat annus CDLII. mense scilicet Octobri. Quod vero Marcellino Comiti et Auctori Chronici Paschalis hallucinationis occasionem praebuit, id fuit, quod inventionem Capitis S. Joannis Baptistae cum illius Translatione in Monasterium

Digitized by Google

Spelaei confuderint, cum Inventio facta revera fuerit anno CDLII. Februarii XVIII. in Secretario vero depositio XXIV. ejusdem mensis, interim dum Ecclesia in qua deponeretur, esset aedificata, quod demum anno proximo contigit sub mensem Octobrem.

Pag. 591. 10. *Αντιοχέων φα'.*] Ad hunc locum consulendus praeter Scaligerum loco laudato, Petavius lib. x. de Doctr. Temp. cap. LXII. pag. 266.

Pag. 591. 11. *Αφ' οὗ ἀπετμήθη*] Emendat Anton. Allenus, *ἐφ' οὗ, ἐπεὶ ἐτμήθη, quo postquam capite truncatus est.*

Pag. 591. 14. *Βασιλεύοντος Ανθημίου*] Atqui hoc anno nondum imperabat Anthemius: sed anno proximo Consul duntaxat fuit.

Pag. 591. 15. *Οἶκος τοῦ ἁγίου Θωμᾶ*] Constantinopol. Christ. lib. IV. sect. V. n. XXXV.

Pag. 591. 17. *Ανθημίου*] Scaligeri editio, *Ανθήμου*, ut paulo ante.

P 578 *Pag.* 592. 1. *Μέσον τῶν δύο δαφνῶν*] *In Campo Martio* interemptum Valentinianum III. scribunt Victor Tunnunensis, Senator, etc. *In Campo Martio, cum pro tribunali residens, concionaretur ad populum*, Renatus Frigeridus apud Gregor. Turon. lib. II. Hist. cap. VIII. *Extra Urbem ludo gestationis intentum*, Idatius: *In Palatio*, Theophanes, Cedrenus, Symeon Logoth. et Zonaras. Duas vero istas lauros nemo ex iis attigit.

Ibid. *Βασιλεὺς Μάξιμος*] Vide Sirmond. ad Sidon. lib. II. Epist. XIII.

Pag. 592. 4. *Καὶ Ονωρίαν*] Solus Auctor Chronici Honoriam vocat, quam alii *Eudociam*, vel *Eudoxiam*: adeo ut binominem fuisse liceat existimare. Vide Famil. Byzant. p. 74.

Pag. 592. 6. *Ζινζίριχος*] Theophanes, Cedrenus, Zonaras, Glycas, Manasses, etc. *Γιζέριχον* vocant: *Γεζέριχον* Damascius in Vita Isidori.

Pag. 592. 9. *Ουάρανᾶ*] Ita Marius Aventic. Scaligeri editio, *Ουαράνου*· Fasti Vossiani, *Βαρανοῦ*· Senator, *Joanne et Varani*: sed legendum *Varane*, ut apud Marcellinum et Victorem Tunn. tametsi ita praeferat ejusdem Senatoris Cod. Colbert. MS. praeclarae antiquitatis. Idatius vero hoc anno habet, *Avito Aug. Cos.* de cujus Consulatu consulendus Sirmondus ad Sidon. in Panegyrico ejusdem Aviti.

Pag. 592. 10. *Εφίλει τὸ Βένετον μέρος*] Ut Caracalla apud Xiphilinum, Justinianus apud Procopium lib. II. Pers. cap. XI. et Evagrium lib. IV. cap. XXXII. Focas apud Theophan. an. VII. et in Chronico Paschali an. I. Focae, et an. XIII. Heraclii: quo etiam spectant quae habet idem Theophanes anno IV. Justini Jun. Caligula vero Prasinis, apud Dionem lib. LVII. et Xiphilinum: Nero apud Suetonium cap. XII.

Digitized by Google

Verus apud Capitolinum, Commodus et Elagabalus apud eundem Xiphilinum favisse dicuntur: Chosroes apud eundem Procopium loco laudato, quod Justinianum Venetae factioni favere accepisset, ipse Prasinae favit. Denique Justinus Junior, cujus haec vox in Circo tumultuantibus Factionibus, ad Venetos, ὁ Ἰουστινιανὸς ἐτελεύτησε, et ad Prasinos, ὑμῖν Βασιλεὺς ζῇ, ut est in Chronico MS. ab Adamo ad Leonem Sapientem. Sed de ejusmodi Factionum fautoribus copiose egit Caesar Bulingerus lib. de Circo cap. XLVI. V 511

Pag. 592. 11. *Κωνσταντίνου*] De quo Priscus: *Κωνσταντῖνος τρίτον μὲν τὴν Ὑπάρχων λαχὼν ἀρχήν, πρὸς δὲ τῇ Ὑπατικῇ ἀξίᾳ, καὶ τῆς Πατρικιότητος λαχὼν ἀρχήν.*

Pag. 592. 17. *Λέων*] Cogn. *Magnus*, et *Μακέλλης*, ob caesum Asparem: quomodo Julius Capitolinus Macrinum Imperatorem ait a servis suis, non *Macrinum* dictum, sed *Macellinum*, quod *macelli specie domus ejus cruentaretur sanguine vernularum.*

Pag. 593. 1. *Λέοντος*, etc.] Ita Marcellinus, Senator, etc. Victor Tunnunensis Leonem Augustum Consulem solum habet: Idatius ex Cod. MS. perperam hos Coss. in sequentem annum rejicit.

Pag. 593. 2. *Ρεκιμέρου*] *Patricio et Ricimero*, seu *Recimere Coss.* apud Marcellin. Victorem Tunnunensem, Victorium, Senatorem, etc. Fasti Idatii MSS. *Rechemero, et qui de Oriente.* Is fuit Patricius Asparis filius.

Pag. 593. 4. *Ἀνγουσταῖον*] Constantinopol. Christ. lib. III. sect. XXIII.

Pag. 593. 7. *Τὴν μεγάλην Κιστέρναν*] Ibid. lib. I. sect. XXVIII. n. IX.

Ibid. Παλαιοῦ τείχους] Ibid. in Orig. Byzant. sect. VIII.

Pag. 593. 9. *Ἀπολλωνίου*] Sic Fasti. *Apollinarem* perperam vocat Marius Aventic.

Pag. 593. 10. *Σευεριανοῦ*] Idatius, *Severiano, et qui de Oriente*, qui fuit Dagalaifus. Istius Severiani meminit, ni fallor, Damascius in Vita Isidori apud Photium pag. 1071. *Severinus* dicitur Marcellino, Victori Tunn. Victorio, Senatori, etc.

Pag. 593. 11. *Καὶ Σερπεντίνου*] Cod. Vatic. et Scalig. *Σερπεντίου*. Sed legendum *Σευερινοῦ*, ex Vict. Tunn. quem Hilarus Papa, Idatius, Victorius et Senator *Severum* vocant. Marcellinus Comes *Leonem solum Cos.* hoc anno habet.

Pag. 593. 12. *Βιβιανοῦ*] Marius Aventic. Victorius et Senator, *Basilium et Vivianum:* Idatius, *Basilium et Gadaïfum:* Marcellinus Comes, *Vivianum et Felicem:* denique Victor. Tun. *Leonem Aug.* II. *et Vivianum* hoc anno legunt. Sed hic duos

Digitized by Google

Consulatus confudit Victor. Vide Sirmondum ad Sidonii lib. I. Epist. IX. et Pagium in Prolegom. ad Dissert. Hypat. n. XXXVII.

Pag. 593. 16. *Pουστικίου*] Ita Marcellinus et Marius Aventic. quem alii *Rusticum* vocant.

Pag. 594. 2. *Τὸ μαρτύριον*] Quod *Μάνδραν* peculiari nomenclatura appellarunt, uti observamus in Gloss. med. Graecit. in v. *Μάνδρα*.

Pag. 594. 4. *Ολύβριος*] De quo in Famil. Byzant. pag. 74.

Pag. 594. 7. *Τὴν Εὐφημίαν*] Constantinopol. Christ. lib. IV. sect. VII. n. XIII.

Pag. 594. 9. *Αρεοβίνδου τοῦ μονομαχήσαντος*, etc.] Singulare istud Areobindi certamen sic describit Anonymus in Chronico MS. ab Adamo ad Leonem Sapientem, in Theodosio Juniore: *Επέλευσε δὲ ὁ Βασιλεὺς Περσῶν κατὰ Ρωμαίων· ἀπέστειλε δὲ καὶ Βασιλεὺς Προκόπιον στρατηλάτην κατ' αὐτῶν. Ο δὲ Περσῶν Βασιλεὺς δηλοποιεῖ Προκοπίῳ, ὡς ὅτι ποιεῖ πάκτα εἰρήνης μετὰ Ρωμαίων ἐπὶ πεντήκοντα ἔτη, ἐὰν ἡττήθῃ ὃν προβάλλομαι Πέρσην εἰς τὸ μονομαχῆσαι· εἰ δὲ ἡττηθῇ παρ' αὐτοῦ ὁ ἀπ' ὑμῶν μέλλων μανομαχεῖν, αὐτὸν λαμβάνειν μέχρι πεντηνάρια*
P 579 *πεντήκοντα, καὶ τὰ ἐπ' ἔτους δῶρα. Πάντα ταῦτα ἀποδεξάντων, ἐπῆλθεν ὁ Πέρσης. Ο δὲ στρατηλάτης ἀπέστειλε τὸν Αρεόβινδον Κόμητα Φοιδεράτων· καὶ ἐπῆλθον ἔνοπλοι καὶ ἔφιπποι, τοῦ Αρεοβίνδου σώκιστρον κατέχοντος, καὶ πρώτου τοῦ Πέρσου ὁρμήσαντος κατ' αὐτοῦ, καὶ πλαγιάσας ὁ Αρεόβινδος, ἐσώκισεν αὐτὸν τῷ σωκίστρῳ, ᾧ ἐπεφέρετο, καὶ κατενεγκὼν ἐκ τοῦ ἵππου, ἔσφαξε· καὶ ἐποίησε πάκτα εἰρήνης ὁ Βασιλεὺς Περσῶν. Εἰσελθὼν δὲ ἐν τῇ πόλει Αρεόβινδος καὶ μεγάλως παρὰ τοῦ Βασιλέως ἀποδεχθεὶς, προήχθη Υπατος.* Idipsum verbis aliis narrant Georgius Hamartolus, cujus locum attulimus in Glossar. med. Graecit. in v. *Σῶκος*, et Cedrenus p. 341. Huc porro respexit Theophanes an. XIV. Anastasii, ubi de Areobindo Dagalaiphi
V 512 filio, qui Consul ordinarius fuit: *Τούτου πρὸς πατρὸς ἐγένετο πάππος Αρεόβινδος, ὁ κατὰ τὸν Θεοδοσίου χρόνον εὐδοκιμήσας κατὰ Περσῶν.* Loco autem Chronici MS. allato, Areobindus Comes Foederatorum indigitatur, id est Gotthorum: nam et ipse Gotthus erat, ut satis indicat idem Georg. Hamartolus. Vide utrumque Glossarium, ubi de hac dignitate.

Pag. 594. 11. *Αρμεναρίχου*] Ita Candidus apud Photium, quem alii *Ermenerichum*, vel *Hermenericum* vocant. Vide Epistolas Hilari Papae, et stemma Asparis in Famil. Byzant. pag. 79.

Pag. 594. 14. *Επὶ τῆς βαθείας*] Scaliger cum nota mendi *Βασιλείας* ediderat. Est autem *Βαθεία* ima pars Circi, quae *vallis* nomine interdum donatur apud Ovid. Lucanum et Claudianum. Nam, ut est apud Dionem Chrysost. in Euboico, τὸ

Digitized by Google

θέατρόν ἐστιν ὥσπερ φάραγξ κοῖλον, πλὴν οὐ μακρὸν ἑκατέρωθεν, ἀλλὰ στρογγύλον ἐξ ἡμίσους.

Pag. 594. 15. *Εσκέλλησεν*] Sic Cod. Vatic. Sed leg. *ἐσκέλισεν*; *supplantavit*, seu arreptum per crura in fundam Circensis flexus dejecit. Psalm. CXXXIX. Οἵτινες διελογίσαντο ὑποσκελίσαι τὰ διαβήματά μου, *qui cogitaverunt supplantare gressus meos*: ubi Chrysostomus, ἔκρυψαν ὑπερήφανοι παγίδα μοι, καὶ ὀχυρώμασι διέτειναν παγίδα τοῖς ποσί μου. Nec est quod πεδίον legendum censeat Raderus, pro παιδίον, quomodo etiam praefert Cod. Vatic. quae postrema vox famulum significat, ut apud Latinos, *Puer*.

Ibid. Επὶ πρόσωπον] Amphilochius Orat. de Poenitentia p. 104. ἄνωθεν κάτω ἐπικέφαλα ἐκ τῶν οὐρανῶν καταχρημίσας; etc.

Pag. 594. 18. *Οἶκον τοῦ Στουδίου*] Constantinopol. Christ. lib. IV. sect. IV. n. XV.

Pag. 595. 1. *Ἐκάησαν*] Meminit istius incendii Priscus Rhetor pag. 43. edit. Reg. et Evagrius lib. II. cap. XIII. de cujus anno consentit Marcellinus Comes, quod a Theophane et Cedreno refertur sub ann. V. Leonis. Sancti autem Mamantis Festum agunt Graeci II. Septembris, contra quam Latini, qui XVII. Augusti. De eo porro incendio intelligendus etiam Candidus apud Photium, ubi narrat multam in eo restinguendo ab Aspare navatam operam. Nam anno XII. quo aliud incendium accidit, extinctus erat Aspar.

Pag. 595. 4. *Μόνου*] Sic etiam Marcellinus, Victor. Turr. Victorius, Senator, etc. *Tacianum*, vel *Tustianum*, Leoni adjungunt Anonymus Cuspiniani, et Marius Aventic. Hujus Tatiani meminit Priscus pag. 43. *ἐν τῇ τῶν Πατρικίων ἀξίᾳ καταλεγομένου*.

Pag. 595. 5. *Ἰωάννου*] De quo Theophanes anno VIII. Leonis.

Pag. 595. 6. *Ισσκάσιος*] Scaliger *Ισσκάδιος* hic edidit. Infra tamen *Ισσκάσιος* legit. Vide Theophanem an. XII. Cedren. an. X. Leonis, et Manassem.

Pag. 595. 7. *Κυεστώριος*] Quaestorem fuisse Antiochiae scripsit Cedrenus. Unde infra pro *κτήτωρ*, legendum *Κοιαίστωρ* censebat Holstenius, quod forte idem sit *κτήτωρ* et *οἰκήτωρ*. Certe Quaestores in Provinciis fuisse constat: sed cum Isocasius dicat una cum Praefecto Praetorio se jus dixisse, in dubium venire potest an Constantinopoli, an vero Antiochiae, cum Praefectus Praetorio etiam in sua Provincia vel districtu jus diceret.

Pag. 595. 14. *Ἰάκωβος*] Jacobi istius Archiatri meminit Marcellinus Comes ad annum CDLXII. quem natione fuisse Achivum ait. Illius quippe pater Hesychius, Medicus, patria

Digitized by Google

Damascenus, cum Rhodum, indeque Drepanum in Argivorum regione venisset, uxore ibi ducta Jacobum peperit: qua relicta, per XIX. annos peregrinatus, illaque interea alteri nubente, Constantinopolim rediit: quo cognito, Jacobus ad eum accessit, ubi Medicinae studium auspicatus, sub Leone Imp. inclaruit. Ita Suidas, qui alium statim Jacobum, qui ἀπὸ Δαμασκοῦ εἶλκε τὸ γένος, insignem pariter medicum memorat: cujus etiam meminit Damascius apud Photium pag. 1051. qui quidem non alius est a Jacobo qui Psychristus dictus est. [Qui quidem ψυχόχριστος semel ac iterum in eodem Suida edito appellatur, tametsi duo Codd. Reg. priorem lectionem praeferant, ac tueantur. *Ex Addendis.*]

Pag. 595. 20. *Ἐξετασθῆναι παρὰ Συγκλήτου*] Id nempe fere semper obtinuit apud Romanos, ut Senatores et summae
V 513 dignitates non nisi ab ipso Senatu, vel a Praefectis Praetorio aut Urbi in causis criminalibus audirentur. Narrat Spartianus Severum Imp. dum Commodo imperante Siciliam Proconsul regeret, quasi de Imperio vel Vates vel Chaldaeos consuluisset, reum factum, apud Praefectos Praetorio, quibus audiendus datus fuerat, absolutum esse. Idem factus Imperator, fieri Senatusconsultum coëgit, ne liceret Imperatori, inconsulto Senatu, occidere Senatorem, ut Auctor est idem Spartianus. Alexander Severus idcirco Senatores esse voluit Praefectos Praetorio, ne quis non Senator de Romano Senatore judicaret. Ita Lampridius. Idem Spartianus scribit dixisse Hadrianum Imp. se nunquam Senatorem nisi ex Senatus Sententia puniturum. Ex Constitutione Constantini Magni, quae habetur in Leg. I. Cod. Theod. de Accusat. et in Leg. I. Cod. Justin.
P 580 Ubi Senator in criminalibus causis indistincte Legibus publicis subduntur Senatores, nulla iis indulta fori praescriptione. Ex Lege vero Valentiniani et Valentis, quae est IV. Cod. Theod. de Jurisd. Senator, si in eum ageretur, coram Praefecto Urbi duntaxat conveniri poterat, scilicet in civilibus causis. In criminalibus autem ita jus fuit ex Leg. XIII. quae est Gratiani et Valentiniani Impp. eodem Cod. de Accusat. ut si Senator in Provincia criminis reus accusaretur, Judex Provinciae de causa cognosceret, nihil tamen de capite decerneret, verum vel ad Principem referret, vel ad Praefectum Urbi, ex suburbanis Provinciis: de caeteris autem ad Praefectum Praetorio, ita tamen ut in judicando quinque Senatores ei sociarentur: quod et statuit Honorius Imp. in Leg. ult. de Jurisd. ac observatum in Judicio de Basilio et Praetextato apud Senatorem lib. IV. Variar. XXII. licet ex Lege Valentiniani Senioris, quae est II. eodem Cod. de Exhib. reis, de Senatoribus ordinarios Judices ne cognovisse quidem posse videatur: denique Lege Zenonis ad Praefectum Praetorio, Cod. Justin. ubi Senatorem

Digitized by Google

summae dignitatis, in quibus Quaestoriam refert, a solo Principe, vel ab eo cui negotii audientiam vice sua sacris apicibus mandaverit, in causis criminalibus audiri poterant. Atque hinc patet cur Psychristus erga Imperatorem institerit, ut Isocasius coram Praefecto Praetorio audiretur.

Pag. 595. 20. *Καὶ εἰς τὸν Ζεύξιππον προσενεχθεὶς* [In textu restitue litteras inter imprimendum interceptas]] Atqui Zeuxippus Balneum publicum fuit, proinde nec locus idoneus ubi reus audiretur. Sic sane apud Theophanem et Georgium Monachum legimus Constantium Augustum Hermogenem ob Paulum Sede Antiochena pulsum Constantinopolim *εἰς τὸ κατὰ τὸν Ζεύξιππον λουτρὸν* evocasse, quasi cum illo de re aliqua vellet colloqui. Ita Menam Praefectum Vigilum in ipso Hippodromo examinatum tradit Scriptor anno VIII. Leonis.

Pag. 596. 3. *Διελάλησεν*] Vox Jurisc. Graecorum. Vide Gloss. med. Graecit. in *Διαλαλιά*.

Pag. 596. 7. *Αλλὰ δίκῃ*] Hanc vocem *δίκῃ* expungit Holstenius, tametsi habeatur in Cod. Vatic.

Pag. 596. 14. *Θεῖον αὐτοῦ νόμον*] Extat in Leg. Ubi, Cod. de Feriis. Vide Brissonium ad Leg. Dominico, de Spectaculis pag. mihi 27. Idipsum observant Theodorus Lector Ecl. I. et Nicephorus lib. XV. cap. XX.

Pag. 596. 17. *Τούτῳ τῷ ἔτει*] Immo, si Marcellinum audimus, Asparis et filiorum caedes contigit Ind. IX. an. CDLXX.

Ibid. Τυραννίδα μελετήσας τις] Atqui Asparem Leonis Imp. jussu in Palatio spadonum ensibus occisum scribunt Marcellinus, Candidus, Damascius in Vita Isidori, Procopius lib. I. Vandalic. cap. VI. Evagrius lib. II. cap. XVI. Theophanes, Jornandes, et alii. Proinde ita emendanda censebam haec verba: *Τούτῳ τῷ ἔτει τυραννίδα μελετήσαντα Ἀσπαρα τὸν Πατρίκιον, καὶ πρῶτον τῆς Συγκλήτου, ἐφόνευσεν*, nempe idem Leo. Caedem Asparis paullo aliter recitat Nicephorus lib. XV. cap. XXVII.

Pag. 597. 2. *Ὀστρος*] Qui *Οστρις*, Theophani.

Pag. 597. 4. *Εκόπησαν*] Forte *ἐκοπήσαντο*. Vocem *κόπτειν* non semel usurpat Scriptor, quomodo dicimus, *tailler en pieces*, delere, pag. 537. a. *καὶ ἔκοψε πολλούς*. Mox, *καὶ* V 514
γέγονε διακοπή. Vide Gloss. med. Graecit. in *φονοκόπιον*.

Pag. 597. 8. *Νεκροῦ οὐδεὶς φίλος*] Proverbium sat vulgare, cujus tamen non meminisse Paroemiographos sat mirandum.

Pag. 597. 13. *Εφάνη ἐν οὐρανῷ*] Id ad annum Leonis IX. refert Theophanes. Georgius Monachus in Chronico MS. *ἐφ' οὗ* (*Λέοντος*) *σημεῖον ἐφάνη ἐν τῷ οὐρανῷ νεφέλη σαλπιγγοειδὴς ἐπὶ ἡμέρας μ'*.

Pag. 597. 16. *Εβασίλευσεν Ανθήμιος*] Marcellin. Senator,

Digitized by Google

Marius Aventic. Evagrius lib. II. cap. XVI. Theophan. an. VIII. Leonis, Cedren. etc.

Ibid. *Καὶ ἀπῆλθεν εἰς Ῥώμην*] Is nempe natione Graecus fuit: unde Ennodio in Vita S. Epiphanii Episcopi Ticinensis, et lib. I. Epist. VII. *Graeculus*, et *Graecus Imperator* dicitur. Sed et Constantinopolitanum fuisse testatur Sidonius in ejus Panegyrico:

— *Tu tali civis ab urbe*
Procopio genitore micas, etc.

Non mirum igitur si Constantinopolitanus et Constantinopoli degens aedem S. Thomae in ea urbe aedificavit. Quanto vero apparatu ac cultu exciperentur ejusmodi in Provinciis laureatae Imperatorum imagines, docemur praesertim ex Chrysostomo et Severiano, locis allatis in Gloss. med. Graecit. in v. *Λαυράτον*, et in Appendice.

Pag. 597. 20. *Μόνου*] Ita Marcellinus, Victorius, Senator, etc. *Leonem* IV. *Cos.* adjungit Victor Tunnunensis.

Pag. 598. 2. *Βοῤῥαΐδιον*] Cod. Vat. *Βοῤῥαΐδον*.

Pag. 598. 3. *Δινζίριχος*] Ita praefert Cod. Vat. et Scaligeri editio, ubi *Γινζίριχος* ediderat Raderus. *Densicem* vocat Marcellinus, qui id refert ad annum seq. *Δεγγιζὶχ* dicitur Prisco pag. 44. 45. ed. Reg. ubi hoc bellum describit: ex quo emendandus Scriptor Chronici.

Pag. 598. 4. *Ὑπὸ Ἀναγάστου*] Is Magister militum per Thracias Arnegisilo Magistro successerat. Illius praeterea meminit Suidas in v. *ὑποστάς*.

P 581 *Pag.* 598. 6. *Ξυλόκιρκον*] Constantinopol. Christ. lib. I. sect. XV. n. I. et lib. II. sect. I. n. XVI.

Pag. 598. 9. *Ζήνωνος καὶ Μαρκιανοῦ*] Ita in L. XXXI. et XXXV. Cod. de Episcop. et Cleric. ubi Franc. Pithoeus monet legi in vet. MS. *Zenone et Marco.* Marcianus vero Consul, sed solus, habetur in subscriptione Legis XXXIII. ut idem Pithoeus monet. Marcianum porro bis Consulatum gessisse sub Leone docent Fasti, anno scilicet illius XII. et XV. nisi *Marcus* alius fuerit a *Marciano*, quod vix putem: nam Lex XXXIV. et XXXV. subscribuntur pariter *Marco Cons.* ut XXXII. *Mar. Cons.*

Pag. 598. 10. *Εβρεξεν*] Id ad Indict. X. refert Marcellinus, subditque istius metuendi cineris memoriam quotannis a Byzantinis celebrari VIII. Id. Nov. quod rursum ait in Anastasio ad Consulatum Pauli et Musciani: tametsi apud Scriptorem Chronici cinerem istum contigisse XI. Novembr. legatur, quem ad hunc annum pariter revocat Cedrenus, contra quam Theophanes, qui ad annum XVII. Leonis. Illius etiam meminit Glycas.

Pag. 598. 12. *Καὶ λέγοντες, ὅτι, πῦρ*] Addidimus *ἦν*, ex Cod. Vatic. et Theophane. Theodorus Lector Ecl. I. *Ev*

Digitized by Google

δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἡ κόνις κατῆλθε μηνὶ Νοεμβρίῳ, πυρακτούντων νεφῶν φανέντων τῶν ἐν οὐρανῷ πρότερον, ὡς πάντας τοὺς ὁρῶντας λέγειν οὐρανόθεν κατενεχθῆναι. Theophanes: καὶ πάντες ἔλεγον ὅτι πῦρ ἦν, καὶ ἐσβέσθη, καὶ γέγονε κόνις τῇ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ, propius ad mentem Auctoris. Adde Cedrenum an. XVII. Leonis, et Chron. MS. Symeonis Logoth.

Pag. 598. 15. *Εμπρησμὸς μέγας*] Aliud videtur incendium, quod descriptum diximus ab Evagrio lib. II. cap. XIII. de quo praeterea Theodorus Lector Ecl. I.

Pag. 598. 17. *Πέραν εἰς τὸν ἅγιον Μάμαντα*] Constantinopolis Christ. lib. IV. sect. XII. n. III. et sect. XV. n. XXV. ubi de aede sacra et Palatio S. Mamantis.

Pag. 598. 20. *Γορδιανοῦ*] *Jordane*, apud Marcellinum et Senatorem, ubi Cod. MS. Colbert. *Jordannem* praefert. *Jordano*, apud Victorium et Marium Aventic. Perperam *Joanne* apud Victor. Tunnun.

Pag. 599. 1. *Καὶ Προβιανοῦ*] Ita Marcellin. Victorius, Senator. Perperam *Probino* Marius Aventic. qui Leonis Augusti V. Consulatum esse ait, quem caeteri IV. dicunt, nempe cum IV. cum Anthemio gessisse scribat, qui solus Cos. fuisse aliis dicitur. V 515

Pag. 599. 8. *Μαρκιανοῦ*] Sic rursum Marcellinus, Victorius et Senator. Victor Tunnun. *Leone* VI. *et Probino Coss.* Marius Aventic. *Festum* duntaxat Cos. memorat.

Pag. 599. 6. *Λέων νέος*] Quem avus Leo paullo ante obitum Imperatorem dixerat, cum Zenonem generum, nisi plebs repugnasset, sibi successorem deligere statuisset, ut scribit Candidus.

Pag. 599. 7. *Λέοντος νέου μόνου*] Quo quidem anno προελθὼν ὡς Τπατος ἐτελεύτησεν, inquit Theophanes.

Pag. 599. 8. *Οὗτος ὁ Λέων*] Haec paullo sunt intricatiora. Theodorus Lector ait Zenonem a filio coronatum Imperatorem in Circo, *ἐν τῷ καθίσματι τοῦ Ιπποδρομίου*, Verina et Ariadne impellentibus. Theophanes id mense Febr. actum scribit. Propius vero ad mentem Scriptoris Chronici Albupharaijus in Dynast. ubi sic ait: *Cum puerulus esset* (Leo) *decepit ipsum mater ipsius, dicens ipsi: Cum accesserit Zeno pater tuus ad ministerium exhibendum, opertet te ipsi honorem deferre, tecumque una in solio collocare, diademate tuo capiti ipsius imposito. Faciente igitur puero, prout ipsi dixerat mater ipsius, sedit una cum ipso in solio Zeno. Paucis autem elapsis diebus puer morbo contracto mortuus est, suspectos habentibus hominibus parentes ipsius, illos scilicet ipsi mortem conciliasse, quo soli imperarent.* Subdit Candidus, post Leonis Magni excessum, Zenonem a filio Leone, *συναινέσει τῆς βουλῆς* dictum fuisse Imperatorem. Nec dissentit omnino Procopius lib. I. Vandal. cap. VII. qui eb teneram Leonis aeta-

Digitized by Google

tem ξυμβασιλέα Zenonem ascitum ait. Quae autem de supposititio Leone scribit Victor Tunnunensis, et ex eo Mellitus in Brevi Temporum MS. fidem non merentur. Certe ita ξυμβασιλεὺς ascitus est Zeno, ut Leo primus semper in Edictis nominatus legatur, ut colligitur ex Inscriptione Legis XI. Cod. de Legib. et Constitut. *data* X. *Kal. Maii, Leone Juniore A. Cos.*

Pag. 599. 12. *Κοδισεὺς*] *Κουκουσεὺς* hic legit Holsten. *Ταρασικοδίσα Ρουσουβλαδεώτου υἱὸς* dicitur Candido apud Photium Cod. LXXIX. *Ταρασικοδίσεος*, Agathiae lib. IV. *Τραασκαλισσαῖος*, Theophani anno VII. ejusdem Zenonis: *Ἀρικμήσιος*, Evagrio lib. II. cap. XV. Vide eundem Evagrium lib. III. cap. VIII. In Catalogo Imperatorum hic edito pag. 411. *Ἀξέφα* et *Ἀγόνατος*, in Catalogo vero edito a Leunclavio lib. II. Juris Graecorom. *Ἀγόνατος* duntaxat cognominatus dicitur, quod *patellas in genucula non habuisse, sed mobiles fuisse perhiberetur, ut etiam cursu velocissimo ultra modum hominum haberetur*, ut ait Anonymus Valesianus.

Pag. 599. 15. *Νεστοριανὸς*] Nescio an istius Historici alii meminerint.

Pag. 599. 18. *Ζήνωνος Αὐγούστου*, etc.] Haec verba delet Holstenius, ponitque *ἀνύπατα.*

Pag. 600. 2. *Ἀρμάτου*] Addit idem Holsten. *μόνου*, deletque vocem *Βασιλίσκου*, quia forte Basilisci post tyrannidem nomen e Fastis erasum.

Pag. 600. 3. *Βασιλίσκου καὶ Ἀρμάτου*] Haec pariter delet Holstenius, ponitque *ἀνύπατα.* Cui consentit Marcellinus, scribens hunc annum *sine Coss.* fuisse. Apud Victorium vero, Marium Aventic. et Senatorem hic annus ita consignatur: P.
P 582 C. *Basilisci* II. *et Armati.* Victor denique Tunnun. ad hunc annum haecce adscribit: *Inter haec quae gesta sunt, quia nullus Cos. accessit, et Basiliscus tyrannus a Consulatu recessit, Armatus Cos. praesenti anno Cos. remansit.*

Pag. 600. 4. *Αἰτηθεὶς πρᾶγμα*] Glycas: *ὡς παρὰ γνώμην αὐτῆς βασιλεύσας.*

Pag. 600. 6. *Καὶ φοβηθεὶς*] Damascius in Vita Isidori *δειλὸν τῇ φύσει* Zenonem fuisse tradit. Contra, Anonymus Valesianus ait *Zenonem fuisse Isauriae nobilissimum, quique dignus esset filiam Imperatoris accipere, exercitum in arma, ac in Republica omnino providentissimum.*

V 516 *Pag.* 600. 7. *Ὤκει*] Cod. Vatic. *οἰκεῖ.*

Ibid. Ποιήσας πρόκεσσον] Jornandes de Regnor. success. *Dum processibus Chalcedone degeret.* Vide utrumque Glossar.

Pag. 600. 9. *Ὡς ἦν ὁ Βασιλεὺς*] Videtur legendum *ἀφ' ἧς*, ut est apud Procopium lib. I. Vandal. cap. VII. *εἰς Ἰσαυρίαν, ἀφ' ἧς δὴ ὥρμᾶτο, διαφυγόντος*, id est, *unde ortus fuerat*, ut scribit Victor Tunnunensis. Perperam vero fugisse Zeno-

Digitized by Google

nem εἰς Συρίαν scribit Theophanes, et ex eo Symeon Logotheta, pro εἰς Ἰσαυρίαν. Anonymus Valesianus: *Huic insidiabatur Basiliscus ipse primus Senator: quo cognito Zeno cum aliquantis divitiis petiit Isauriam.* Chron. MS. ab Adamo ad Leonem Sapientem, ἔφευγε ἐν Ἰσαυρίᾳ εἰς τὸ φρούριον ὀχυρόν. Hanc Zenonis fugam, ut et reditum respexit Ennodius in Panegyrico dicto Theodorico Regi: *pulsa est extemplo Principalis urbe reverentia, et in vacuam possessionem nullo ascitus sanguine tyrannus accessit, qui aula potitus, definivit, postquam metu hostes suos debellaverat, nihil superesse quod gereret: cum animos tuos sine annorum suffragio impulit lux naturae, ne aut causa melior te coram posito subjaceret, aut non beneficium necessitatis tempore redderes, quod pacis acceperas. In ipsis congressionis tuae foribus cessit invasor, cum profugo per te sceptra redderentur, de salute dubitanti.* Ex quibus patet in ea expeditione Zenoni auxiliatum Theodoricum, quandoquidem restituti Zenonis laudem integram ei adscribit Ennodius; quod exerte firmat Anonymus Valesianus, ubi de Zenone: *Deinde misit ad Civitatem Novam, in qua erat Theodericus Rex Gothorum filius Walameris, et eum in solatium sibi adversus Basiliscum objectans militem post biennium veniens, obsidens civitatem Constantinopolim.* Infra: *Zeno itaque recompensans beneficiis Theodericum, quem fecit Patricium et Consulem, donans ei multa, etc.*

Pag. 600. 13. *Εὐθέως προεχειρίσατο*] Immo invita Verina Basiliscus jam antea τῆς βασιλείας ἐκτόπως ἐρῶν, ut testatur Procopius lib. I. Vandalic. cap. VI. Imperator dictus et renuntiatus est a Senatu, cum illa generum suum Zenonem per fraudem in fugam egisset, quo Patricium Magistrum, quocum consueverat, ad Imperium proveheret: ita Candidus *In Campo* acclamatum scribunt Theodorus Lector, Theophanes et Cedrenus.

Pag. 600. 17. *Εστεψεν τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μάρκον εἰς Βασιλέα*] Atqui primo Caesarem, tum Imperatorem filium Marcum dixit Basiliscus, ut exerte scribit Candidus: quod etiam testantur Basilisci literae apud Evagrium lib. III. cap. IV.

Pag. 600. 19. *Ἰλλου μόνου*] Marcellinus, Victorius et Senator: *Illo V. C. Cos.* Victor Tunn. *Post Cos. Armati V. C.* Vet. Inscript. MLI. 6. *P. C. iter. Armati V. C. Illum*, Jornandes: *Ἰλλοῦν*, Damascius, Malchus et Theodorus Lector vocant.

Pag. 601. 1. *Ἀρμάτον*] Qui ἴδιος ἀνέψιος Basilisci dicitur Theophani an. III. Zenon. unde Basiliscus Caesar, ejusdem Armati filius, Verinae Augustae ἐξάδελφος eidem Theophani nuncupatur.

Pag. 601. 3. *Ορκώσας εἰς τὸ ἅγιον Βάπτισμα*] Haud absimile omnino sacramentum exegerat Areobindus Magister militum missus in Africam ab Justiniano: cum enim a Gonthari,

Digitized by Google

qui tyrannidem arripuerat, Carthagine in quodam firmato ac munito templo obsideretur, missus est ad eum Reparatus Urbis Episcopus, qui juraret Gontharis nomine ipsum ab eo nulla molestia affectum iri, si se dederet, ipsi non obsequenti extrema minatus. Territus Areobindus spopondit Praesuli se continuo venturum, *εἰ τὸ θεῖον λουτρὸν ἱερουργήσας ἥπερ εἴθιστο, εἶτα πρὸς αὐτοῦ οἱ ἐπομοσάμενος ἀμφὶ τῇ σωτηρίᾳ τὰ πιστὰ δοίη· si ipse divino rite operatus lavacro, per id juraret ac fidem faceret promissae incolumitatis.* Id Episcopus pollicitus, puerum sacro Baptismo, solennibus adhibitis precationibus, initiavit. Areobindus vero e manu Antistitis accepto codice, apprehensoque puero baptizato, per quem Praesul fidem illi dederat, Gontharim supplex adiit: a quo tamen data fides
V 517 minime est servata, interfecto postridie Areobindo. Haec pluribus narrat Procopius lib. II. Vandalic. cap. XXVI. extremo. Nec apud Graecos duntaxat id per Baptismum sacramentum obtinuit, sed etiam apud Latinos: idem enim valet *jurare sacramento Catholicae Fidei, sub testimonio Fidei Christianae, et sub adjuratione fidei qua Christiani sumus:* quam formulam passim in veteribus chartis reperiri observavimus in Gloss. mediae Latin. in v. *Juramentum.* Tabularium Persiacense Ch. XII. apud Perardum in Burgundicis: *et per illum professionem quam in Baptismo promiserunt, ut veritatem dixissent, etc.* Charta Joannis Episcopi Cameracensis an. MCCXXIV. in Tabulario Montis S. Martini: *Ad omnia superdicta servanda, fide et juramento corporaliter et solenniter praestitis, se et sua coram vobis quilibet pro singulis obligavit, et Christianitatem suam nobis et Episcopo Noviomensi in obstagium posuit, etc.* Charta alia anni MCCXXI. ejusdem Episcopi,
P 583 in eodem Tabulario: *Sciendum quod praedicti Theodoricus et Sara uxor ejus Christianitatem suam vobis obligarunt, super jam dictis omnibus firmiter observandis.* In eandem sententiam Joannes Sarisber. Epist. 275. *Primo Deum, et, ut dici solet, Christianitatem suam obsidem dabat:* id est, excommunicationi sese subdebat. Est enim *Christianitas* professio fidei quam in Baptismo damus, per quem Christiani fimus. Proinde *jurare per Christianitatem suam*, nihil aliud est quam jurare per suum Baptismum. Vide idem Glossa. in v. *Christianitas.* Idem porro narrat Theophanes quod Auctor Chronici.

Pag. 601. 8. *Εως τῆς αὐτοῦ ζωῆς*] Theophanes, *ὑποσχέσει ἀδιαδόχου στρατηλατείας*, uti emendat Henr. Valesius, cum prius legeretur *διαδόχου*, quomodo Chrysostomus recensens septem *ἑορτὰς δεσποτικὰς*, apud Georgium Hamartolum in Chronico MS. in Justiniano, *ἑβδόμη, ἡ προσδοκωμένη τῆς καθολικῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν μετὰ Λουκᾶν ἀδιάδοχος ἡμέρα* dicitur, id est post quam festivitatem nulla alia subsequitur. *Διαδέχεσθαι* autem sumitur praesertim apud Graecos

Digitized by Google

inferiores, pro exauctorare, Magistratu privare, quomodo apud Capitolinum in Albino, *successorem mittere*, vel *dare*, ut apud Lampridium in Alexandro. Vide Gloss. med. Graecit. in διαδέχεσθαι.

Ibid. Καὶ προτραπεὶς Ἀρμάτος] Causam defectionis Armati paullo fusius narrat Candidus: ait enim Armatum cum Basilisci uxore adulteratum, ad summam pervenisse potentiam, cumque ei bellum quod adversus Zenonem gerebatur, creditum esset, certis pactis, Illi opera, a conditionibus defecisse. Vide Evagrium lib. III. cap. XXIV.

Pag. 601. 13. Ἀπὸ τῶν λεγομένων Πυλῶν] De his Pylis Theophan. an. XII. Heraclii: ἀπάρας δὲ τῆς βασιλευούσης πόλεως, ἐξῆλθεν κατὰ τὰς λεγομένας Πύλας, πλοῖ τὴν πορείαν ποιησάμενος. Harum Pylarum Bithynicarum meminit praeterea Constantinus Porphyrog. lib. I. Them. IV.

Pag. 601. 17. Καὶ εἰσῆλθεν] Vicesimo mense ex quo urbe excesserat. Victor Tunnun.

Pag. 601. 20. Εἰς τὸ μέγα φωτιστήριον] Sic infra appellatur Baptisterium Magnae Ecclesiae, seu ob amplissimam structurae speciem, seu quod alia Baptisteria in Ecclesiis Catholicis istius respectu μικρὰ dicerentur, prout in libro Miraculorum SS. Anargyrorum pag. 358. Baptisterium aedis SS. Cosmae et Damiani, seu uti efferunt Scriptores Byzantini, Cosmidii, indigitatur: Ἦν δὲ οὗτος ἐν τῷ μικρῷ τῷ ἐνταῦθα φωτιστηρίῳ τῷ πλησιάζοντι τῷ Διακονικῷ. De Baptisterio Ecclesiae Sophianae egimus in Constantinopoli Christ. lib. II. sect. LXXX.

Pag. 601. 21. Παρασχὼν τὸ βῆλον] Quod παραπέτασμα vocat Simocatta lib. I. cap. XII. ubi de terrae motu ipso urbis Encaeniorum die: Τότε παραπέτασμα τὸ πρὸ τοῦ γυμνασίου τῶν ἱππικῶν ἀγωνισμάτων (ὃ δὴ σύνθημα τῆς ἱλαρίας ἐτύγχανεν) περιαιρεῖται διὰ τὸν ἀδόκητον κίνδυνον.

Pag. 602. 2. Καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ] *Zenonidem* Candidus, Theodorus Lector et Marcellin. vocant: *Zenodiam* Theophanes, Symeon Logoth. et Cedrenus. *Zenobiam* Anastasius Bibliothec. p. 45. edit. Reg. *Xenodinam* vel *Zenodinam* prima Marcellini editio. V 518

Pag. 602. 3. Ἐξέβαλον αὐτὸν] Armati fraudibus ex Ecclesia abstractum scribit Candidus.

Pag. 602. 4. Οτι οὐκ ἀποκεφαλίζονται] Anonymus Valesianus: *Dato sacramento securum esse de sanguine.* Vide Gloss. med. Lat. in *sanguis.*

Pag. 602. 5. Εἰς Λίμνας] Relegatum Basiliscum *in oppidum quod Leminis* in Cappadocia dicitur, scribit Marcellinus, seu, ut praefert prima editio, *Lyminis.* Jornandes de Regn. Success. *in oppidum Slemnii Provinciae Cappadociae.* Victor Tun-

Digitized by Google

nun. *in Sasemis.* Theodorus Lector, *ἐν Βουσάμοις.* Theophanes denique et Symeon Logotheta, *Cucusum*, vel ut scribit Nicephorus Call. lib. XVI. cap. VIII. *Acusum.* Ibi porro extinctum Scriptores omnes tradunt, *παρανόμῳ κρίσει*, inquit Malchus.

Pag. 602. 9. *Λιμοκτονηθεὶς*] De Basilisci mortis genere non consentiunt Historici. Procopius lib. I. Vandal. cap. VII. tradit Basiliscum cum liberis atque uxore in Cappadociam hyeme ablegatum, sine cibariis, sine vestibus, et sine ulla ope: hicque illos frigore et fame prementibus alterum ad alterum se applicasse, sicque animam efflasse. Nec omnino dissentit Jornandes, qui Basiliscum frigore consumptum: et Anonymus Valesianus, qui inclusum cum uxore et filiis intra cisternam siccam ibidem frigore defecisse scribunt: Nicephorus Acusi interfectum scribit: Joëles vero in castrum Cappadociae relegatum, ibique foribus occlusis ex vita excessisse.

Pag. 602. 13. *Βασιλείου μόνου*] Qui *Junior* dicitur Senatori, et Praetorio Praefectus fuit, ad discrimen Caecinae Basilii, qui Cos. fuit cum Viviano.

Pag. 602. 15. *Πλακίτα*] Leg. *Πλακίτου.* Extitit alius Placitus, quem Theodosii studiorum socium una cum Paulino fuisse scribit Joannes Antiochenus. Hunc vero Cos. *Placidum* vocant alii: *Placidium*, Senator.

Pag. 602. 16. *Τροκόνδου*] Marcellinus et Victorius, *Trocundo et Severino.* Senator Trocundum omittit, quem *Tricundium* perperam vocat Victor Tunn. ut *Προκοῦνδον* Theodorus Lector et Theophanes an. III. et XIV. Zenonis, qui idem forte cum *Trobundo*, Illi fratre, de quo idem Theophanes anno XI. ejusdem Augusti.

Pag. 602. 17. *Φαύστου μόνου*] Hunc Consulatum delet Holstenius, et *ἀνύπατα* reponit. De hoc Consule egit Sirmondus ad Ennodii lib. I. Epist. IV. et ad Aviti Epist. XXXI.

P 584 *Pag.* 602. 19. *Θεοδορίχου*] Holsten. addit *μόνου.* Felix vero Papa III. Epist. VI. et IX. Venantium solum agnoscit. Is est porro Theodoricus Rex Italiae, quem *Θεοδέριχον* vocant Malchus, Theodorus Lector, Evagrius et Theophanes: quemque, ut ait Jornandes cap. LVII. *genti suae Regem audiens ordinatum Imperator Zeno, gratum suscepit, eique evocatoria destinata, ad se in urbem venire praecepit, dignoque suscipiens honore, inter Proceres sui palatii collocavit, etc. Factusque est Consul Ordinarius, quod summum bonum, primumque in mundo decus edicitur.* Hunc Theodorici Consulatum attigit Ennodius in Panegyrico eidem dicto: *Ille annus habuit Consulem, qui Rempublicam non tam sollicitudine quam opinione tueretur: quo in segmentis posita, quae ab hostibus sumpta fuerant arma, tremuerunt.* Ubi forte per *hostes*, Samaritas intelligit qui eo anno rebellarunt.

Digitized by Google

Pag. 602. 21. *Καὶ συνεκάθισεν*] Supplevimus haec verba ex edit. Scaligeri, quae deerant in Raderiana: *Εἰς τὸ θεωρεῖν, καὶ ἴδον τοὺς ἡνιόχους.* Quo loco Theophanes: *Βασίλισκον τὸν Ἀρματίου υἱὸν προβάλλεται ὁ Ζήνων Καίσαρα, καὶ κατὰ τὰς ὑποσχέσεις συνεκάθισεν ἑαυτῷ ἐν τῷ Σένσῳ, καὶ ἐτίμα τοὺς ἡνιόχους σὺν τῷ Βασιλεῖ.* Ubi vox *ἐτίμα* idem valet quod *certamina aspexit et probavit*, ut loquitur Marcellinus an. 1. Justiniani, vel *sententiam de curribus tulit*, ut Sidonius lib. IX. Epist. IX. vel denique perinde ac Imperator, unaque cum illo agitatoribus praemia distribuit: de quo more Bullingerus lib. de Circo cap. LIV. Porro apud Theophanem *Σένσος*, est *Sessus*, ac idem quod *Κάθισμα*, seu tribunal Circi, ut in Gloss. med. Graecit. monemus. Marcellinus Comes anno 1. Justiniani V 519
ait eundem Augustum *priscum solium Circi ob aspicienda probandaque certamina, eminentius clariusque quam fuerat redintegrasse, bonis quidem agitatoribus praemium, ignavis autem severitatem innuentem.* Quae quidem non modice illustrant verba Auctoris Chronici et Theophanis. Istius in Circo throni Imperatorii meminit praeterea Christodorus lib. v. Anthol. Epigr. LXXVI.

Pag. 603. 3. *Ὁ δὲ Βασιλεὺς Ζήνων*] Huc pertinent verba Aureliani Imp. in Epist. ad Mallium Chilonem, de Heraclammone: *Occidi passus sum cujus quasi beneficio Thyanam recepi. Ego vero proditorem amare non potui, et libenter tuli quod eum milites occiderunt. Neque enim fidem mihi servare potuisset, qui patriae non pepercit.* Et ista Heraclii Imp. ad Crispum, seu Priscum Focae generum, a quo evocatus fuerat, illo in ordinem redacto: *Ταλαίπωρε, γαμβρὸν οὐκ ἐποίησας, καὶ πῶς ἂν φίλον ἀληθῆ ποιήσειας.* Ita Andragathum, cujus proditione Amphipolim ceperat, ab Lysimacho fuisse interfectum scribit Polyaenus lib. IV. Strateg. pag. 320. tametsi Onosander cap. XXXVIII. traditoribus fidem esse servandam contendat. Vide Balduinum ad Leg. Majestat. sub init. ubi multa de proditorib.

Pag. 603. 12. *Εἰς τὸ Κοχλίον*] Addit Theophanes, *ὡς ἀνέρχετο εἰς τὸ Ἱπποδρόμιον·* eo ipso scilicet loco quo interemptum Gratianum Imp. scribit Auctor Chronici.

Pag. 603. 13. *Κατὰ τὸ Δέκιμον*] Ita Cod. Vatic. Perperam *Δόκιμον* Scaliger et Raderus ediderant. *Δέκιμον* vero legendum supra in Gratiano monuimus.

Pag. 603. 14. *Φονευθῆναι*] Candidus, *ἐκρεουργήθη, in frusta discerptus est.*

Pag. 603. 15. *Ἐπίσκοπον ἐχειροτόνησεν εἰς Κύζικον*] Ita Constantinus Manasses. At Candidus, cui assentitur Theophanes, probabilius Marcum Lectoribus Blachernensis Ecclesiae primo allectum ait, siquidem tum junior adhuc erat, nec aetatem consecutus qua Episcopus fieret, sed postea hac digni-

Digitized by Google

tate donatum. Verba Candidi sunt: *Καὶ ὁ παῖς ἀπὸ Καίσαρος εἰς τοὺς ἐν Βλαχέρναις ἀναγνώσας ἐτέλεσεν.* Theophanes vero addit: *ὃς μετὰ ταῦτα Κυζίκου ἐπισκόπησεν ἄριστα.*

Pag. 603. 16. *Μητρόπολιν Ἑλλησπόντου*] Vide Notitiam Leonis Imp.

Pag. 603. 17. *Φορέσας πορφύραν βασιλικὴν*] Utebantur quippe Caesares Imperatoriis insignibus. Spartianus in Severo: *Caesarem deinde Bassianum filium suum Antoninum a Senatu appellari jussit, decretis Imperatoriis insignibus.* In iis praecipuum fuit purpura, *sed sine auro*, ut innuit Commodus ad Albinum, quem Caesarem appellari voluerat. Ammianus lib. v. de Juliano Caesare facto: *Moxque indutum avita purpura Julianum et Caesarem cum exercitus gaudio declaratum his alloquitur, etc.* Et infra: *Caesaremque admiratione digna suscipiebant Imperatorii muricis fulgore flagrantem.* Unde Caesares cum Imperatoribus, quorum *filii* appellabantur, imperare dicebantur, ut ex Libanio in Panegyrico ejusdem Juliani docemur, ubi Constantium Aug. et Julianum Caesarem *δύο Βασιλεῖς* vocat. Adde Pachymeren lib. VI. c. XXXVIII. Servatum autem Basiliscum ab Ariadne, cujus erat *ἐξάδελφος*, scribit Theophan.

Pag. 603. 19. *Ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις*] Istius sub Zenone Samaritarum rebellionis meminit Procopius lib. v. de aedif. Just. cap. VII. et Albupharajus in Dynast.

Pag. 603. 21. *Ἰουστουσῶν*] Editio Scaligeri *Ἰουστασᾶν* semel ac iterum praefert. Mox *Οὐϊστασᾶ* legitur. Idem Albupharajus: *Sub finem dierum ipsius* (Zenonis) *rebelles facti Samaritani Neapoli Regem sibi constituerant, qui magnam multitudinem trucidavit.*

Pag. 604. 2. *Τυρόθεου*] Episcopi Caesareae, cui forte successerit Sergius, cujus meminit Novella Justiniani CXXIX.

Pag. 604. 8. *Δουξ Παλαιστίνης*] Duces Palaestinae non semel occurrunt apud Scriptores, in Notitia Imperii Orient. cap. I. apud Cyrillum Scythopol. in Vita S. Sabae cap. LVI. Theophanem an. CXII. Anastasii, n. Justiniani, etc.

P 585 V 520 *Pag.* 604. 4. *Ὡς Λησταδιώκτης*] Videtur legendum, *καὶ Λησταδιώκτης*, vel *ὡς καί*. De hoc Magistratu agimus in Gloss. med. Graecit.

Pag. 604. 5. *Ἀρκαδιανῶν*] Codd. Vatic. [De quo mea excerpta tacent; quae hac occasione moneo sola me sequi, in medio relinquentem, ubi a Ducangianis dissentiunt, utris fides habenda sit.] et edit. Scaligeri, *Ἀρκαδιακῶν*. Hunc vero Numerum seu cohortem instituit Arcadius an. v. Theophanes: *Ἀρκάδιος δὲ ὁ Βασιλεὺς ἐποίησεν ἴδιον ἀριθμὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει, οὓς ἐπάλεσεν Ἀρκαδησούς.* Georgius Monachus in Chron. MS. qui Theophanem exscripsit, habet *Ἀρκαδιανούς*. Sed potior videtur lectio Baduriana: siquidem ita appellantur

in Notitia Imperii, ubi sub dispositione Magistri militum Praesentalis, et Magistri militum per Orientem, occurrunt *Felices Arcadiani Seniores et Juniores*, tametsi promiscue interdum ita haec vox proferatur. Nam in eadem Notitia habentur *Comites Arcadiaci*, *Comites Honoriaci*, etc.

Pag. 604. 6. *Ιουστευσᾶ*] Ita ediderat Raderus: at Cod. Vatic. et Scaligeri editio *Ουϊστασᾶ*, quomodo edidimus, habent. Sed lin. seq. *Ιουστασᾶς* legunt.

Pag. 604. 9. *Γαργαρίδην*] Legendum *εἰς Γαριζίν*. Procopius lib. IV. de Aedific. Justin. cap. VII. *Ἔστι δέ τις πόλις ἐν Παλαιστίνῃ, Νεάπολις ὄνομα, ἐφ' ἧς δὴ ὄρος ὑψηλὸν ἀνέχει, Γαριζὶν ὄνομα.* De quo quidem monte non semel mentio occurrit in Libris sacris, et de cujus etiam situ agunt S. Hieronymus et S. Epiphanius, a quibus juxta Hiericho, una cum monte Gebal statuitur, non vero ad Neapolim. Subdit porro idem Procopius, Zenone imperante, Samaritas irruisse in Christianos Festum Pentecostes celebrantes, multisque ex iis interfectis, Terebintho Urbis Episcopo sacra facienti manum abscidisse: Zenonem vero in noxios animadvertisse, exactis monte Garizin Samaritis, eoque Christianis addicto, ac in culmine Deiparae Ecclesia posita. Neque enim, uti scribit Auctor Chronici, Synagogam Samaritarum in Ecclesiam convertit Zeno, cum exerte paullo ante testetur Procopius, nullam aedem iis colligendis eo tum in monte extitisse, sed cum hunc possiderent, assidue ejus verticem solitos conscendere precationis causa: *οὐχ ὅτι νεών τινα ἐνταῦθα ᾠκοδομήσαντο πώποτε, ἀλλὰ τὴν ἀκρώρειαν αὐτὴν σεβόμενοι ἐτεθήπεσαν πάντων μάλιστα.* De hoc quidem Samaritarum cultu quaedam praeterea attigit Zonaras lib. VI. Annal. sect. V. ubi *ἁγιώτατον τοῦτο αὐτοῖς τῶν ὀρῶν* ab iis habitum tradit, ut qui in eo defossa a Moyse sacra vasa persuasum haberent. At licet nullum ea aetate extitisse templum, in quo Samaritae colligere potuerint, dicat Procopius, saltem constat montem Garizin ab iis maxime cultum, quod in eo Sacrificium obtulisse Abrahamum fama esset, ut est in Itinerario Burdegalensi. In illo vero constructum deinde templum a Sanaballeta Satrapa quodam Chusaeo, seu Chutaeo, refert Josephus lib. XI. Antiq. Judaïc. cap. VIII. et lib. III. cap. VI. atque ex eo Georgius Syncellus, et Zonaras lib. IV. Annal. sect. VII. et XV. a Persarum Rege quem Alexander interfecit, in Judaeam misso: qui cum generum Manassem Hierosolymis Pontificem non posset constituere, accepta primum a Dario, deinde ab Alexandro Magno potestate, templum in monte Garizin extruxit, ipsumque Pontificem constituit, *ἐν τῷ αὐτῷ ναῷ ὑπὸ Σαμαρειτῶν προσκυνουμένῳ.* Quod quidem attigit etiam Eusebius in Chronico: *Manasses frater Jaddu Pontificis Judaeorum, templum in monte Garizin constituit.* Proclus Diadochus apud Photium videtur innuere ab ipso Abrahamo dicatam in eo

Digitized by Google

monte aedem, *ἐν ᾧ Διὶ Ὑψίστῳ ἁγιώτατον ἱερὸν, ᾧ καθιέρωτο Ἀβραμος ὁ τῶν πάλαι Ἑβραίων πρόγονος.* Sed is indubie fallitur, cum id templo ab Antiocho Epiphane Aegypti Rege condito conveniat, qui, ut ait Euseb. lib. I. Chron. pervasa Judaea, *in Samaria super verticem montis Garisin Jovis Peregrini templum aedificavit, ipsis Samaritis ut hoc faceret precantibus.* Perstitit autem fanum istud Cuthaeorum circiter ducentos annos, donec Joannes cognomento Hircanus Regnum obtinuit. Is enim ascendens in Samariam evertit fanum a Cuthaeis aedificatum in monte Garizin, necavit haereticos qui offerebant holocausta et sacrificia extra
V 521 aedem Domini, et constituerant decreta et leges, sive jura ex animi sui libidine, uti narrat Abraham Levita in Historica Cabbala. Alii vero Samaritae, qui Sanaballeti partes sectati non fuerant, in eum montem deinceps concesserunt, quo Deo preces funderent, patriae pietatis memores. Meminit porro aedis Deiparae in hoc monte aedificatae Sanutus lib. III. parte XIV. cap. XVIII.

Pag. 604. 12. *Μὴ στρατεύεσθαι τὸν Σαμαρείτην*] In alia Samaritarum rebellione, iis profligatis ac debellatis, Constitutionem edidit Justinianus, quae est Novella CXXIX. qua Samaritarum Synagogae claudi jubentur, iique *πάσης τῆς πολιτείας ἀπολαύεσθαι* interdicuntur, id est tum civilis, tum militaris: cujus Constitutionis meminit etiam Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Sabae cap. LXXI. Vide Leg. XII. et XVII. Cod. de Haeretic. et Manich. et quae ad illas commentatur Franc. Pithoeus.

Pag. 604. 18. *Δικολόγους*] Quid *δικολόγων* voce intelligat Auctor Chronici, haud facile est assequi: si enim advocati seu patroni, quae vis est vocabuli, ii non judicant: si judices intelliguntur, quos Theodoricus sub finem Edicti sui *Cognitores et Jura dictantes* vocat, numerus videtur obsistere, tametsi ii satis indicantur voce *καθίσαντες*· nam Judices sedent, ut est in L. III. Cod. ubi Senator. advocati vero stant, ut est in L. VII. Cod. de postulando. Verum numerus non obstat quin Judices intelligi possint: nam ut loquitur Valentinianus in Novella de confirman-
P 586 dis iis etc. *notum est post fatalem hostium ruinam, qua Italia laboravit, in quibusdam regionibus et causidicos et Judices defuisse, ac gnaros Juris et legum aut raro aut minime repertos,* adeo ut (subdit idem Augustus) *in diversis Provinciis advocati varias curias derelinquerent, dum certatim ad privilegia causidicis illustris Praetorianae Sedis atque Urbanae delata festinarent: et cum meliores natalibus suis effici vellent, non curarent urbes proprias spoliatas ministeriis et officiis debitis interire.* Unde cum mos esset ut quaeque pars sibi advocatos plures advocaret, ut docet L. pen. Cod. de Postul. et ad summum tres, postmodum cautum est ut cuique parti duo sufficerent, alter pro Oratore, alter pro Jurisconsulto, ita ut *δίκη ὑπερτίθεσθαι* ideo non debuerit, quod minor repertus esset advocatorum numerus,

Digitized by Google

ne Provinciales tenues homines defensionis inopia ad requirenda auditoria sumptuosa venire cogerentur, ut loquitur idem Valentinianus. Vide Cujac. lib. XIII. Obser. II. Caeterum Theodorici justitiam, et in gubernanda Republica disciplinam et severitatem commendat prae caeteris Procopius lib. I. Gotth. cap. I. cujus haec sunt: *Δικαιοσύνης τε ὑπερφυῶς ἐπεμελήσατο, καὶ τοὺς νόμους ἐν τῷ βεβαίῳ διεσώσατο*· sed et Anonymus Valesianus.

Pag. 605. 3. *Ἀψασα κηρούς*] Cum cereis igitur accensis Theodoricum convenit Senatrix illa, quo ampliorem Regi honorem exhiberet. Ejusmodi autem cereis, vel etiam taedis accensis praelatis processisse Imperatores testatur in primis Herodianus pag. 26. 34. 44. 84. 145. et 153. edit. Henrici Steph. an. MDLXXXI. quos quidem cereos *πυρὸς* duntaxat nomine donat, quod recte Lipsius in Excursib. ad Tacitum ad cereos et taedas traduxit: quomodo Gallienum *inter togatos Patres et Equestrem ordinem, albatos milites, et omni populo praeeunte, servis etiam prope omnium, et mulieribus, cum cereis et facibus et lampadibus praecedentibus Capitolium petiisse* scribit Trebellius Pollio. Has *λαμπάδας βασιλικὰς* vocat Scriptor in Juliano, ubi de ejus nece. Hinc in Notitia Imperii summis Dignitatibus cereos inter earum insignia referri advertimus, quod cum iis in Provinciis procederent et exciperentur: de quo more egimus in utroque Glossario, ubi de Lampadariis et Dibambulo egimus. Petrus Siculus in Hist. Manichaeorum: *Ἀσμένως παρὰ τῶν ἐν αὐτῇ (κώμῃ) κατοικούντων ἀπεδέχθη· πάντες γὰρ λαμπάδας ἀνάψαντες ἐν μεγάλῃ τιμῇ αὐτὸν ὑποδέχονται.* Vide praeterea hoc Chronicon Paschale, sub annum Chr. CCCXXX. CDXV. et annum VII. Focae, Theophanem ann. XVIII. Heraclii, Passionem S. Savini Episcopi et Martyris n. v. etc. V 522
Atque inde origo cereorum in Ecclesiis Christianorum petenda.

Pag. 605. 9. *Καὶ ἐποίησε διάταξιν*, etc.] Hoc est priusquam Roma excederet, et Ravennam se conferret, ubi vitae reliquum exegit. Eas Leges promulgavit Edicti titulo, quae editae habentur in Cod. Legum antiquarum, et cum Senatoris seu Cassiodori Epistolis: nam aliae sunt Leges Theodoricianae, de quibus Savaro et Sirmondus ad lib. II. Sidonii Epist. II. Falsum ergo quod ait Procopius, nullas edidisse Leges Theodoricum.

Pag. 605. 10. *Ῥάβαιννα*] Sigonius de Imp. Occid. lib. VI. Rubeus lib. III. Hist. Ravennat.

Ibid. Πόλιν παραθαλάσσιον] Zosimus lib. V. de Ravenna: *Ῥήνη κληθεῖσα, διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδαιει περιῤῥεῖσθαι.* Contra Procopius lib. I. Gothic. cap. I. *Ῥαβέννα γὰρ αὐτὴ ἐν πεδίῳ μὲν κεῖται ὑπτίῳ, δυοῖν σταδίοιν διειργομένη μέτρῳ, τὸ μὴ ἐπιθαλάσσιος εἶναι.* Sed notus Ravennae situs hodiernus.

Pag. 605. 12. *Ἀταλάριχος*] Ex Amalasuentha filia Theodorici nepos. Procop. eod. lib. cap. IV. Jornand. cap. LIX. etc.

Pag. 605. 14. *Λογγίνου καὶ Δεκίου*] Marcellinus, *Longino*

Digitized by Google

solo Cos. Ita etiam Victor Tunnun. *Decio*, Victorius: *Decio et Langino*, Marius Aventic. et Senator.

Pag. 605. 15. *Βοηθείου*] Qui in Fastis *Boëtius* sine aspiratione scribitur. Ita porro hoc nomen effertur anno IV. Justini. Tres autem Boëtii nomine Cos. occurrunt in Fastis: ac primus quidem hoc anno: alter anno DX. Boëtius scilicet ille Orator et Philosophus, cujus nomen cum aspiratione pariter scribitur in illius operibus editis, et lib. II. Epigrammatum Veter. Pithoei:

Tu pater et patriae lumen Severine Boethi.

Tertius denique Cos. fuit cum Symmacho anno DXXII. ambo Boëtii Philosophi filii, ut observatum a Sirmondo ad Ennodii Epist. I. lib. VIII. *Βοήθου* viri Consularis meminit Galenus lib. de Scriptis suis.

Pag. 605. 16. *Σεισμοῦ*] Is videtur terrae motus qui Constantinopoli contigit anno IV. Zenonis, de quo Theophan. et Cedren.

Pag. 605. 18. *Ταύρου*] Constantinopol. Christ. lib. II. sect. XXIV. n. VII.

Pag. 605. 20. *Σιφιδίου*] *Siphidius* etiam appellatur in Epistola VII. Felicis Papae III.

Pag. 606. 1. *Εὐσεβίου*] Addit Holsten. *μόνου*, et reliqua delet.

Pag. 606. 2. *Φαύστου τὸ β'.*] Addit idem Holsten. *μόνου. Fl. Faustum Juniorem* dictum observat Sirmondus ad Ennodii lib. I. Epist. III. Vide subscriptionem Epistolae V. Gelasii Papae I. et notas Binii et Labbei.

Pag. 606. 3. *Μαυριανὸν*] Cedrenus, *Μαριανὸν*· Symeon Logotheta in Chronico MS. *Μαρκιανὸν* vocant.

P 587 *Pag.* 606. 10. *Ἀνδρὰ σοφὸν*] Pelagii praeclaras animi dotes multis prosequuntur Cedrenus anno XVII. et Zonaras. Illius etiam meminit Malchus in Byzantiis pag. 86. Edit. Reg.

Pag. 606. 11. *Επνιξαν ἀγχόνῃ*] Marcellinus: *Zeno Pelagii gulam in insula, quae Panormum dicitur, laqueo frangi praecepit.* Theophanes anno XVII. ait Zenonem morbo comitiali correptum, Pelagii contra fas interfecti nomen assiduo repetentem, extinctum fuisse.

Pag. 607. 1. *Ολυβρίου μόνου*] Hic Consulatus ita signatur in veteri charta Veneta, apud V. C. Joan. Mabillonium in Itinere Italico p. 201. *P. C. Flavii Fausti Junioris V. C.*

Pag. 607. 7. *Τίου Ἀρεοβίνδου*] Vide Stemma Asparis in Famil. Byzant.

Pag. 607. 8. *Τῇ ε'. τῆς μεγάλης ἑβδομάδος.*] XI. Aprilis: nam hoc anno Pascha incidit in XIV. ejusdem mensis.

Pag. 607. 9. *Κατὰ Ἀντιόχειαν ζλ'. καὶ φ'.*] Ita hoc loco, ut et anno XI. Anastasii, et IX. Justini Thracis, Antiochenorum *χρηματισμοὺς*, seu annos, ordine in speciem retro-

Digitized by Google

grado, literis numeralibus describit Auctor Chronici, quomodo ii, Asiani et Syromacedones annos suos putare solebant. Neque enim id librariorum incuria factum, quod existimavit Raderus, cum non aliter exarati legantur in Nummis Regum Syriae haud ita pridem publicatis, et in Nummis Tripolitarum, V 523
Aradiorum, Sidoniorum, Philadelphiensium, Amisenorum, Laodicenorum, atque ipsorum Antiochenorum, quos illustravit vir doctissimus Joan. Harduinus, in quibus minores numeri majoribus semper praeponuntur, quomodo hos describere solebant, cum ii integre exararentur. Verbi gratia, in Historia secundae Inventionis Capitis S. Joannis Bapt. a nobis olim edita: *Ἔτους τριτου ἑξηκοστοῦ ἑπτακοσιοστοῦ*, Syromacedonum scilicet. Neque aliter habentur apud Evagrium lib. III. cap. XXIX. lib. IV. cap. IX. et alibi non semel, Cyrillum Scythopolitanum in Vita S. Euthymii, et in Vita S. Sabae, locis descriptis in nostra Praefat. n. XIX. et alios. Nec id peculiare forte Asianis fuerit, cum apud Athenaeum lib. VI. XI. et XII. Theopompi, Phylarchi, Agatharchidis et Posidonii libri praeeunte majorem minore numero laudentur: ut exempli gratia, lib. VI. *Κτησικλῆς ἐν τριτῃ χρονικῶν καὶ δεκάτῃ πρὸς ἑκατόν*. Atque ut Graeci in numeris qui decimum usque ad vigesimum excedunt, semper minorem praeponunt, in iis exarandis cum literis numeralibus idem observabant, ut in Canone Paschali Hippolyti *τεσσαρεσκαιδεκάτη* per *ΔΙ.* exprimitur, ut observatum a Scaligero lib. VII. de Emendat. Temp. pag. 724. Neque aliter interdum Latini. Sueton. de Julio Caesare: *Periit* v. *et* L. *aetatis anno.* De Octavio: *Obiit* LXX. *et* VI. *aetatis anno, diebus* V. *et* XXX. *minus.* Sic alii: quandoque tamen Scriptores non semper hac Asianorum annos putandi ratione utebantur, ut patet tum ex Nummo Antiochi Regis Syriae apud V. C. Vaillantium pag. 150. et aliquot locis hujus Chronici, et ex Joannis Malelae loco allato ab Henr. Dodwello in Dissert. de Pontif. Roman. Successione cap. I. §. I. Caeterum Petavius lib. X. de Doctr. Temp. cap. LXII. pag. 266. Scriptorem biennio minus hic dicere observat, quoad Antiochenorum aeram, quod vel ex unico Evagrii loco patet lib. II. cap. XII. ubi secundum annum Leonis sub mensem Septembrem in annum aerae Antiochenae DVI. conjicit, qui in annum Christi vulgarem CDLVIII. incidit, a quo ad mensem Aprilem anni CDXCI. quo Anastasius dictus est Imperator, intersunt anni XXXIII. initio ducto a mense Octobri, quo, ut is censet, exordium init aera Antiochena. Alias porro initi ab Anastasio Imperii, ad Zenonis obitum ex Eustathio Syro historico Epochas profert idem Evagrius lib. III. cap. XXIX.

Pag. 607. 6. *Ἐκ τῆς νέας Ἠπείρου*] Ex urbe Epidamno,

Digitized by Google

quae nunc Dyrrachium dicitur, inquit Evagrius lib. III. cap. XXIX.

Pag. 607. 14. *Καὶ Αλβίνου*] Haec delet Holsten. et legit *μόνου*. At Epistola VII. Gelasii I. Papae data dicitur *Kal. Nov. Albino V. C. Cos.*

Pag. 607. 15. *Τπ. Αστερίου*, etc.] Is Asturius dicitur in Eburneo Codice Evangeliorum apud Leodicos, ut observatum a Sirmondo ad Ennodii lib. I. Epist. XXIX. Verum nescio cur haecce deleat Holstenius, ponatque *ἀνύπατα*.

Pag. 607. 16. *Βενάτωρος*] Rectius editio Scaligeri, *Βεάτωρος*· hoc enim anno *Viator* Cos. fuit. Perperam *Victorem* praeferre Epistolam XIII. Gelasii Papae I. alii adnotarunt.

Pag. 607. 18. *Παύλου μόνου*] Hic Consulatus in Actis Episcoporum Cenomanensium cap. II. in Turibio sic consignatur: *P. C. Viatoris* II. *V. C.*

Pag. 607. 20. *Σκυθοπολίτου*] Fasti omnes Scytham appellant, ut et Evagrius lib. III. cap. XXXV. et Theophanes anno II. et V. Anastasii, et I. Justiniani: quo loco Joannis Scythae filium Rufinum nominat, Joannis patrem, quem *ἀπὸ Τπάτων* vocat, eum forte qui deinceps solus Consulatum gessit anno XI. Justiniani. Istius postremi Joannis Rufini filii meminit Procopius lib. II. Persic. cap. VII. nulla tum dignitate donati.

Pag. 608. 1. *Ιππικοῦ ἀγομένου*] Istius incendii et seditionis meminit etiam Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Sabae cap. LIV.

Pag. 608. 3. *Λιθοβόλους*] Id crebrius accidisse in Cir-
524 censibus istis tumultibus docent Scriptores, ut se invicem lapidibus impeterent: quemadmodum in illa seditione quae sub Ind. IX. eodem imperante Anastasio contigit, in qua, ut sit
P 588 Marcellinus, *plus quam tria millia civium saxis gladiisque ac compressionibus* perierunt. Similem ad Ind. V. Paulo et Musciano Coss. refert, in qua *jactis pluviae instar lapidibus*, Celerem et Patricium Senatores ad se supplicandi vel satisfaciendi gratia missos repulerunt. Adde Theophanem anno XXXV. Justiniani, ac notata ad annum IX. Justini Senioris, et Bullingerum de Circo cap. XLVI.

Pag. 608. 5. *Αρμα*] Holstenius legit *αὐτόν*. Malim *ἁρμάτους*.

Pag. 608. 13. *Χαλκῇ τοῦ Ιππικοῦ*] Constantinopol. Christ. lib. II. sect. IV. n. II.

Pag. 608. 14. *Ο δημόσιος ἔμβολος*] Ibid. lib. II. sect. III. n. II.

Pag. 608. 15. *Εξαΐππιον*] Ibid. lib. II. sect. XVI. n. XLVI.

Digitized by Google

Pag. 608. 15. *Φόρον Κωνσταντίνου*] Ibid. lib. I. sect. XXIV. n. I. II. etc.

Pag. 608. 18. *Πλάτωνος*] Cujus meminit Marcellinus Comes sub Consulatum Pauli et Musciani, et Victor Tunnun. anno seq. Nam alius fuit Plato Eunuchus, qui temporibus Basilisci crematus fuit, de quo Suidas in *Προκόπιος*, et Codinus in Orig. Constantinopol.

Pag. 608. 19. *Μετὰ τὸ περιγενέσθαι*] Atqui Persicum bellum ad Indictiones duntaxat X. XI. et XII. revocat Marcellinus: Theophanes vero et Cedrenus ad ann. XIII. XIV. et XV. Anastasii. Proinde haec referenda ad annum ejusdem Augusti XVII. quomodo referunt iidem Theophanes et Cedrenus.

Ibid. Οτι ὁ Βασιλεὺς] Vox ὅτι praefixa huic periochae, satis indicat haec exscripta fuisse ex quadam collectione historica. Vide Gloss. med. Graecit. in ὅτι.

Pag. 608. 20. *Τὸ Δῶρας χωρίον ὄντα*] Cod. Vatic. τὸ *Δωρεχώριον*. Edit. Scaligeri, τὸ *Δωραχῶ ὄντα*. Sed leg. τὸ *χωρίον ὄν*, ubi *χωρίον* idem valet quod *vicus*, *oppidum*, *κώμη*, uti Daras appellatur a Procopio lib. II. de Aedif. Justin. cap. I. siquidem antea oppidum vel vicus erat, tametsi scribat Evagrius, ἐξ *ἀγροῦ πόλιν* factam. Idem Procopius lib. I. Persic. cap. X. de Anastasio: *πόλιν ἐδείματο ἐν χωρίῳ Δάρας, ἰσχυράν τε ὑπερφυῶς, καὶ λόγου ἀξίας, αὐτοῦ Βασιλέως ἐπώνυμον*. Dicta enim *Ἀναστασιούπολις*, ut est apud Cedrenum. Hinc *Φρούριον Ἀναστασίου πόλεως* Stephano seu Hermolao nuncupatur. Evagrius lib. III. cap. XXXVII. ubi haec refert, *χωρίου* pariter voce utitur: *Δάρας χωρίον τῆς Μέσης τῶν ποταμῶν*. Urbis situm et aedificia pluribus describit variis locis Procopius, ac praesertim lib. II. de Aedific. Justin. cap. I. II. et III. Subdit porro Evagrius oppido nomen inditum, *διότι Δαρεῖον αὐτόθι κατηγωνίσατο παντάπασιν Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ὁ Φιλίππου*. At cum *Δῶρας* semel ac iterum habeat hoc loco Auctor Chronici, videtur existimasse vico nomen inditum, non ab ipso Dario eo in loco deleto, sed ab hasta, quam *δόρυ* Graeci vocant, qua Darius ab Alexandro percussus est, tametsi *Δάρης* reponendo sensus maneat integer. Addunt Theophanes et Cedrenus oppido jus civitatis dedisse Anastasium, quod postea a Saracenis *Ταυρὲς* appellatum invenio in Cod. Reg. MMCCII. fol. 99. v. et in Excerptis Geographicis Vulcanii.

Pag. 609. 3. *Ἐκκλησίας*] Ex quibus memoratur a Procopio d. cap. II. Ecclesia S. Bartholomaeo Apostolo sacra, ejusdem urbis jam olim peculiari Patrono, ut est apud Theodorum Lectorem Ecl. II. Palatii Darensis meminit idem Procopius lib. I. Persic. cap. ult.

Ibid. Καὶ ὅρια] Publica scilicet horrea et militaria, quae ***Condita*** Latini vocabant, in quibus *ἐπέτειοι τροφαὶ ἀποτίθενται*,

Digitized by Google

nt de horreis Darensibus et Nisibenis loquitur idem Procopius lib. II. Persic. cap. XIX. Vide *Condita* in Gloss. med. Latinit.

Pag. 609. 7. *Ἰωάννου τοῦ Κύρτου*] Holstenius legit *Ἰωάννου ἄλλου Κύρτου*. Is porro *Joannes Gibbus* dicitur in Fastis, quae vis est vocis *Κυρτὸς*, quam male per *Curtus* extulerat Baderus: per *Cyrtus* vero Genrus apud Theophanem anno II. et III. Anastasii, cui dicitur, ut et Procopio in Hist. Arcana cap. VI. et Evagrio lib. III. cap. XXXV. *Ἰωάννης τὸ ἐπίκλην*
V 525 *Κυρτός*. Lexicon MS. Reg. *κύφος, ὁ κυφός*. Nicarchus in Antholog. lib. II. *Ὀρθώσας τὸν κυφὸν ὑποσχόμενος Διόδωρον*, etc. Is videtur qui Praefectus Praetorio Illyrici fuit, cujus Epitaphium legitur in Antholog. Epigr. Gr. lib. III. cap. I. n. III. Hic autem Consulatus in Epistola I. Symmachi Papae ita consignatur: *P. C. Paulini Junioris V. C.*

Pag. 609. 11. *Πομπηΐου*] Holstenius legit *Πομπηιανοῦ*. Verum hic annus ita consignatur in Synodo Romana III. sub Symmacho, ex Cod. Justin. *Rufo Magno Faust. Cos.*

Pag. 609. 17. *Ἀρεοβίνδου*] Addit Holstenius *νέου*. Fasti Senatoris MSS. *Arivinnam* vocant. *Messalam* solum Cos. nominat Concilium Agathense. De Messala consulendus Sirmondus ad Ennodii lib. VIII. Epist. III.

Pag. 610. 1. *Ἰουλιάνας*] Quae hic narrantur de seditione Circensi, referri debent ad Consulatum Pauli et Musciani, quo excitatam scribit Marcellinus Comes. Unde cum post Consulatum Anastasii Imp. III. desint in MS. Cod. decem Consulatus, hos inseruimus, omissis annis charactere minusculo descriptis, hacque seditione ad annum quo illa contigit relata, de qua sic idem Marcellinus: *Ibique Anastasio Caesare in Processibus degente, Areobindum sibi Imperatorem fieri clamitant.* Fuit autem Juliana, cujus hic fit mentio, filia Olybrii, qui Romae Imperator dictus est, ex Placidia Valentiniani III. Imp. filia, ut paullo supra habetur anno VI. Leonis. Unde ejusdem Augusti *ἐκγόνη* dicitur Cyrillo Scythopolitano in Vita S. Sabae cap. LIII. ubi ut et cap. LXIX. illius pietatem multis praedicat. Acrius enim Calchedonensem Synodum adversus Anastasium
P 589 tutatam auctor est Theophanes an. XXII. ejusdem Imp. atque ex eo populus Constantinopolitanus, qui eidem Synodo favebat, illius nomen in Circo acclamavit, Areobindam, vel Areobindum ejus conjugem in Imperatorem sibi fieri loco Anastasii haeretici postulans: de quo quidem Areobindo et ejus familia nonnulla attigimus in Famil. Byzant. p. 74.

Pag. 610. 2. *Βασιλέα τῇ Ῥωμανίᾳ*] Sic in seditione Victoriatorum an. V. Justiniani, Factiones clamarunt, *Πρόβον Βασιλέα τῇ Ῥωμανίᾳ*. In eo porro tumultu non Areobindum, sed Vitalianum, (Patricioli filium, Asparis nepotem) rectae fidei ac Synodi Calchedonensis propugnatorem Imperatorem

Digitized by Google

acclamatum scribunt Theophanes an. XXII. et Georgius Hamartolus in Chron. MS.

Pag. 610. 3. *Καὶ λοιπὸν ὁ Βασιλεὺς Ἀναστάσιος*] Cod. Vatic. *καὶ λοιπών*. Audito scilicet istius in Circo popularis seditionis nuntio, Anastasius Imp. qui tum *in processibus degebat*, ut scribit Marcellinus Comes, confestim in Urbem venit, et absque diademate, ut habet Evagrius, Circum conscendit: quo percepto, plebs universa eo statim advenit, ut hic narratur. Marcellinus: *Hos cives idem Anastasius Caesar solitis perjuriis, simulatisque vocibus, se se facturum cuncta promittens, tertio die quam in forum advenerant, sine ullo rerum effectu, ad sua fecit habitacula repedare.*

Pag. 610. 6. *Αὐτοῦ καὶ*, etc.] Delevimus vocem *καὶ*, ex Cod. Vatic.

Pag. 610. 7. *Μακρὸν τεῖχος*] XL. ab Urbe lapide, quo gemina junxit maris littora, ubi inter se bidui itinere fere distant, de quo passim Scriptores Byzantini, atque in primis Procopius lib. IV. de Aedif. Justin. cap. IX. lib. VI. Persic. cap. IV. lib. III. Gotth. cap. XL. Suidas in v. *Τεῖχος*, Gyllius lib. I. Descript. Constantinopol. cap. XXI. etc. Extitit praeterea murus alter longus in Cherroneso Thracica, cujus meminit idem Procopius eodem lib. IV. de Aedific. cap. X. utriusque vero Justinianus in Notitia subjecta Novellae VIII. ubi ut et Nov. XXVI. Vicarios duos iis praefuisse indicat. Hoc autem anno ab Auctore Chronici notato, Murum Anastasianum, nam et ita appellatur a Theophane an. XXXI. Justiniani, exstructum fuisse non ausim asserere, cum hisce locis codex Scriptoris mutilus sit, desintque X. anni, nec annus quo fuit conditus a Scriptoribus exerte, ni fallor, notetur.

Πρόβου] Quem *Juniorem* vocat vetus Inscriptio apud Sirmondum in Notis ad Ennodii carmen VIII.

Ἀναστασίου] Is est Anastasius, cujus extant diptycha duo V 526
Consularia, quae in aedibus sacris Cathedralibus Bituricensi et Leodiensi asservantur, in quibus ejus nomina ita describuntur: F. ANASTASIUS PAULUS PROBUS SABINIANUS POMPEIUS ANASTASIUS VIR INL. COM. DOMEST. EQUIT. ET CONS. ORDIN. Alius porro is videtur ab Anastasio *τοῦ Παμφίλου*, qui Dux Palaestinae fuit, eodem Anastasio imperante, cujus meminit Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Sabae cap. LVI. quod vox *Παμφίλου* videtur suadere.

Pag. 610. 10. *Ἐπὶ τούτου τοῦ Τπάτου*] Scalig. edit. *ἐπὶ τούτων τῶν Τπάτων*. Certe Magno Florentium collegam addunt Fasti. Similia porro de somnio Anastasii et Amantii narrat pariter Theophanes anno XXVII.

Pag. 610. 14. *Διὰ τὴν ἀπληστίαν*] Anastasii avaritiam attigere Evagrius lib. III. cap. XLII. et Theophanes an. XXIV.

Digitized by Google

Pag. 610. 17. *Ἀμάντιον*] Amantium alium Magistrum militum sub an. XXIX. Justiniani memorat Nicephorus Uranus in Vita S. Symeonis Stylit. n. CLXXIII.

Pag. 610. 18. *Εἰς τὸν αἰῶνα ζῇθι Βασιλεῦ*] Haec omisit Theophanes. Caeterum formula sat frequens in sacris libris, ut Dan. VI. 7. 21. etc. quae occurrit etiam in Martyrio SS. Anargyrorum.

Pag. 611. 8. *Ἀῤῥωστήσας*] Anonymus Valesianus de Anastasio: *Non post multum temporis in lecto suo intra Urbem Constantinopolim morbo tentus extremum clausit diem.*

Pag. 611. 9. *Ἀστραπῆς*] De hocce tonitruo vel fulgure, quo exanimatum Anastasium tradunt Scriptores, atque in primis Cedrenus, Symeon Logotheta, Anonymus in Chron. MS. ab Adamo ad Leonem Sapientem, et alii, consulendus in primis Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Sabae cap. LX. Auctor Historiae summorum Pontificum, qui sub Justiniano vixit, in Hormisda: *Percutsus divino ictu Anastasius interiit.*

Pag. 611. 12. *Βενδερίτης*] Scribendum *Βεδερίτης* pridem monuit Nicol. Alemannus ad Procopii Hist. Arcanam. Est autem Bederina urbs Illyriae, ut scribit Agathias lib. V. seu ut Justinianus in Nov. XI. secundae Pannoniae, de qua copiose egit idem Alemannus.

Ibid. *Θρᾴξ*] Ita Evagrius et Basilius Cilix apud Photium. Illyrium dicunt Theodorus Lector, Procopius loco laudato, Theophanes, et Cedrenus, qui haec addit: *οἱ δὲ Θράκα λέγουσιν εἶναι.* Sed haec conciliantur ex eo quod Bederina in limitaneis Illyriae Thraciaequa agris sita dicatur ab eodem Procopio.

Pag. 611. 13. *Ἰουλίῳ θ'.*] Nocte decimae diei mensis, quo extinctum Anastasium tradit Cyrillus.

Pag. 611. 14. *Κατὰ τοὺς Ἀντιοχείας*] Ita Cod. Vatic. Scalig. *κατ' αὐτοὺς Ἀντιοχεῖς τῆς Συρίας.* Possit etiam legi, *κατὰ τοὺς Ἀντιοχεῖς τῆς Συρίας.* De hoc autem aerae Antiochenae anno consulendus Petavius lib. X. de Doctr. Temp. cap. LXII. pag. 266.

P 590 *Pag.* 611. 18. *Εὐθαρίχου*] *Eutharicus Cillica* Cos. in Occidente vocatur a Senatore, Amalasuenthae Gotthorum in Italia Reginae conjux, Athalarici Regis pater. Adde eundem Senator. lib. VIII. Variar. I. Jornand. in Getic. cap. LIX. Epistolam Joannis Patr. Constantinopol. ad Papam Hormisdam, Anonymum Valesianum, etc. Perperam *Eutherium* hic habent Marius Aventic. et Victorius. Vide Epistolas Hormisdae Papae pag. 1487. 1495. et seqq. edit. Labbei, in quibus solus Eutharicus Cos. scribitur, ut pote in Occidente scriptis.

Pag. 611. 19. *Ἀνεῖλεν Ἀμάντιον*] Marcellinus: *Amantius et Andreas ferro trucidati sunt.*

Digitized by Google

Pag. 612. 1. *Δομέστικον*] *Κόμητα τοῦ Αμαντίου* vocat Theophanes, id est asseclam, non dignitate Comitem: *Satellitem*, Marcellinus et Jornandes: *Πιστόν οἱ τυγχάνοντα*, Evagrius lib. IV. cap. II. Theocritum vero in carcere saxis contusum ingentibus petitum, salsoque in gurgite jacuisse, ac sepultura caruisse addit idem Marcellinus.

Pag. 612. 2. *Ον ἠβούλετο*] Cod. Vatic. *ὃν ἐβούλετο*. Videtur legendum *ὅτι*. Neque enim Andream Amantius, sed V 527
Theocritum Imperatorem renuntiandum decreverat.

Pag. 612. 4. *Ο δὲ στρατὸς*] Milites Praetoriani, seu *Excubitores*, ut est apud Evagrium. A Senatu electum scribit Marcellinus.

Pag. 612. 6. *Ως τυράννους*] *Cum Justini Augusti deprehensi essent proditores*, inquit Marcellinus.

Pag. 612. 9. *Ανεκαλέσατο*] Cyrillus in Vita S. Sabae cap. LXI. *οὕτως δὲ Αναστασίου τελευτήσαντος, Ιουστῖνος αὐτίκα τὴν βασιλείαν παραλαβὼν, νόμοις ἐχρήσατο, τοῖς κελεύουσι τοὺς ὑπὸ Αναστασίου ἐξορισθέντας πάντας ἀνακληθῆναι.*

Pag. 612. 12. *Απίωνα*] Qui cum duplici *π*, *Αππίων* dicitur Procopio et Theophani. Scribit Scaliger ad Eusebium pag. 254. hanc vocem apud Graecos semper scribi per simplex p, nomenque esse Aegyptium, ab Api: apud Latinos tamen semper efferri per duplex pp. Certe Apionis Regis, qui, ut scribit Eusebius lib. I. Libyam testamento Romanis reliquit, nomen ita scribitur: ut Apionis Posidonii filii Historici non semel laudati a Georgio Syncello, qui idem forte cujus Historia Aegyptiaca laudatur a Clemente Alexandr. lib. I. Stromat. et idem etiam quem non semel laudat Stephanus. Ita cum unico p scribuntur Apion in quem scripsit Josephus, Apion Medicus apud Galenum, ac is denique Apion cujus hic fit mentio, genere Aegyptius: *ἀνὴρ ἐν Πατρικίοις ἐπιφανὴς*, et *χορηγὸς τῆς τοῦ στρατοπέδου δαπάνης*, ut scribunt iidem Procopius lib. I. Persic. cap. VIII. et Theophanes anno XIV. Anastasii, a quo in exilium postmodum missus, Niceae invitus Presbyter ordinatus est, ut refert idem Theoph. an. I. Justiniani. Sed an idem qui sub Justiniano Consul fuit, infra disquirimus.

Pag. 612. 13. *Απὸ στρατηλατῶν*] Immo *στρατηλάτην τῆς Ανατολῆς*, *Magistrum militum per Orientem*, ut est apud Theophanem.

Ibid. *Φιλόξενον ἀπὸ στρατηλατῶν*] Fuerat quippe Magister militum per Thracias, ut praefert Inscriptio Diptychi Consularis ejusdem Philoxeni, cujus ectypon publicavit Sirmondus in Notis ad Sidonium: FL. THEODORUS FILOXENUS SOTERICUS FILOXENUS VIR ILL. COM. DOMEST. EX MA-

Digitized by Google

GISTRO M. PER THRACIA. ET CONSUL ORDINAR. quem Consulatum is gessit cum Probo anno VII. Justiniani.

Pag. 612. 15. *Αστηρ*] Ita Theophanes, Cedrenus et Symeon Logotheta in Chron. MS. Similem Cometam visum sub Justiniani an. XIII. narrat Procopius lib. II. Persic. cap. IV.

Pag. 612. 20. *Ρουστικίου*] ***Rusticum*** Marcellinus et alii vocant, quomodo etiam legitur in Epist. Hormisdae Papae. *Vitalianum* vero hic delet Holstenius: et sane solus Rusticus interdum scribitur in Epistolis ejusdem Pontificis.

Pag. 613. 2. *Συμμάχου καὶ Βοηθείου*] De his Coss. agit Sirmondus ad Ennodii lib. VIII. Epist. I.

Pag. 613. 3. *Τζάθιος*] Quae hic sub annum IV. Justini narrantur de Tzathio, seu Tzatho, uti appellatur a Theophane, Cedreno, et Symeone Logoth. in annum sequentem iidem referunt.

Ibid. *Ζαμνάξου*] Ita hic et infra Cod. Vatic. et editio Scaligeri. Perperam Rader. *Ξαμνάξου*.

Ibid. *Λαζῶν*] Qui Colchi olim dicti, ut ait Agathias lib. II. et III.

Pag. 613. 11. *Καυάδης*] Qui infra *Κωάδης*, Procopio, Theophani, et aliis *Καβάδης*.

Pag. 613. 16. *Ονίνου*] *Ομοῦ* habet Theophanes editus: *Νομοῦ*, Cod. Vatic. *Ρώμου*, Symeon Logoth. in Chron. MS.

Pag. 613. 17. *Ουϊλαριανὴν*] *Ουϊλερίαν*, Cod. Vatic. Theophanis. Exhinc Lazorum Reges per Legatos Byzantium misse, affinitatem cum aliquibus Senatoribus, de Imperatoris sententia, jungebant, atque hinc ducebant uxores, inquit Procopius lib. IV. Gotth. cap. IX.

Pag. 613. 20. *Χλαμύδιν*] Scaliger, *Χλανίδιν*. Theophanes, *Κλανύδιν*. Notum autem quid proprie sit *χλανίς*. Quae porro in hac narratione occurrunt voces Graecobarbarae,
V 528 apud hunc Scriptorem, Theophanem, Cedrenum et Symeonem Logothetam, plenius explicantur in Gloss. med. Graecit. luemque alium excipere possunt ex Agathia lib. III. pag. 90. edit. Reg. ubi Lazorum Principis *παράσημα*, seu insignia, ita describuntur: *Εἰσὶ δὲ αὐτῷ στέφανος χρυσοῦς λιθοκόλλητος, καὶ χιτώνιον ποδῆρες ὑπόχρυσον, πέδιλά τε κοκκοβαφῆ, καὶ μίτρα ὁμοίως χρυσῷ τε καὶ λίθοις πεποικιλμένη. Χλαμύδα δὲ ἐλουργῆ τοῖς Βασιλεῦσι τῶν Λαζῶν οὐ θέμις ἀμπέχεσθαι, λευκὴν δὲ μόνον, οὐ μέντοι παντάπασί γε κοινὴν οὕτω καὶ εἰθι-*
P 591 *σμένην. Ἀμφὶ γὰρ τὸ μεσαίτατον ἐκείνη χρυσῷ ὑφάσματι ἑκατέρωθεν καταλάμπεται. Βασιλικὸν δὲ τὸ ἐμπερόνημα τῆς χλαμύδος, λίθοις τε ἐκπρεπέσι, καὶ τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ διαπρέπον.* Quid autem sit *χρυσὸν* illud *ὕφασμα* docemus in Gloss. med. Graecit. in v. *Τάβλα*.

Pag. 615. 6. *Ζίλγβι*] Editio Scaligeri, *Ζιλγβί*. Infra,

Digitized by Google

Ζιάγβιρος, ubi eadem editio *Τζιάγβιρος* praefert: Theophani et Logothetae *Ζιλίγδης* dicitur. Quae porro de hac Hunnorum ad Persas defectione anno IV. Justini hic narrantur, sub an. III. recitant iidem Theophanes et Logoth.

Pag. 615. 19. *Ἀδελφῶν*] Sic nempe olim, ut et hodie, Reges sese invicem compellabant. Vide utrumque Glossarium.

Ibid. Κυνῶν] Sic reposuimus ex Theophane, cum prave in utraque editione scriptum esset *κοινῶν*. Holstenius scripserat, forte *Οὔννων*. Sed nihil mutandum: notum enim militare convicium, *Canis*. Terentius in Eunucho: *ain vero Canis?* ubi Donatus observat hoc verbo impudentibus inimicis convitium fieri solere: *nam*, ut subdit, *militare dictum est in hostem canis*. Vincentius Bellovacensis lib. XXX. cap. LXXIV. de Tartaris: *Papam et omnes Christianos canes appellant.* Froissart. 2. vol. cap. XXII. *Et encore nous vaut mieux mourir, que vivre à honte et en servage dessous ces chiens de mécreans.*

Pag. 616. 8. *Διὰ Βρόλου πρεσβευτοῦ*] Edit. Scalig. *διὰ Βρόλου πρεσβυτέρου*. Raderus perperam ediderat, *διὰ Βρίου*.

Pag. 616. 9. *Μαξιμίνου*] Legendum *Μαξίμου*, ex Marcellino, Victore Tunnunensi, Mario Aventic. et aliis. Vide Epist. I. et II. Joannis Papae I. et Sirmondum ad Ennodii lib. VII. Epist. XX.

Pag. 616. 11. *Ἰουστινιανοῦ*] Hic pariter leg. *Ἰουστίνου*, ex iisdem: qui error etiam irrepsit in Leg. XLI. Cod. de Episcop. et Cleric. quae hanc subscriptionem praefert: *Justiniano A.* II. *et Opiliano Conss.* Additio MS. Chronico Senatoris: *Opilio et Justinus Augg. VV. CC.* ubi delenda postrema litera in *Augg.* Hinc porro in caeteros Justiniani Consulatus error irrepsit.

Pag. 616. 14. *Μαβορτίου Ρωμαίου*] Haec delet Holstenius, at cur, nescio.

Pag. 616. 16. *Συνεβασίλευσεν*] Ad hunc locum conferendus omnino Cyrillus Scythopolitanus de Vita S. Sabae cap. LXVIII.

Pag. 617. 2. *Μεγάλην ἐποίησεν κατάστασιν*] Id est plebem *ad modestiam compulit*, ut loquitur Valerius Probus in Coriolano. Vide Gloss. med. Graecit. in *Κατάστασις*.

Pag. 617. 8. *Εἰς τε*] Scalig. *ὥστε*.

Ibid. Τοὺς ἀταξίας καὶ φόνους ποιοῦντας] Quae hic de panitis caedibus, in Circo maxime, auctoribus et lapidatoribus recitat Auctor Chronici, Justinianoque adscribit, ad annum VI. Justini referuntur, eidemque Justino tribuuntur a Marcellino, Theophane et Symeone Logotheta. Idem Marcellinus ad Consulatum Maximi: *Plaustique lapidatorum, perussorum, urbisque depopulatorum, sua ob scelera deprehensi, ferro, igni, suspendioque exanimati sunt, gratum bonis civibus spectaculum exhi-*

Digitized by Google

bentes. Quod quidem Venetae praesertim Factioni adscribit idem Theophanes anno II. ejusdem Justini, cum in Prasinos aliosque promiscue impune grassaretur, (quippe ut est in Epigr. CXV. lib. V. Anthol.

Οἱ Βενετοὶ Πρασίνοισιν ἐναντίοι αἰὲν ἐόντες.)

missusque esset Magistratus qui ejusmodi grassationes coërcere auderet. Quae quidem, inquit ille, usque ad VI. Justiniani annum acta sunt. Et sane si hac in re fidem aliquam meretur Procopius in Hist. Arcana cap. VII. et X. tantum abest ut in ejusmodi Factionum licentiam edicta emiserit Justinianus, ut hanc ipse et Theodora fovisse dicantur: quod et tradit
V 529 Evagrius lib. IV. cap. XXXII. Quantis porro odiis utraque Factio se se invicem prosequeretur, et nulla praevia offensa inter se digladiaretur, nec ipsa etiam germanitatis habita ratione, ipsis feminis, *καί περ οὐδὲ ἐς τὰ θέατρα τὸ παράπαν ἰούσαις*, viris interdum se se adjungentibus, pluribus narrat idem Procopius loco jam laudato, et lib. I. Persic. cap. XXIV. Sed nemo melius expressit Circenses istos tumultus, et Factionum mutuas dissensiones, quam Amphilochius, seu, ut alii volunt, Gregorius Nazianzenus, in Epistola Iambis scripta ad Seleucum, ex qua quaedam hic in specimen delibabimus:

Καὶ μὴν τὸ πολλοῖς μᾶλλον ἡμερώτερον
Δοκοῦν θέαμα πωλικῶν θεαμάτων,
Καὶ τοῦτο λοιμός ἐστι, καὶ ψυχῆς νόσος.
Πόλεις διασπᾷ, δῆμον εἰς στάσιν φέρει,
Μάχας διδάσκει, λοίδορον θήγει στόμα,
Τέμνει πολιτῶν φίλτρα, συγκρούει γένη,
Καταισχύνει γέροντας, ἐκμαίνει νεοὺς,
Ἔχθρας ἀνάπτει φιλτάτων, πατεῖ νόμους.

Et infra:

Οὐκοῦν ἐναργῶς, καὶ τὸ δόξαν ἦμερον,
Ἐριστικὸν θέαμα τῶν ἱπποδρόμων,
Ψυχῶν ὄλεθρός ἐστι, σωμάτων μάχη,
Καὶ πρός γε τούτοις χρημάτων σαφὴς βλάβη;
Πόσους μὲν οἴκους ἀθρόως κατέσπασε;
Πόσους προσαιτεῖν πλουσίους ἠνάγκασε;

P 592 Mitto reliqua, quae totidem Iambis Latinis expressit Joachimus Zehnerus, quos pariter omittimus. Adde Senatorem lib. I. Var. XXVII. XXXIII. et vide notata ad annum VII. Anastasii.

Pag. 617. 12. *Ομοῦ ϛοέ.*] ϛοδ'. legendum observat vir doctus.

Pag. 617. 17. *Τὸ τρίτον μόνου*] Holsten. τὸ β'. In Epist. III. Felicis Papae IV. hic Consulatus ita consignatur: *P. C. Mavortii V. C.* Vide Sirmondum ad Ennodii lib. IX. Epist. XXXIII.

Pag. 617. 20. *Τοσαῦτα ἐῤῥιψε χρήματα*] Marcellinus hanc

Digitized by Google

Justiniani in Consulatu munificentiam ad Indict. XIV. revocat, quo quidem anno cum Valerio Cos. fuit, Justino adhuc superstite.

Pag. 618. 1. *Τῷ αὐτῷ ἔτει*] Belli Lazici meminit Procopius lib. I. Persic. cap. VII. quo loco scribit Lazis milites suos adversus Persas tueri renuentibus, Irenaeum eo cum copiis a Justino missum, cum Iberes ab ipsis Persis bello petiti, eorumque impetus sustinere minus idonei, in Lazicam se se recepissent. Quod quidem sub exitum Imperii Justini refert, proinde post inaugurationem Tzathi Lazorum Regis, quam anno IV. seu V. factam diximus. Tzatho successit Gubases, quem Romanae feminae filium fuisse ait idem Procopius. lib. IV. Gotth. cap. IX. Tzathi scilicet et Valerianae, cujus supra Scriptor meminit. Hunc Agathias lib. II. pag. 56. ut et Lazos omnes Justiniano *κατηκόους ὄντας καὶ εὔνους, καὶ τὰ ἐς Θεὸν ὁμογνώμονας* fuisse ait: quo quidem caeso, *Τζάθης* illius junior frater Byzantium veniens, *τήν τε πατρῴαν ἀρχήν, καὶ τὰ ταύτης παράσημα πρὸς τοῦ Βασιλέως Ρωμαίων, ἥπερ ἐκ παλαιοῦ νενόμισται*, accepit. Proinde Tzathus, cujus hic mentio fit, prior ille debet intelligi, quem in Regem Lazorum inauguravit Justinus, cui Gubases filius successit. Hoc autem bellum Lazicum in annum I. Justiniani pariter conjiciunt Theophanes, Cedrenus, et alii: illud vero describit Procopius lib. I. Persic. cap. XV.

Pag. 618. 5. *Βηλισάριος*] Qua tempestate, id est anno I. Justiniani, is adolescens erat, et prima lanugine signatus, ut scribit Procopius lib. I. Persic. cap. XII. Jam vero hoc loco *Βηλισάριον*, vel *Βιλισάριον* fere semper effert Auctor Chronici, quomodo *Bilisarium* adscripti Novellis Justinianeis anni, tum Scrimgerianis, tum Juliani Antecessoris, quem *Βελισάριον* idem Procopius et alii appellant, atque ipse Justinianus in Nov. CLV.

Ibid. Κήρυκον] Ita appellatur in Codd. MS. Theophanis, apud Cedrenum, Logothetam, et alios. Perperam enim *Κύριλλον* praefert editio ejusdem Theophanis.

Pag. 618. 6. *Εἰρηναῖον τὸν πενταδίας*] Illum forte, quem a Justino paulo ante obitum in Lazicam, illius fines adversus V 530
Persas tuiturum, missum fuisse, ex Procopio diximus. Verum Belisario et Ceryco Petrum, non vero Irenaeum adjungunt Theophanes et Cedrenus: quibus revocatis, Petrus Notarius Imperatoris una cum Lazis Persas delevit. Postremi istius Petri fortunam, et in Lazica gesta, lib. II. Gotth. cap. XV. locis vero aliis varias ejus expeditiones bellicas refert Procopius. Irenaei *τοῦ Πενταδίας* meminit rursum Auctor Chronici anno III. Justiniani.

Digitized by Google

Pag. 618. 11. *Τὸν ἀπὸ Νοταρίων τοῦ Βασιλέως*] Fuit enim primitus hic Petrus Justini *γραμματεὺς*, ut ait Procopius.

Pag. 618. 15. *Σύκας*] Constantinopol. Christ. lib. I. sect. XXII.

Pag. 618. 18. *Καὶ τὴν γέφυραν*] Ibid. lib. IV. sect. XIV.

Pag. 618. 22. *Ἐν τοῖς Δαγισταίου*] Ibid. lib. I. sect. XXVII. n. XIII.

Pag. 619. 1. *Μεσίαυλον*] Perperam *μεσίκωλον* editio Scalig. Vide Gloss. med. Graecit in *αὐλή*.

Ibid. Βασιλικῆς] Constantinopolis Christiana lib. I. sect. XXVIII. n. XI. lib. II. sect. IX. n. XIV.

Pag. 619. 3. *Ἀγωγοῦ*] Ibid. lib. I. sect. XXV. n. II.

Pag. 619. 7. *Δεκίου*] Qui *Junior* dicitur in Subscriptione Concilii Arausicani et Vasensis III.

Pag. 619. 8. *Κώδιξ*] Duplex fuit editio Codicis Justiniani, prior Decio Cos. Indictione VII. vim habitura, ex XVI. Kal. Maii, non April. ut in Chron. scribitur. Ita enim in Constitutione Justiniani praefixa ipsi Codici: quo quidem Codice confecto et edito, prodiere subinde aliae ejusdem Justiniani Constitutiones, seu decisiones, quae cum extra corpus ejusdem Codicis divagarentur, in eundem Codicem relatae sunt, Lampadio et Oreste Coss. quo anno *Codex Justinianus* rursum *orbi promulgatus est*, inquit Marcellinus, et ex eo Beda. Vide Paulum Warnefridum lib. I. cap. XXV. Porro *Codicem Justinianum* vocat, non *Justinianeum:* sic enim varios Magistratus is instituit, cum simili adjuncto, quorum catalogum collegit Alemannus ad Procopii Historiam Arcanam.

Pag. 619. 11. *Φιλανθρωπίαν*] Ita rursum haec vox usurpatur a Scriptore pro *θεομηνία*, an. XVII. Leonis. Vide Gloss. med. Graecit.

Pag. 619. 13. *Σαμαριτῶν*] Samaritarum hanc rebellionem narrant praeterea Procopius lib. V. de Aedif. Justin. cap. VII. et in Historia Arcana cap. XI. Theophanes et Cedrenus an. II. Justiniani. Paulus Diac. lib. XVII. praeterea Cyrillus Scythopolit. in vita S. Sabae cap. LXX. et LXXI. Vide Leg. XII. et XVII. Cod. de Haeret. et Manichaeis.

P 593 *Pag.* 619. 15. *Βασιλέα*] Julianum *σύνεθνον αὐτῶν*, ut est apud eundem Cyrillum, et laudatos scriptores.

Ibid. Εἰρηναῖος ὁ Πενταδίας] Cyrillus missos a Justiniano in Samaritas Theodosium et Joannem VV. CC. ait, et ab iis occisum Julianum. *Pentadiae filium* hic vertimus, incertum an bene.

Pag. 619. 18. *Ἐπαμφοτερίζουσιν*] *Ὀνομα Χριστιανῶν τοῦ σφίσι παρόντος ἀνταλλαξάμενοι, τῷ προσχήματι τούτῳ τὸν ἐκ τοῦ νόμου ἀπεσείσαντες κίνδυνον*, ut ait Procopius in Hist. Arcana. Idipsum iis objicit Justinus Junior in Nov. V. de Samaritis:

Digitized by Google

Κεχωρήκασι γὰρ εἰς τοσοῦτόν τινες αὐτῶν μανίας, ὥστε δὴ καὶ τοῦ σωτηριώδους τυχόντες Βαπτίσματος, πάλιν ἐπανῆλθον ὅθεν ἐξῆλθον κακοῦ, ταῦτα Σαμαρείταις τιμῶντες καὶ λυττῶντες διηλέγχθησαν. Infra: *σχηματιζομένους τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν προσδέχεσθαι πίστιν, ταῖς δὲ ἀληθείαις οὐχ οὕτω φρονοῦντας, ἢ πράττοντας ταῦτα συμβαίνοντα.*

Pag. 619. 20. *Ἐπὶ χαυνότητι δὲ ἀρχόντων*] Hic Praesidum et Ducum Palaestinae avaritiam perstringit, quos inter fuit imperante Justiniano Summus, *τῶν ἐν Παλαιστίνῃ στρατιωτῶν ἡγησάμενος* dictus Procopio lib. II. Persic. cap. I. in quem extat *ἐγκώμιον ἐκ τοῦ προχείρου*, Choricii Rhetoris, hoc titulo in Cod. Reg. *Εἰς Σοῦμμον τὸν ἐνδοξότατον Στρατηλάτην*, ubi non modice laudatur, ita ut ab hac quae Ducibus Palaestinae hic adscribitur culpa prorsus vacaverit.

Pag. 620. 3. *Μηνὶ Ἰανουαρίῳ*] Famosam istam Constan- V 531
tinopolitanam seditionem per quinque continuos dies durasse, ac Idibus Januarii coepisse auctor est Marcellinus Comes, id est XIII. Januarii: qua quidem in re non omnino concinit cum Chronici Paschalis scriptore, neque ille cum Procopio, qui ad VI. diem productam ait, quo Hypatius et Pompeius in Circi Tribunali comprehensi, ad Justinianum perducti, ac postero die caesi sunt. Tradit quippe scriptor Chronici, illos interfectos ejusdem mensis XIX. feria II. ac XX. feria III. quievisse civitatem. Perstitit igitur seditiosorum grassatio usque in XVIII. mensis diem, qui in Dominicam incidit, captis Hypatio et Pompeio, iis postero die XIX. interfectis. Ac siquidem per quinque dies continuos duraverit, illa coeperit XV. Januarii die, quod velle videtur Chronicon, in quo posterus dies initae seditionis mensis XVI. in feriam VI. ut XVII. in Sabbatum, et XVIII. in Dominicam incidisse dicuntur: ac tandem sedatam XIX. feria II. captis eo die Hypatio et Pompeio. Si vero juxta Procopium per VI. dies illa perstiterit, iis usque ad eorundem captionem putatis, seditio coeperit XIV. mensis die, non XIII. quod vult Marcellinus. Hic porro certissimae habentur notae anni Christi DXXXII. Bissextilis, quo Cyclus Solis fuit IX. Litera Dominicalis DC. Caeterum de hac seditione consulendi praesertim Procopius lib. I. Persic. cap. XXIV. et Theophanes.

Pag. 620. 4. *Τοῦ λεγομένου Νίκα*] Ab hac igitur voce cognominata est ista seditio, quod crebrius in istis tumultibus inclamata sit, uti in faustis acclamationibus fieri solebat. Cum porro ex civibus Constantinopolitanis Graece alii, alii Latine loquerentur, utraque lingua illa efferebatur. Nam qui Graece, *Ἰουστινιανὲ Αὔγουστε νίκα*, qui Latine, *Justiniane Auguste tu vincas*, acclamabant, ita tamen ut interdum vocem *νίκα* Latinis vocibus adjungerent, ut in Nummo Theophili Imp. a nobis delineato in Familiis Byzant. *ΘΕΟΦΙΛΕ ΑΥΓΟΥΣΤΕ ΤΥ ΝΙ-*

Digitized by Google

KAS, ubi observare est haec partim Graecis, partim Latinis characteribus esse exarata. Ita apud scriptorem Chronici anno VI. Justiniani, in terrae motu plebs inclamasse dicitur, *Νίκα ἡ τύχη τῶν Χριστιανῶν·* et *Αὔγουστε Ἰουστινιανὲ τοῦ βίγκας*. Atque haec acclamationis species a Circensibus profluxit, quibus Factiones victoriam Factionariis suis agitatoribus adprecabantur, vel quod ut eam consequi conarentur, hisce stimulis illos incitarent: sed et interdum hanc consecutos innuebant. Hinc in aliquot nummis, quos *Contorniatos* vocant, ubi Euthymius quidam famosus pugil exhibetur, *EVTTMI NIKA* legitur: et in antiquo lapide quem ex Bullingero hic describemus, quia deest apud Gruterum [*Bulengero* voluisse Ducangium, nec deesse lapidem apud Gruterum, notat Hagenbuchius Inscript. Orelli vol. I. p. 546.]:

A	M. AURELIO LIBERO	G
R	PATRI ET MAGISTRO	E
A	ET SOCIO DOMINO	N
M	ET AGITATORI FACTIONIS	T
A	PRASINAE.	I
N	AURELIUS CAECIL. PLANETA	NI
T	PROTOGENES OB III. PAL	C
I	MAS HOC DONUM VOVIT	A
NI	NATIONE AFR.	
CA		

P 594 Ubi Bullingerus non advertit has voces, *Aramanti nica*, *et Genti nica*, acclamationes esse factas *Aramantio* et *Gentio* agitatoribus: cujusmodi praeterea describuntur lib. v. Anthol. Epigr. LXXIII. in Porphyrium aurigam:

V 532 *Τέτραχα μὲν τοπάροιθε διάκριδον ἴαχε δῆμος,*
Τὸν Καλχαντιάδην Πορφύριον ποθέων.

nempe ut vinceret. Sed de ejusmodi vocibus et acclamationibus alia attigimus in Dissert. de inferioris aevi Numismatibus N. LXIV. et in Glossar. med. Graecit. in v. *Νίκα*, et in Addit.

Ibid. Αμαρτία] *Ανταρσία*, et *ἀταξία* apud Theophanem et in Chronico MS. ab Adamo ad Leonem Sapientem. Hic porro forte legendum *ἀνταρτία*, quomodo conjicit Holsten. quam quidem utriusque Factionis seditionem vel dissidium *Πρασινοβένετον* hic vocat Georgius Hamartolus in Chronico MS. *Καὶ ὁ δῆμος ἀντάρας τὸ λεγόμενον Πρασινοβαίνετον*, etc. Hac enim tempestate, licet IV. essent Factiones, duae tantum ut primariae fere notantur, quod iis aliae forte adjunctae essent, quae est sententia Bullingeri lib. de Circo cap. XLVIII.

Ibid. Ανελθόντα] Ab hisce verbis ac prima ista periodo exordium ducit gestorum in hac seditione narratio ex Actis publicis apud Theophanem, quam, antequam is ederetur, Notis suis ad Procopii Anecdota inseruerat Alemannus, addita Latina

Digitized by Google

versione. Theophanem exscripsere Symeon Logoth. et Georg. Monachus in Chronicis MSS.

Pag. 620. 6. *Ἀκτα τοῦ Καλοποδίου*] Petebant nempe Prasini, ut acta Calopodii rescinderentur, vel, uti vult Alemannus, in eum ex lege ageretur. Licebat enim ex Lege Constantini M. quae est IV. Cod. de Officio Rectoris Provinciae, ut *justissimos et vigilantissimos Judices publicis acclamationibus collaudare*, cujusmodi extat exemplum apud Capitolinum in Gordiano, ita *e contrario injustos et maleficos querelarum vocibus accusare; sic tamen, ut si verae voces essent, nec ad libidinem per clientelas* (seu ut loquitur Lampridius in Alexandro, *an vere, non factionibus*) *effusae*, ex relatione Praefectorum Praetorio et Comitum qui per Provincias constituti erant, Princeps diligenter inquireret. Vide infra anno XVI. Heraclii.

Pag. 620. 7. *Τοῦ βίγκας*] Perperam hanc vocem per *tu vivas*, extulit idem Alemannus. Vide Gloss. med. Graecit.

Pag. 621. 1. *Τοῦ Μαγίστρου Ερμογένους*] *Magistri Officiorum*, cujus non semel fit mentio apud Procopium, Theophanem, et in Novellis Justiniani: cujus etiam tum vices in urbe agebat Basilides. Vide Marcellin. Ind. XI.

Pag. 621. 5. *Τοῦ Ἰωάννου τοῦ Καππάδοκος*] Cujus avaritiam perstringit Procopius lib. I. Gothh. cap. XXIV. et de quo multa Alemannus ad Historiam Arcanam.

Ibid. Τοῦ Ρουφίνου τοῦ Κυέστωρος] Rufinus, Joannis Scythae Exconsulis filius, ex Magistro militum et Patricius, Theophani anno II. et IV. Justiniani dicitur. Is non semel occurrit apud Procopium: sed an tum Quaestoris dignitatem obtinuerit, dubium facit idem Scriptor, qui, ut plebi pareretur, loco Triboniani Quaestoris, eandem dignitatem datam Basilidi tradit, viro caeteroquin spectatissimae clementiae et nobilitatis. Patricium etiam eundem Rufinum vocat sub Ind. XI. Marcellinus. Quaestoris vero dignitate insignem Thomam anno III. Justiniani memorat idem Theophanes.

Pag. 621. 9. *Φωκᾶν τὸν Κρατερὸν*] Theophanes ann. III. *Φωκᾶν τὸν Πατρίκιον τοῦ Κρατεροῦ*, Patricium vero nude vocat Procopius absque *Κρατεροῦ* nomine, quo donatur nescio quis Sophista lib. IV. Epigram. Graecor. tit. XXIII. Craterum *περὶ ψηφισμάτων* laudat Stephanus de Urbib.

Pag. 621. 13. *Τρύφωνα*] Praefectorum Praetorio sub Justiniano seriem descripsit Alemannus, in quibus Tryphonem et Theodorum illius fratrem ex hoc duntaxat Chronico recenset.

Pag. 621. 18. *Χαλκόστεγον*] Constantinopol. Christ. lib. II. sect. IV. n. II.

Pag. 621. 19. *Πορτίκου τῶν Σχολαρίων*] Ibid. n. XXXII.

Pag. 621. 20. *Σένατον*] Ibid. lib. II. sect. IX. n. I.

Pag. 621. 21. *Λύγουσταῖον*] Ibid. lib. III. n. XXIII.

Digitized by Google

Pag. 622. 1. *Ἑπτετραέντου*] Theophanes: *καὶ τὴν μεγάλην Ἐκκλησίαν σὺν τοῖς ἀμφοτέροις κίοσι, καὶ πᾶσα ἐκ τετραέντου κατηνέχθη.* In alterutro horum scriptorum, licet alter ab
V 533 altero acceperit, mendum latet, quod aegre sanari potest, cum haec vox *ἑπτετραέντου* nihil sonet. Melior tamen videtur lectio Auctoris Chron. quae sensum integrum proferret, si pro *ἑπτετραέντου*, legatur *ἐκ τετραλίθου*, ita ut columnae istae stupendae ex marmore fuerint, quod *τετράλιθον* vocabant, de quo agimus in Gloss. med. Graecit. in v. *Τρίλιθος*, et in Addit. Nam vox *πᾶσι* in hoc Chronici loco satis docet vocem istam ad columnas referri: quam *περιοχὴν* male interpolavit Theophanes, dum etiam pro *φοβεροῖς*, reposuit *ἀμφοτέροις*.

Pag. 622. 3. *Ἰουλιανοῦ λιμένα*] Constantinopol. Christ. lib. I. sect. XIX. n. I.

Pag. 622. 4. *Πρόβον Βασιλέα*] Anastasii Augusti nepotem, de quo in Familiis Byzant. p. 87.

Pag. 622. 9. *Καὶ μόνον*] Vereor pariter ne et in hac voce mendum lateat. Scrinii vero et Scriniariorum Praefectorum Praetorio meminit Anonymus de Miraculis SS. Anargyro-
P 595 rum pag. 432. *Καὶ ἐλθόντες σὺν αὐτῷ ἕως τοῦ σκοτεινοῦ ἐμβόλου μέχρι τοῦ μεγάλου Ἐπάρχων Πραιτωρίου, τῷ ἰδίῳ δακτύλῳ δεικνύουσιν αὐτῷ οἱ ἅγιοι τὸ σκηνίον ἔνθα ὁ Σκρινιάριος ἐστρατεύετο.* Adde pag. 436 ejusdem libri.

Ibid. Οἴκων Βασιλικῶν] Constantinopol. Christ. lib. II. sect. V.

Pag. 622. 11. *Βαλάνσιον*] Ibid. lib. I. sect. XXVII. n. II.

Pag. 622. 12. *Ξεναῶν τοῦ Εὐβούλου*] Ibid. lib. IV. sect. IX. n. II.

Ibid. Εἰρήνης νεὼς] Ibid. lib. IV. sect. VII. n. XX.

Pag. 622. 13. *Τὸ Ἴλλου Ἰσαύρου τοῦ ἀντάρτου Ζήνωνος*] Illi rebellionem pluribus refert Theophanes.

Ibid. Ξεναῶν τοῦ Σαμψαών] Ibid. sect. IX. n. IX.

Pag. 622. 17. *Ἀπὸ τοῦ Ἑβδόμου*] Ex praesidiis scilicet militaribus Palatii Hebdomiani, de quo multis egimus in Constantinopoli Christ. et in Disceptatione de Hebdomo Notis nostris ad Zonarae Annales subjuncta: vel castelli Theodosiani in eodem Hebdomo, seu campo Hebdomi aedificato, cujus meminit Theophanes anno VII. Focae. Nam Hebdomum unice appellatum Campum ad urbem docuimus, qui ita dictus fuerit, quod ab urbe ad septimum usque milliare protenderetur, nullumque unquam extitisse suburbanum septimo ab urbe milliari, quod Hebdomi nomenclaturam habuerit: adeo ut quicquid intra septimum hoc milliare fuerit, id in Hebdomo situm esse ab Auctoribus dicatur, et in quavis sui parte, seu ad urbem, seu longius ab urbe, semper Hebdomum fuerit, quemadmodum utrumque Hexamilium, murus nempe sex millium longitudine, in quavis sui parte eandem semper obtinuerit ap-

Digitized by Google

pellationem. Sicut etiam in Praefecti Urbi Jurisdictione, quae juxta Ulpianum ad centesimum lapidem protendebatur, quicquid intra hosce erat, vel agebatur, limites, id in centesimo lapide esse vel actum dici potuit. Atque hoc quidem loquendi genere nos Galli etiamnum utimur: nam quicquid intra leucam ab urbe est, intra quam illius Jurisdictionis fines coarctantur, *Banni leuca*, vel *leuca* nude, uti in veteribus chartis interdum occurrit, appellatur, statim etiam in ipso ab urbe egressu, licet leuca ipsa non finiatur, nisi in sui extremo. Quod vero *leuca*, et *Banni leuca* plaerisque, id apud Pictavienses, Egolismenses, Andegavenses et Cenomanenses *Quinta* vocatur, scilicet *leuca;* interdum etiam *Quintum milliare:* quemadmodum apud Bituricenses, *Septena* dicitur, quod illis *Quinta*, quia ad septimum milliare civitatis districtus protrahitur. Quicquid igitur intra leucam, vel Quintam, vel Quintum milliare, vel denique Septenam situm est, id in leuca, in Quinta, vel Quinto milliari, et in Septena esse jure merito, sermone vulgari dicitur. Id multis probavimus in Glossario mediae Latinitatis. Sed et Hebdomum urbi Constantinopolitanae vice *Banleucae* nostrae fuerit, adeo ut qui intra VII. illud milliare sedes fixerint, eodem immunitatis jure quo urbis cives fruerentur: unde Campus ille Hebdomum Constantinopoleos appellatur a Scriptore Chronici, quod revera urbis quoad privilegia pars censita fuerit, iis donata a Constantino: quomodo idem Augustus instaurata Drepano, eaque Helenopoli de matris nomine appellata, hanc vectigalium immunitate donavit ἕως φανερᾶς περιοχῆς τῆς πόλεως. De Rhegio vero et Athyra hic V 634
memoratis egimus pariter ad Alexiadem Annaeam, et ad Villharduinum, ut de Calabrya, ad Bryennium, loco scilicet ita nuncupato in finibus citimis Asiae. Nemo enim erit, cui Calabriam Italicam hic intelligi minime posse non statim suboleat.

Pag. 622. 21. *Καὶ πολλοὶ ἔσπασαν δημῶται*] Legendum videtur *δημώτας*, id est, *in Factiones sagittas emittebant:* Galli dicerent, *ils tiraient.* Vide Gloss. med. Lat. in *trahere.* Sic paullo infra *τραχταΐζειν* simili notione Auctor usurpat.

Pag. 622. 22. *Οκτάγωνον*] Constantinopol. Christ. lib. IV. sect. IX. n. IV.

Pag. 623. 1. *Βασιλικὴ γονναρίων*] Ibid. lib. II. sect. IX. n. XIV.

Pag. 623. 2. *Εμβολος τῆς Ρηγίας*] Ibid. lib. II. sect. III. n. I.

Pag. 623. 4. *Πέριξ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου*] Ibid. lib. IV. sect. VI. n. CI. CII.

Pag. 623. 5. *Τοῦ Φουρίου*] Et hic latet mendum, ubi forte legendum *φρουρίου*, ut Scevophylacium Ecclesiae ita mu-

Digitized by Google

nitum fuerit ad servanda illius cimelia, ut arcis speciem retulerit, atque ita forte appellaverint Constantinopolitani.

Pag. 623. 6. *Αργυροπρατίων*] Constantinopol. Christ. lib. II. sect. III. n. VII.

Ibid. Καὶ ὁ οἶκος Συμμάχου ἀπὸ Ὑπάτων] Quatuor hoc nomine Consules ordinarios in Oriente praesertim agnoscunt Fasti, ex eadem gente omnes, cujus stemma contexuit Sirmondus in Not. ad Ennodii lib. VII. Epist. XXV. Sed ex iis quis hic intelligatur incertum, nisi vox *Exconsule*, postremo Symmacho, qui cum Boëtio Consul in Oriente fuit, id adscribendum videatur suadere.

Pag. 623. 7. *Η ἁγία Ακυλίνα*] Constantinopol. Christ. lib. IV. sect. VII. n. VII.

Pag. 623. 8. *Εμβολος τοῦ φόρου*] Ibid. lib. II. sect. III. n. II.

Pag. 623 10. *Επὶ τὴν Μαγναύραν*] Ubi extitit Consistorium Justiniani, uti pluribus probavimus in Constantinopoli Christiana, et in Disceptatione de Hebdomo: quam sententiam nostram astruit praesertim Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Sabae cap. LXXXIII. quo loco ait Justinianum cum Triboniano Quaestore consilia sua in Magnaura exegisse: *Τοῦ τοιούτου*
P 596 *Θεοφυλάκτου ἡμῶν Βασιλέως ἐν τούτοις ἀσχολουμένου μετὰ Τριβουνιανοῦ τοῦ Κυέστωρος ἐπὶ τὴν καλουμένην Μαγναύραν.*

Pag. 623. 12. *Απονύχιον*] Leg. *ἀπονύχιος*, atque ita edidimus.

Pag. 623. 13. *Εν τῷ ἰδίῳ καθίσματι*] In tribunali seu Solio Circi, quod ipse Justinianus anno I. ob aspicienda probandaque certamina eminentius clariusque quam fuerat, una cum utraque Senatorum ex more spectantium porticu, redintegraverat, ut est apud Marcellinum Comitem. Solium vero istud Imperatorium inspicere est in Diptychis Consularibus, de quo praeter Bulingerum consulendus Sirmondus ad Sidonii carmen XXIII.

Pag. 623. 14. *Βαστάζων τὸ Εὐαγγέλιον*] Vide Dissertat. nostram de Numismat. Impp. Constantinopolit. n. XXII.

Pag. 623. 15. *Εχώσθη*] Sic reposuimus, cum editum esset *ἐγνώσθη*, cum nota mendi.

Pag. 624. 1. *Γάδαρε*] Ita pariter emendavimus, pro *σγαύδαρι*, quae vox *asinum* sonat apud Graecos aevi inferioris, uti docemus in Gloss. med. Graecit. in *Ασίδαρος*. Scribit Ordericus Vitalis lib. VIII. pag. 681. quendam Militem cognominatum *Caput asini*, *pro magnitudine capitis et congerie capillorum*. Apud Theophanem an. II. Leonis Isauri, nescio quis, et alius apud Nicephorum Constantinopol. in Brev. pag. 168. I. edit. *Ονομάγουλος* cognominati leguntur. Est autem *μάγουλον* Graecis recentioribus *maxilla*, *genae*, vel *bucca*. Sed an ejusmodi fuerit Justinia-

Digitized by Google

nus, ex illius corporis et vultus descriptione, quam proferunt Cedrenus et Symeon Logotheta, non percipimus. Procopius in Hist. Arcana cap. VIII. de Justiniano: *Ἡλίθιός τε γὰρ ὑπερφυῶς ἦν, καὶ νωθεῖ ὄνῳ ἐμφερὴς μάλιστα, καὶ οἷος τῷ τὸν χαλινὸν ἕλκοντι ἕπεσθαι, συχνὰ οἱ σειομένων τῶν ὤτων.* Notum Asinos praeterea vocatos viros salaces et bene vasatos, de quibus Casaubonus ad Lampridium in Commodo: sed et istud Persii de Nero- V 535
ne: *Auriculas asini Mida Rex habet.* Ubi Scholiastes: *Tria genera sannarum: aut manu significare ciconiam, aut opposito temporibus pollice auriculas asininas, aut linguam sitientis canis.*

Pag. 624. 5. *Τπατίῳ*] *Τῷ ἀνεψιῷ τοῦ Βασιλέως Ἀναστασίου*, ut est apud Cyrillum Scythopolitanum in Vita S. Sabae cap. LVI. Is porro et Pompeius, cum caeteris Proceribus, ut quamprimum se domum referrent jussi fuerant a Justiniano, sive, inquit Procopius, ab illis vitae timeret suae, sive ipsos eo deduceret fatum. Id quinto seditionis die actum, postero vero Hypatium Imperatorem acclamatum scribit idem Procopius.

Pag. 624. 8. *Ἀνάγοντες αὐτὸν εἰς ὕψος*] Id est, *elevantes in clypeum*, ut solenne erat: ita Zonaras. Hinc vox *levare* passim usurpata apud Scriptores Latinos, ut *ἀναίρειν* apud Graecos, pro *inaugurare*. Vide utrumque Glossarium.

Pag. 624. 9. *Τοῦ κίονος*] Constantinopol. Christ. lib. I. sect. XXIV. n. VI.

Pag. 624. 10. *Παλατίου τῶν Πλακιλλιανῶν*] Ibid. lib. II. sect. V. n. IV.

Ibid. Σίγνα Βασιλικά] Id est, *Βασιλικὰ παράσημα*, ut loquitur Agathias lib. III. pag. 90. edit. Reg.

Pag. 624. 12. *Μανιάκιον*] Ita cum Radero reposuimus, pro *μανίκιον*, de qua voce diximus in Gloss. med. Graecit. Quod vero Scriptor ait torquem collo aptatum Hypatii a seditiosis, in eo errasse deprehenditur, cum aliter prorsus rem narret Procopius: *Καὶ (οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς οὔτε διάδημα, οὐτέ τι ἄλλο, ὧν δὴ Βασιλέα περιβάλλεσθαι νόμος) στρεπτόν τινα χρυσοῦν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ θέμενοι, Βασιλέα Ῥωμαίων ἀνεῖπον.* Et Marcellinus Comes: *Dum de foro Hypatius sceleratorum comitum manibus torque redimitus aureo, etc.* Torques igitur non collo, sed capiti Hypatii impositus est. In hisce quippe tumultuariis Imperatorum acclamationibus, cum fere semper deesset diadema, praecipuum Augustae dignitatis insigne, arrepto a quovis torque, illoque in modum diadematis composito, novi Principis capiti is aptabatur, ut hoc loco satis indicat Procopius. Ita Juliano militari tumultu in Imperatorem electo, *Maurus nomine quidam abstractum sibi torquem, quo ut Draconarius utebatur, capiti Juliani imposuit confidenter*, ut ait Ammianus lib. XX. Quod quidem ipsum notaverunt ipse Julianus, Liba-

Digitized by Google

nius, Socrates, et Zonaras. Idem Ammianus de Firmo lib. XXIX. *E quibus unus torquem pro diademate capiti imposuit Firmi.* Denique Sidonius de Avito Imp. in ejusdem Panegyrico:

Concurrunt Proceres, ac milite circumfuso,
Aggere composito statuunt, ac torque coronant,
Castrensi moestum.

Pag. 624. 15. *Ἰουλιανὸν τὸν ἀπ' Ἐπάρχων Πραιτωρίων*] Alius Julianus iste videtur a Juliano, qui eidem Justiniano fuit a Secretis, fratre Summi, de quo Procopius in Persicis.

Pag. 624. 21. *Εφραίμιον*] Qui mox *Εὐφραίμιος* dicitur: quo nomine donatur quidam Comes Orientis apud Theophanem anno IX. Justini Senioris, et alius, Patriarcha Antiochenus, apud Liberatum cap. XXIII.

Pag. 624. 22. *Δηλοῖ τῷ Βασιλεῖ*] Procopius: *Τινὲς δέ φασιν ἐξεπίτηδες αὐτὸν ἐνταῦθα ἥκειν, Βασιλεῖ εὐνοϊκῶς ἔχοντα.*

Pag. 625. 3. *Θωμᾶς τις Ἀσηκρῆτις*] Is forte in quem
P 597 extat Epigramma Agathiae lib. IV. Anthol. Gr. cap. I. hoc titulo: *Εἰς εἰκόνα ἀνατεθεῖσαν ἐν τοῖς Πλακίδου ὑπὸ τοῦ νέου Σκρινίου*, ex quo Imperatori percharum ac familiarem fuisse colligitur.

Pag. 625. 8. *Καὶ ταῦτα ἀκούσας*] Theophanes: *Φήμης δὲ γενομένης ὅτι ὁ Βασιλεὺς λαβὼν τὴν Αὐγούσταν, ἐξῆλθεν ἐν τῇ Θράκῃ, καὶ ἀνηγόρευσεν Βασιλέα Τπάτιον τὸν Πατρίκιον, καὶ καθεζόμενος ἐν τῷ Ἱππικῷ, εὐφημεῖτο ὑπὸ τῶν δήμων, καὶ ἤκουσεν τὰς ὑβριστικὰς φωνὰς τὰς πρὸς Ἰουστινιανὸν τὸν Βασιλέα.*

Pag. 625. 12. *Ἀπὸ Κωνσταντινῶν*] Leg. videtur *Κωνσταντιανῶν*, id est, ex urbis regione ubi erant Thermae Constantianae, de quibus egimus in Constantinopoli Christ. lib. I. sect. XXVI. n. V. et lib. IV. sect. VI. n. XCV. At Theophanes hosce adolescentes Prasinos loricatos venisse ait *ἀπὸ Φλαβιανῶν*, de quibus nihil in praesens succurrit.

Pag. 625. 13. *Φοροῦντες ζάβας*] Theophan. *λωρικάτους.*
V 536 Vide Gloss. med. Graecit. in *Ζάβα.*

Pag. 625. 17. *Διὰ τοῦ λεγομένου κοχλίου*] Procopius: *Μοῦνδος μὲν διὰ πύλης ἐξῄει, ἔνθεν δὴ ὁ κοχλίας ἀπὸ τῆς ἰδέας καθόλου κυκλοτεροῦς οὔσης ὠνόμασται.* Erat autem Mundus iste Magister militum per Illyricum, qui e bello Persico recens advenerat, ut scribit idem Procopius. De hac Cochlea agimus in Constantinopoli Christ. lib. II. sect. I. n. V.

Pag. 625. 19. *Θύραι χαλκαὶ τοῦ Παλατίου*] Ibid. lib. II. sect. IV. n. II.

Pag. 626. 16. *Σφενδόνης*] Ibid. lib. II. sect. IV. n. II.

Ibid. Διὰ τοῦ Μονοπόρτου] *Μονοπάτου*, Theophanes. Vide eandem Constantinopolim lib. II. sect. I. n. IX.

Pag. 626. 18. *Τῆς Νεκρᾶς πόρτας*] Procopius, *διὰ τῆς*

Digitized by Google

εἰσόδου, ἢ Νεκρὰ καλεῖται. De causa nominis consulendae Origines Constantinopolitanae Codini p. 62. edit. Reg.

Pag. 626. 22. *Οἱ περὶ τὸν Βελισάριον*] Ita etiam Theophanes: at Procopius ait arreptos Hypatium et Pompeium a Boraïde et Justo, Justiniani ex fratre nepotibus, et e Solio deturbatos, adductos ad Justinianum.

Pag. 627. 1. *Καὶ συλλαβόμενοι*] In Regio scilicet Circi Solio, uti scribit Procopius, non vero *ante fores Palatii*, ut Marcellinus.

Pag. 627. 4. *Λέγοντες*] Idem. Procopius ait Pompeium plorantem increpatum ab Hypatio, cum diceret non decere illos ploratum, qui insontes perirent, sibi initio renitentibus vim a populo fuisse factam, nec se postea infestis in Augustum animis venisse in Circum. Quae quidem longe distant ab iis quae referuntur a Marcellino Comite, qui in hisce Hypatio, Pompeio et Probo Anastasii nepotibus iniquior videtur, scribente ab iis concitatam seditionem, dum *Imperium singuli indigna ambitione exoptabant:* tametsi potior videtur habenda fides horum temporum scriptori Procopio, cum et illi concinant Auctor Chronici et Theophanes.

Pag. 627. 12. *Εσφάγησαν*, etc.] Ita Theophanes: at Procopius: *Θνήσκουσι δὲ τοῦ δήμου πλέον ἢ τρισμύριοι ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ.*

Pag. 627. 17. *Υπάτιος καὶ Πομπήϊος*] *Nocte*, ut scribit Victor Tunnunensis, ubi de Hypatio: *capitur, et nocte cum Pompeio occiditur, atque in rheuma jactatur.* Sic in Tiberim projecta Sabini fratris majoris Vespasiani, apud Plinium lib. LIX. Sejani et complicum corpora apud Tacitum lib. VI. Annal. legimus.

Pag. 627. 20. *Μέσον τῶν βιοθανάτων*] Quomodo apud Romanos perduellionum corpora a carnifice in Gemonias unco trahi solere docent passim Scriptores. De *Βιοθανάτων* loco, vide Constantinop. Christ. lib. IV. sect. VII. n. XXVI. et utrumque Glossar.

Pag. 627. 22. *Ο Βασιλεὺς τῆς Λούππας*] De hac voce nostras utcunque conjecturas damus in Glossar. med. Graecit.

Pag. 628. 3. *Εἰς τὸ Μαρτύριον τῆς ἁγίας Μαύρας*] Constantinopol. Christ. lib. IV. sect. XV. n. XXVII. Ejusmodi vero tyrannorum sepulcra humiliora fuisse docet Trebellius Pollio in XXX. Tyrannis in Victorino Juniore et Aureolo. Sic Eutropius lib. VII. *Neronis exequias humiliter sepultas* fuisse scribit. Adde Epitaphium Majoriani Imp. qui a Recimere Imperio ac vita spoliatus fuerat, apud Ennodium Epigr. CXXXV.

Pag. 628. 7. *Φανεροὶ δὲ*, etc.] Id est, *in ipso crimine deprehensi.* Sic *manifestarius homicida* apud Lactantium de Mortibus Persecutor. n. XX. id est, *nocens.* Horum autem numerum ad XVIII. ponit Theophanes, quos inter memoratur a Joanne Carpa-

Digitized by Google

thi Episcopo in Narrationibus ineditis de Anachoretis Aegyptiis, quidam Eulogius, qui ex latrone Anachoreta factus, invento forte in spelunca thesauro, Constantinopolim venit, et a Justiniano Patricius et Praefectus Praetorio factus, orta deinde Victoriatorum seditione, Hypatii partes secutus, ac fuga elapsus, bonis omnibus publicatis, rursum in eremum reversus, acta poenitentia, sancte obiit. Vide Notas nostras ad Zonarae Annales.

Pag. 628. 16. *Ασιτιόληπτος*] Ita emendavimus, cum editum esset *ἀσιτόληπτος*.

Pag. 629. 2. *Μαγνήτια*] Constantinopolis Christ. lib. II. sect. XI.

Ibid. *Ορια*] Ibid. sect. X.

Pag. 629. 5. *Εκ τοῦ Βενετοῦ μέρους*] Quorum Factioni caeteroquin favebat idem Justinianus, ut ex Procopio et Evagrio supra notavimus in Marciano: quod causae fuit cur in illos potissimum animadverteret.

V 587

Pag. 629. 8. *Τὸ β'.*] Hunc annum, et qui proxime sequitur, ita consignant Marcellinus, Victor Tunn. et Marius Aventic. *P. C. Lampadii et Orestis Coss.* Victorius: *Lampadio* II. *et Oreste* II. Deinde anno proximo, *Lampadio* III. *et Oreste* III. Apud eruditum Mabillonium to. III. Analector. pag. 432. ex veteri MS. Vitonensi, Bonifacius II. Papa decessisse dicitur XVI. *Kal. Novembr. iterum post Consulatum Lampadii et Orestis VV. CC.* quomodo legendum censet Papebrochius V. C. in Propylaeo ad Acta Sanctorum Maii pag. 78. ubi de eodem Bonifacio et ejus Successore Joanne agit. Epitaphium Valentis Veronensis Episcopi: *Recessit sub* VIII. *Kal. Augustas, post Consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. Indict.* IX.

Pag. 629. 9. *Μόνου*] Qui quidem Justiniani Consulatus

P 589

tertius fuit, uti exerte dicitur in L. VII. Cod. de Veteri Jure enucleando, data VII. Kal. Januar. *Justiniano D. N. ter Consule*, Indict. XII. ut est in §. XXIII.

Pag. 629. 11. *Σεισμὸς*] Varii accidere terrae motus Constantinopoli, Justiniano imperante, quorum fere omnium meminerunt Scriptores, ac in primis Theophan. ann. XXI. XXVII. XXVIII. XXX. Cedrenus an. XIV. XVI. XXVII. XXVIII. XXXI. XXXII. De bocce qui anno VI. accidit, silent. Is porro cujus meminit Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Sabae cap. XC. haud multo post Concilium Hierosolymitanum actum anno XXVI. Justiniani, contigit: isque fortean est terrae motus, qui anno sequenti apud eosdem Theophanem et Cedrenum extitisse narratur.

Pag. 629. 14. *Ο σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς*] De hoc additamento Trisagii multa diximus in Gloss. med. Graecit. in v. *Τρισάγιον.*

Pag. 629. 18. *Αρον, καῦσον*] Ita vox *αἶρε* usurpata in

Digitized by Google

ejusmodi tumultibus, Lucae cap. xxiii. 18. et in Act. Apostol. cap. xxi. 36. cap. xxii. 2.

Pag. 629. 19. *Καῦσον τὸν τόμον*, etc.] Nempe ea tempestate Constantinopolitani, ut et Justinianus ipse, *συνοδίται* erant, id est, Concilium Calchedonense impugnabant, ut est apud Evagrium lib. iv. cap. x. Victorem Tunnun. Leontium de Sectis, et alios.

Pag. 630. 1. *ιβ'. Ινδικτ.*] Quae hoc anno mense Septembri inibat.

Ibid. Προέθηκεν θεῖον αὐτοῦ γράμμα] Quod descriptum legitur in Leg. vi. Cod. de Summa Trinit. et apud Francisc. Pithoeum ad i. libr. Cod. cum Antonii Contii versione Lat. quam hic damus: aliam confecit Raderus. Vocem *προέθηκεν* per *proposuit* reddidimus, formula in hisce usitata ac recepta. Lex vii. Cod. de Veteri Jure enucleando §. xxiv. *Προθήσει δὲ αὐτὴν (διάταξιν) ἐν τῇ μεγίστῃ καὶ Βασιλίδι ταύτῃ τῇ πόλει καὶ ὁ ταύτης ἐνδοξότατος Ὕπαρχος.* Affigebantur etiam Constitutionis Imperatoriae in parietibus, ut hodie etiam fieri solet: unde *προγράμματα* appellabantur. Lexicon MS. *πρόγραμμα, γνώρισμα, κήρυγμα, ἀπόδειξις φανερά.* Vulcatius Gallicanus in Avidio Cassio: *Et programma in parietibus fixit, ut si quis cinctus inveniretur apud Daphnen, discinctus rediret.* Lex iii. Cod. de Legib. et Constitut. *Nam satis est Edicti eas nuncupatione censeri, vel per omnes populos Judicum programmatibus divulgari, etc.* Novella Valentiniani de Confirmand. iis etc. *Illustris itaque et praecelsa Magnificentia tua hanc saluberrimam sanctionem programmate suo ad universorum faciat notitiam pervenire.* Eadem formula finitur Edictum Licinii apud Lactantium lib. de Mortib. Persecut. n. xlviii. Ita etiam infra Justiniani Edictum de Fide ab Auctore Chronici indigitatur.

Pag. 630. 3. *Καὶ ἀποπέμψας*] Ad quos missa, et quando emissa haec Constitutio fuerit, docet tum Scriptor, tum Inscriptio quae Constantinopolitanis in Codice inscribitur, et haec Subscriptio quae hic omittitur: DAT. ID. MART. DN. JUSTIN. PP. A. III. COS. Deinde, *τὸ αὐτὸ Εφεσίοις, τὸ αὐτὸ Καισαρεῦσιν, τὸ αὐτὸ Κυζικηνοῖς, τὸ αὐτὸ Αμιδηνοῖς, Τραπεζουντίοις, Θεοπολίταις, Σεβαστηνοῖς, Ταρσεῦσιν, Λυκυραινοῖς.*

Pag. 630. 6. *Θεσσαλονίκη*, etc.] Urbem Illyrici statuit Scriptor: quippe Dalmatia sub Praefecto Praetorio Illyrici extitit, ex statuto Constantini, ut auctor est Zosimus.

Pag. 630. 11. *Πολίταις ἡμετέροις*] In Cod. *Κωνσταντινοπολίταις*, ubi haec Justiniani Constitutio aliter paullo describitur, ex quo variantes Lectiones hic apposuimus. In hanc porro nuper editae sunt quaedam Annotationes Fr. Pithoei viri doctissimi.

Pag. 633. 17. *Ιουστινιανοῦ Αὐγ. τὸ ε'.*] Nescio an ad hunc Consulatum referri debeat Subscriptio Novellae cxxvii. DN. JUST.

Digitized by Google

PP. AUG. CONS. et Novellae CLVI. DN. JUST. PP. AUG. V, C. CONS. Hic autem Justiniano collega adjungitur *Paulinus*,
V 538 qui *Junior* dicitur in Epistolis Agapeti Papae I.

Pag. 633. 19. *Ανενεώθη*] Priore Codicis Justinianei editione publicata anno DXXIX. eique insertis aliquot tam Decisionibus, quas Graeci *Λύσεις* vocant, quam Constitutionibus, quae post Codicis confectionem latae divagabantur: ac rursum eodem Codice promulgato Indict. IX. P. C. Lampadii et Orestis anno DXXXI. tandem suis numeris, ut videbatur, absolutum, titulo *repetitae praelectionis*, seu *secundae editionis*, quam Auctor Chronici *ἔκδοσιν* vocat, (quemadmodum Africanus iteratam Chronici sui editionem *δευτέραν ἔκδοσιν* appellavit) *ex die* IV. *Kal. Januarii*, *sui Consulatus* IV. (uti in Chronico legendum monuimus) *et Paulini V. C. frequentari* sanxit idem Augustus, edita sua Constitutione, data XVI. Kal. Decembr. Constantinopoli, quae descripta legitur initio ejusdem Codicis Justinianei. Perperam vero in hac Chronici perioche *Ινδικτιῶνος γ'.* pro *β'.* irrepsit, licet ita praeferat editio Raderi.

Pag. 634. 3. *Βιλισαρίου μόνου*] Hic Belisarii Consulatus aic non semel consignatur in Novellis Justiniani, sub quo pleraeque sunt ex iis editae, et ita subscriptae, BILIS. V. C. CONS. In prima, additur IND. XIII. In quarta, sic describitur: DAT. *τῇ πρὸ ζ'.* K. APRIL. IND. *ιγ'.* *Υπατείας* FABIou
P 599 BILIS. *τοῦ λαμπροτάτου.* Apud Julianum Antecess. Constitutio VI. sic clauditur: DATA KAL. APRIL. VII. CONSISTORIO CONSULAT. BELISARII. ubi per VII. Septimum miliare, seu Hebdomum intelligitur, ubi extitit Consistorium Justiniani, ut alibi indicamus. Idem hic Consulatus in Epistolis Agapeti Papae ita interdum consignatur: *P. C. Paulini Junioris.*

Pag. 634. 5. *Βιλισαρίου μόνου τὸ β'.*] In Nov. XXXI. XXXIX. XL. XLVI. LII. hic annus ita exaratur: P. C. BILIS. V. C. CONS. et in Synodo Hierosolymitana cum Ind. XIV. In Fastis Italicis Pontaci, seu Pithoeanis, huic Consulatui et caeteris usque ad Consulatum Basilii, Paulinus cum numero Consulatuum semper praeponitur, verbi gratia, *Paulino* I. *et Bilisario* I. *Paulino* II. *et Bilisario* II. et sic deinceps.

Pag. 634. 6. *Βιλισαρίου μόνου τὸ γ'.*] Marcellinus: *Iterum P. C. Belisarii.*

Pag. 634. 7. *Ιωάννου μόνου*] Cui *Volusianum* collegam adjungit subscriptio Epistolae II. Vigilii Papae. Is autem est Joannes Praefectus Praetorio per Orientem, uti etiam indigitatur in Fastis Vossianis, cui pleraeque ex Justiniani Novellis inscribuntur hoc titulo: *Ιωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ Υπάρχῳ τῶν Ανατολικῶν Πραιτωρίων, τὸ δεύτερον ἀπὸ Υπάτων Ορδιναρίῳ καὶ Πατρικίῳ.* Illius vero Consulatus varie consignatur in ejusdem Justiniani Novellis, ex editione Scrimgeri, si numeri,

Digitized by Google

qui nomini praemittuntur, attendantur, in quibus ita exaratur: ANNO XI. vel XII. vel XV. JOHANNE V. C. CONS. Ita enim promiscue praeferunt a LXIII. usque ad LXVI. Novella vero LXXIV. Scrimgeriana ita subscribitur: DAT. NON. JUN. CONST. IMP. DN. JUST. PP. AUG. ANN. XV. JOHANNE V. C. CONS. IND. τοῦ θμω ἔτους. ubi annus Syromacedonum indigitatur DCCCXLIX. si notas numerales retrotrahas, ut in aera Antiochenorum appellanda seu putanda usum non semel Auctorem Chronici observavimus ad pag. 328. Cum enim aera Syromacedonica aeram Christianam CCCXII. annis praecedere dicatur, Joannis vero Consulatus in annum Christi DXXXVIII. incidat, recte annus DCCCXLIX. conficitur, quandoquidem is mense duntaxat Octobri exordium sumit. Deinde Nov. LVII. apud Scrimgerum, et LI. apud Julianum Antecessorem: IMP. DN. JUSTIN. AUG. POST BILIS. V. C. CONS. ANNO III. Novella denique XLI. sic clauditur: DAT. XV. K. SEPT. ANN. XI. POST BILIS. V. C. CONS. IND. I. quae quidem Indictio L in Consulatum Joannis cadit. Sed quid sibi velint tot va- V 589
rientes adscripti Joannis Consulatui numeri fateor me non assequi. Ad hunc etiam annum referri posse videntur subscriptiones Constitutionum CXXIII. et CXXIV. ejusdem Juliani Antecess. P. C. BELISARII. ANNO IIII. IND. VIII. tametsi minime hic quadret Indictio VIII. quae I. fuit, nisi ex illis sit Indictionibus exoticis de quibus non semel egimus. Praeterea Novellae Scrimgerianae CXXX. et CXXVIII. quae eaedem sunt, hanc subscriptionem praeferunt: BASILIO V. C. CONS.

Pag. 634. 8. *Απίωνος*] Id nominis cum unico *π*, etiam scriptum supra observamus: neque aliter Julianus Antecessor, Victor Tunnunensis, et Victorius hoc anno. Marcellinus vero, Marius Aventic. et alii Appionem scribunt, quomodo hanc vocem efferunt Procopius et Theophanes. Sed an idem cum Appione, qui jam ab anno XIV. Anastasii, hoc est Christi DV. in aula dignitates obtinebat, vix est vero simile, cum praeterea tradat Auctor Chronici ab Anastasio exulem factum, a Justino Imp. revocatum, ac Praefecturae Praetorianae honore donatum, nulla Consulatus facta mentione. Deinde hic Strategii filius dicitur, ut ab alio qui sub Justino floruit distinguatur: illius forte Strategii Comitis Sacrarum Largitionum, Exconsule, et Patricii, cui inscribitur Novella Justiniani CV. Quem porro Apionem vel Appionem Fasti et Auctor Chronici, Arionem perpetuo vocant Justiniani Novellae Scrimgerianae LXXVIII. LXXIX. LXXXIII. XCIX. CI. et apud Julianum Antecess. Constit. LXXIII. et LXXV. illiusque Consulatus ita signatur: ΑΡΙΟΝΕ V. C. CONS. hisce numeris varie praepositis, ANN. XII. vel XIII. vel XV. mihi pariter incognitis, ubi editio Fr. Pithoei habet ΑΡΙΟΝΕ.

Digitized by Google

Pag. 634. 10. *Ἰουστίνου νέου*] Victor Tunnun. et subscriptio Epistolae v. Vigilii Papae, JUSTINO V. C. COS. Marcellinus: JUSTINO JUNIORE COS. Is filius fuit Germani Patricii, Justini Imp. consobrini, ut ait idem Marcellinus. Vide Familias nostras Byzant.

Pag. 634. 11. *Βασιλείου μόνου*] Hic Basilii Consulatus ita consignatur in Novellis Justiniani CVIII. CIX. CXXIII. CXXV. CXXVIII. CXXXVI. et CXXXVII. DN. JUST. PP. AUG. BASILIO. V. C. CONS. In Novella vero tum apud Scrimgerum, tum apud Julianum Antecess. CXI. CXIII. et in Edicto VII. Imp. DN. JUSTIN. PP. AUG. ANN. XV. BASILIO V. C. CONS. Concilium Aurelianense IV. actum dicitur *Basilio V. C. Cons. Indict.* IV. Is porro Basilius *Junior* vulgo dicitur, ad discrimen Basilii patris: uterque autem patria Edessenus fuit, ac splendore generis opibusque clarissimus, ut auctor est Procopius lib. II. Persic. cap. XXI. et lib. III. Gothic. cap. XX.

Pag. 634. 12. *Μετὰ Ὑπατ. Βασιλείου μόνου*] Marcellinus et alii: *P. C. Basilii anno* II. Subscriptio Epistolae II. Vigilii Papae: *Iterum P. C. Basilii V. C.* Constitutio CIX. apud Julianum Antecess. *Datum* VII. *Kal. Aug. septimo Miliario* (al. *Septi-*
P 600 *miliario.*) *Imp. DN. Justiniano anno* XVI. *post Consulat. Fl. Basilii V. C.* II. Incidit autem annus XVI. Justiniani in hunc Consulatum.

Pag. 634. 15. *Μετὰ Τπ. Βασιλείου μόνου γ'.*] Extat hujusce anni nota insignis in veteri scheda, quam ex viri illust. Claudii Pelleterii Franciae Protologothetae Bibliotheca descriptam ad calcem libri II. Aratoris, hic damus, ut Sirmondi de Aratore observationi ad lib. IX. Epistolarum Sidonii adjungatur. Illa porro hisce verbis concipitur, adscriptis margini variis lectionibus ex alio Codice Pithoeano: *Beato*

1 *Dompno* [1] *Domino* [2] *adjuvante, oblatus est hujusmodi Codex ab Aratore Sub-*
2 *Petro* *diacono sanctae Ecclesiae Romae, nomine sancto* [3] *et Apostolico viro*
3 *atque* *Pap.* [4] *Vigilo, et susceptus* [5] *die* VIII. *Id. April. in Presbyterio ante*
4 *Vigilio* *Confessionem* [6] *Domni Petri, cum ibidem plures Episcopi, Presbyteri,*
5 *ab eo* *Diaconi, et Clericorum pars maxima* [7] *pariter inesset. Quem cum*
6 *Beati do-* *ibidem legi mox pro aliqua parte fecisset,* [8] *Burgentio viro venera-*
mni
V 540 *bili Primicerio scholae Notariorum in scrinio dedit* [9] *collocandum,*
7 *interes-* *cujus beatitudinem literati* [10] *et omnes doctissimi continuo rogaverunt,*
sent
8 *Surgen-* *ut eum juberet publice recitari. Quod cum fieri praecepisset in Ec-*
tio
9 *Ecclesiae* *clesia S. Petri quae vocatur ad Vincula, Religiosorum simul et*
10 *abest et* *Laïcorum nobilium, sed et* [11] *populorum diversorum turba convenit,*
11 *e populo* *atque eodem Aratore* [12] *recitante distinctis diebus ambo libri* IIII. *vi-*
12 *Subdia-* *cibus sunt auditi, cum uno die medietas libri tantummodo legeretur*
cono rec. *propter repetitiones assiduas, quas cum favore multiplici postulabant.*
Eadem haec recitatio facta est his diebus: prima Id. April. secunda

Digitized by Google

xv. *Kal. Maii: tertia* VIII. *Id. Maii: quarta* [1] III. *Kal.* [2] *Maii, tertio* [3] *P. C.* [4] *Basilio V. C. Indictione* [5] VIII.

Versibus egregiis decursum clarus Arator
Carmen Apostolicis cecinit insigne Coronis,
Historiamque prius praeponens [6] *Caustus ubique*
Substituit typicae sensatim verba figurae.
Lingua canora bonum testatur jure [7] *Poëtam,*
Mysticus ingenium sic indicat ordo profundum.
Finit. Deo gratias. Amen.

1 *vero die*
2 *Junias*
3 *anno*
4 *Basilii*
5 VII. *Ita etiam Cod. S. Vincentii Remensis, atque sic legendum.*
6 *cautus*
7 *Prophetam*

Ex hoc porro adscripto duntaxat temporis characterismo refellitur vir doctissimus, qui negat ullum extare exemplum in quo vocibus *Post Consulatum*, annorum numerus praemittatur. Sed et neque hoc unicum superest, cum alia peti possint ex Epistolis Vigilii et Pelagii I. PP. Marcellino Comite ad II. annum Postconsulatus Basilii, et ex Sponio in Miscellan. eruditae Antiq. p. 314. Quinetiam in Laterculo Consulum edito ab Arnaldo Pontaco, Consulatibus omnibus ejusdem Basilii numeri praeponuntur hac formula: II. *P. C. Ter P. C.* IIII. *P. C.* etc. Proinde haud omnino improbanda videri debuit V. C. conjectura in explicatione Inscriptionis Basilicae Narbonensis, nisi forte aliunde posset confutari.

Pag. 634. 16. *Μετὰ Ὑπ. Βασιλείου δ'.*] Epist. III. Vigilii Papae: IV. *P. C. Basilii V. C.* Marcellinus Comes formula vulgari: *P. C. Basilii anno* IV. quomodo etiam apud Julianum Antecess. Constitutio CXI. ex edit. Fr. Pithoei clauditur: *Dat.* VII. *Id. Maias Constp. Imp. DN. Justin. Aug.* XVIII. *post Cons. Basilii anno* IIII. Et Constitutio CXIX. *Dat.* XI. *Kal. April. DN. Just. PP. A. anno* XVII. *post Basilii V. C. Cons. ann.* IIII. Cassii Narniensis Episcopi Epitaphium in Ecclesia majore supra januam Cryptae S. Juliani: *Rq. in pace prid. Kal. Jul. P. C. Basilii V. C. ann.* XVII.

Pag. 634. 17. *Μόνου ε'.*] Julianus Antecessor in Constitut. CXV. apud Fr. Pithoeum: *Dat. Kal. Maii Constan. DN. Just. PP. Aug. anno* XX. *post Cons. Basilii anno* V. *Indict.* IX.

Pag. 635. 3. *Μόνου ζ'.*] Mentio est istius Postconsulatus Basilii VII. ad calcem Regulae S. Aureliani Episcopi Arelat. ubi pro anno V. legendum VII. ex Indict. XI. recte monent viri eruditi. Ad hunc etiam videtur referendus obitus Valentiniani Episcopi Curiensis apud Bucelinum in Chronologia Raetiae pag. 116. qui depositus dicitur .... Id. Jan. PC. Basilii V. C.... Ind. XI.

Pag. 635. 4. *Μόνου η'.*] In Classensi Basilica ad Ravennam extat vetus Inscriptio, quae docet S. Apollinaris corpus per Maximianum Archiepiscopum in hanc aedem translatum VII. *Id. Maias Indict.* XII. *Octies P. C. Basilii*, ut monent viri eruditissimi Joannes Mabillonius et Michaël Germanus in

Digitized by Google

Itinere Italico pag. 41. ubi observandum Postconsulatui numerum praeponi. De Maximiano vero Praesule, Ravennensi Archiepiscopo, silent Catalogus editus ab iisdem viris doctis, et Ughellus.

Pag. 635. 5. *Μόνου θ'.*] Apud Bedam de Ratione Tempor. cap. XLIX. ita signatur hic Postconsulatus: XV. *Kal. Maias Indict.* XIII. *novies P. C. Basilii.* ubi pariter numerus praeponitur.

Pag. 635. 8. *Τὸ ια'. μόνου*] Variat hoc loco Auctor in recensendorum Postconsulatuum formula, cum in aliis numerum praeponat. Hic porro ita signatur in damnatione Theodori Episcopi Caesareae: *DN. Justiniani PP. Aug. anno* XXV. *P. C. Basilii V. C.* nisi hic annus Imperii Justiniani intelligatur.

V 541 P 601 *Pag.* 635. 9. *Τούτῳ τῷ ἔτει*] Hancce integram *περιοχὴν* descripsisse Leunclavium ex hoc Chronico, eamque sequenti Edicto Justiniani praemisisse monuimus in Praefatione, indeque colligi posse idem vidisse Leunclavium ac legisse Chronicon.

Ibid. *Φιλοχρίστου*] Leunclavius *Φλ.* id est *Flavio*, quomodo indigitatur in Nov. IV. Idem error irrepsit in titulo sequentis Edicti, et in Synodo Constantinopolitana sub Mena, act. I. rectius vero *Φλαβίου* scribitur in aliis Actionibus.

Pag. 635. 10. *Η ε'. Σύνοδος*] Vide praeter Evagrium lib. IV. cap. XXXVIII. Theophanem, etc. Cyrillum Scythopolitanum in Vita S. Sabae cap. LXXIV. LXXXV. et LXXXVI. et Joannem Garnerium in Dissert. de V. Synodo, subjecta Breviario Liberati Diaconi, in qua pluribus disquirit, an revera damnatus sit in ea Synodo Origenes.

Pag. 635. 18. *Πρόγραμμα*] Hoc Edictum, Justiniani Fidei Confessionem continens, et refutationem trium Capitulorum, et haeresium sui temporis, ad annum DXLI. Vigilii Papae VII. revocat Baronius, qui de eo multis agit, ex Facundo Hermianensi, Liberato Diacono, Isidoro de Scriptoribus Eccl. et aliis, ut et ex eo Binius post Epist. IX. ejusdem Vigilii. Edictum vero illud Justiniani pridem Latine ex veteri versione in Conciliis editionis Crabbei, Surii, et Veneta prodierat: cum primus Graeca ex hoc Chron. tum inedito publicavit Leunclavius in Jure Graecorom. praefixa Ant. Contii de ea observatione, et addita eadem veteri Latina interpretatione, qua omissa, suam ipse Raderus Chronico a se edito inseruit, quam non omnino probasse virum doctissimum Franc. Pithoeum, ut quae naevis aliquot (quod semel ac iterum monet) haud careret, observare est in Pithoeanis hactenus ineditis, et a V. C. affini Petro Pithoeo Senatore Parisiensi collectis sub annum MDCXVI. Ex Leunclaviana, deinde in Romana anni MDCVIII. et ex ea in Coloniensi ac Parisiensi Conciliorum editione utraque lingua

Digitized by Google

descriptum est, nulla caeterum nota apposita, quae Codicem unde Graeca tum primum desumpta essent, Lectorem doceret. Nos vero illud hic editum non modo cum Leunclaviana editione, sed et cum Romana et Parisiensi contulimus, et ex iis perinde ac ex ipso Vaticano Cod. prout a viro doctissimo Claudio Stephanotio Benedictino exscriptus est, hiatum sat magnum, quem in Augustano Codice reperiri monuerat Raderus, supplevimus, veteremque Interpretem, quem pro Raderiana versione, utpote majoris auctoritatis adjunximus, cum Colberteo Codice non modicae vetustatis pariter comparatum, variis lectionibus subinde appositis. In eo, ut et apud Leunclav. et in Cod. Boheriano, quem laudat Labbeus, praefigitur hic titulus: *Edictum piissimi Imperatoris Justiniani, rectae Fidei confessionem continens, et refutationem haeresium quae adversantur Catholicae Ecclesiae.* Ubi Graeca duntaxat habent: *Ομολογία Πίστεως Ιουστινιανοῦ Αὐτοκράτορος κατὰ τριῶν κεφαλαίων*, quae esse Editoris Romani videntur, cum apud Leunclavium, hicque aliter legantur.

Pag. 680. 1. *Επίσκοπον Τυάνων*] In Notitia Episcopatuum Leonis Imp. *Επαρχίας Καππαδοκίας, ὁ Τυάνων, ἤτοι Χριστουπόλεως ιε'.* statuitur: *Επαρχίας* vero *Καππαδοκίας δευτέρας ὁ Μωκισοῦ κζ'.* Ita in aliis Notitiis apud Goarum pag. 343. et 348. Colonea et Nazianzus in secunda Cappadocia, pag. vero 356. Mopsuestia in secunda Cilicia, cujus Metropolis Anabarzus dicitur, ponuntur.

Pag. 680. 16. *Τὸ ιβ'. μόνου*] Huncce Consulatum cum Ind. I. praefert v. Synodus Constantinopolitana. Constitutum vero Vigilii Papae de tribus Capitulis sic clauditur: *Datum pridie Idus Maii, imperante DN. Justiniano PP. Aug. anno* XXVII. (f. leg. XXVI.) *P. C. Basilii V. C.* In Epitaphio S Florentini Abbatis, is dicitur obiisse, *duodecies P. C. Basilii. V. C. Junioris Ind.* I.

Pag. 680. 20. *Τὸ ιε'. μόνου*] Epistolae Pelagii Papae I. clauduntur hac formula: *Data anno* XV. vel XVI. *P. C. Basilii V. C.* Constitutio CXXV. apud Julianum ex MS. Pithoeano: *Dat. Kal. Maii Imp. Just. PP. A. ann.* XXVI. *P. C. Basilii ann.* XV. V 542

Pag. 685. 2. *Τὸ ιή'. μόνου*] Subscriptio edicti XI. Justiniani: *Imp. Just. PP. Aug. anno* XVII. *Post Basil. V. C. Cons. anno* XVIII. Subscriptio vero Nov. CXLI. *DN. Just. PP. Aug. ann.* XXII. *Post Basilium V. C. Cons. ann.* XVIII. Sed mendum esse in hisce numeris nemo non videt.

Pag. 685. 9. *Τὰ φλβ'. ἔτη ἑορταστικοῦ Κύκλου*] Ex hoc loco conficit Bucherius pag. 182. Victorianam DXXXII. annorum periodum ab Orientalibus quoque admissam fuisse, tametsi diversae illius terminos aptarent, ut per se patet. Hocque,

Digitized by Google

inquit, ante nos alii adverterant, illam non a Christi Crucifixione, ut putat Victorius, sed a Baptismo deduci, eoque verius atque prudentius, triennio tardius a vero Passionis anno et Indictione IV. id est ab anno vulgari Christi XXXI. Periodi Victorianae quarto advocaverant, uti pluribus characteribus docet idem Chronicon. Unde cum hoc anno Christi DLXII. Indict. X. primam expletam periodum scribat, annum illum evolutum intelligit, prorsus ut primum repetitae periodi annum cum DLXIII. componat: alioquin aut uno anno minus diceret, aut Passionem non ab Indictione IV. et anno Juliano LXXVI. quem tamen tot notis designavit, advocaret, sed ab eo qui proxime Passionem antevertit. Vide quae de hac Periodo annotamus in Praefatione n. XXXII.

Pag. 685. 17. *Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου*] Ex Gregorio Nazianzeno Orat. II. de Pascha.

P 602 *Pag.* 686. 22. *Επὶ τὸ ιθ'. ἔτος*] Vir doctus hoc loco pro *ιθ'.* reponit *η'.* ex pag. 219. 221. et infra pro *η'.* reponit *θ'.* Mox pro *α'.* reponit *β'.* Haec expendat cui otium erit.

Pag. 687. 17. *Τὸ κγ'. μόνου*] Notatur hic annus in Inscriptione Ravennensi apud Scaligerum lib. V. de Emendat. temp. pag. 386. *Imp. Domino Justiniano PP. Aug. anno tricentesimo octavo P. C. Basilii anno vicesimo tertio, Iduum Juliarum Ind. duodecima Raü.* Ubi Scaliger edidit, *anno vicesimo tertio Iduum Juliarum.* Sed vocem *tertio* adjungendam *vicesimo* indicat Indictio XII. ita ut ante vocem *Iduum* omissa forte sit alia, *prid.* nisi Cod. praetulerit, *Id. Jul.*

Pag. 687. 19. *Ιουστίνου νέου τὸ δεύτερον*] Fasti Vossiani hoc anno Chr. DLXVI. habent: *Ιουστίνου Αὐγούστου μόνου·* deinde anno DLXVIII. *Ιουστίνου τοῦ Αὐγ. τὸ β'. μόνου·* ita ut annus *ἀνύπατος* intercedat. Verum jure quaerunt viri eruditi quis ille sit Justinus Junior, qui hoc anno, Justiniano adhuc imperante, Consul vel primum vel secundum fuerit, cum pro certo sit, quandiu is vixit post Consulatum Basilii Junioris, nullos alios creatos Consules. Unde apud Continuatorem Marcellini, et Marium Aventicensem, hic annus ita signatur: *P. C. Basilii* XXV. *Indict.* XIV. Iterati certe Consulatus nota spectare videretur Justinum Juniorem Germani filium, qui Cos. fuit anno DXL. quique Justino Juniore imperante demum interfectus fuit, cum Sophiae Augustae odium incurrisset. Deinde primus Consulatus Justini Junioris Imperatoris, in hoc Chronico et apud Marium Aventicensem, anno I. ejus Imperii, Indict. XV. primus videtur dici. Unde conjicere liceret, inquit Norisius, alium ab Augusto Justinum intelligi, nisi constaret Justinum Juniorem Imp. intermissam diu Consularem dignitatem a Justiniano tum primum rursum instaurasse, indeque

Digitized by Google

Corippo dici *reparatorem opimi nominis*, qui Cos. processit Kal. Januarii Imperator appellatus, ut ait Corippus. Proinde expungenda videretur haec Consularis nota, scribendumque, ut apud Continuatorem Marcellini, qui in hunc annum desinit, et Marium Aventicensem, *P. C. Basilii* XXV. *Ind.* XIV. Sed cum Justinianum decessisse mense Novembri ejusdem Indictionis, ac proinde P. C. Basilii XXIV. anno Chr. DLXV. tradant Theophanes, Symeon Logotheta, et aliquot alii, in eamque sententiam V 543
eant plaerique ex eruditioribus: contra quam Auctor Chronici, Joannes Biclariensis, et Marius Aventicensis, qui in annum sequentem ejus obitum referunt; admodum vero est simile, Justinum Juniorem Augustum hic intelligi debere, non quod secundum Consul tum fuerit, (absurda enim prorsus hic descripta anni nota, cum vox μετὰ, Consulatum alium praecessisse indicet) sed quod primus illius Imperii fuerit, tametsi rectius appositum fuisset, μετὰ Τπ. *Βασιλείου τὸ κέ. μόνου*, qui genuinus est istius anni characterismus, ut est apud Continuatorem Marcellini et Marium: nullus enim eo anno Cos. fuit, sed anno demum DLXVII. Ind. XV. Kal. Jan. Justinus Cos. processit, ut mox docemus: a quo quidem cum anni deinceps illius Consulatus, non autem Imperii, interdum putarentur, id plaerisque fraudem fecit, cum eundem esse Imperii et Consulatus annum sibi in animum inducerent. Alius quippe fuit Imperii, alius Consulatus: nam annum I. Imperii anno DLXV. mense Novembri iniit Justinus, ut docuimus in Familiis Byzant. idque patet ex subscriptione Novellae ejusdem Augusti, *Ut possit ex consensu dissolvi matrimonium*, quae *data* dicitur XVIII. *Kal. Octobr. anno* I. *Indict.* XV. anno scilicet DLXVI. nulla adhuc Consulatus facta mentione, quem postquam iniit, anno scilicet DLXVII. ut diximus, tum illius Consulatus numerari coepere. Ad hunc porro Justiniani annum XXXIX. pertinet Inscriptio Pontis Salarii apud Gruter. CLXI. I.

Pag. 688. 3. *ια'.*] De annis Imperii Justini egit Henr. Valesius ad Evagrium lib. v. cap. XXIII. Nos etiam in Famil. Byzant. pag. 99.

Ibid. Ην δὲ ἰδέᾳ] Vide Cedrenum anno I. Justiniani.

Pag. 688. 4. *Μετὰ Τπ. Ἰουστίνου νέου Αὐγ. μόνου*] Delenda videretur haec vox μετὰ, nisi post abrogatum a Justiniano Consulatum, eadem formula deinceps fere semper legatur obtinuisse. Hoc enim anno tum primum Consulem processisse docet Panvinius ex Fastis Maffeianis qui ita habent: *Anno secundo Justino Juniore Augusto primum solo Cos.* Sed et ipsemet Auctor Chronici id satis innuit, dum ab hoc anno sequentes Postconsulatus putat, cumque Justinus annos Imperii a primo suo Consulatu putare deinceps coeperit, quod testatur Corippus lib. IV. n. XI.

Digitized by Google

Hinc vester primus feliciter excipit annus.

Inde Auctor Chronici, omisso priore, Imperii Justini annos ab illius Consulatu auspicatur, ut praeterea ex iis quae sub Indict. VIII. scribit, patet. Marius vero Aventicensis primum ejus Consulatum in Indict. XV. perperam consignat: rectius autem Theophanes in annum secundum Imperii rejicit, quo is Τράπεζαν sparsisse more caeterorum Consulum dicitur, quod pluribus etiam recitat supra laudatus Corippus. Ac licet in Justino primus Imperii annus revera idem fuerit cum Consulatu, siquidem primus Imperii annus tum demum in mensem Novembrem sequentis desiit, annus tamen Consulatus secundus Imperii censebatur, cum Consulatus usque ad Kal. Januarii sequentis putaretur. Solebant quippe novi Imperatores proximis post Imperii auspicia Kalendis Januarii Consulatum
P 603 edere: unde post tempora Justiniani, sublatis Consulibus ordinariis, in publicis monumentis, ubi Augustorum Imperii simul et Consulatus notae junguntur, anno uno fere semper posterior est aera Consulatuum, uti observatum a Sirmondo ad lib. I. Sidonii, Epist. IX.

Pag. 688. 6. *Τὸ β'. μόνου*] Ad hunc annum referenda subscriptio Sacrae Justini Imp. pro privilegiis Concilii Vizaceni: *Dat. Kal. Maias Constantinopoli, Imperii Domini nostri Justini PP. Aug. ann.* III. *Cons. ejusdem* II.

Pag. 688. 10. *Τὸ δ'. μόνου*] Huc pariter spectat subscriptio Novellae ejusdem Justini de Filiis liberor. apud Julianum Antecess. *Dat. Kal. Mar. Imp. Dom. nostro Justino PP. Aug. anno* V. *Indict.* III. *et P. C. ejusdem anno* IV. Sic enim leg. pro II. proclivi lapsu, licet editio Fr. Pithoei *anno secundo* etiam praeferat.

V 544 *Pag.* 689. 1. *Τὸ ζ'. μόνου*] Hic annus ita indigitatur in subscriptione Novellae Justini de Samaritis, apud Scriingerum: *Dat.* XV. *Kal. Jun. Const. Imp. DN. Just. PP. Aug. anno* VII. *Post Cons. ejusdem anno* III. Ubi leg. facili emendatione, *Post Cons. ejusdem anno* VII. In Chron. MS. ab Adamo ad Michaëlem Theophili filium, annus VII. Justini cum Indict. VI. conjungitur: locum dedimus in Praefat.

Pag. 689. 5. *ἡ'. τῆς αὐτοῦ Βασιλείας*] Immo mense Septembri erat octavus Imperii annus, Postconsulatus autem septimus. Imperium enim auspicatus est Justinus XIV. Novemb. ann. DLXV. Consulatum vero Kal. Jan. ann. DLXVII. demtaxat iniit.

Ibid. Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ] Theophanes anno VIII. Imperii Justini: *Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ὀκτωβρίῳ ς'. ἠσθένησεν ὁ Βασιλεὺς, nempe νόσῳ παραφορᾶς βεβλημένος*, ut est apud Simocattam lib. III. cap. XI. Nicephorus Uranus in Vita S. Symeonis Stylitae n. CXCII. *οὐ πολὺ δὲ ἐν μέσῳ καὶ φήμη κατὰ πά-*

Digitized by Google

σης ἠπείρου καὶ θαλάσσης ἐχώρει διεφθάρθαι τὸν Βασιλέα τῆς φρένας, κατόπιν δὲ καὶ θάνατος εἵπετο. Meminit praeterea idem Scriptor, ut et hoc obiter adnotem, n. CLXXXIX. Justini filiae, quam idem Symeon a daemonio liberaverit. Recitat deinde idem Theophanes aliquot phraeneseos Justini argumenta, neque tamen hoc coeptae invaletudinis anno Caesarem Tiberium renuntiatum ait, sed anno demum X. *τῆς νόσου δ' αὐτῷ ἐπιτιθεμένης λίαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, γεννικῶς*, inquit idem Simocatta. Proinde ita capienda sunt Chronici verba, ut in morbum sonticum, seu in phraenesin, vel *amentiam*, ut loquitur Paulus Warnefridus, tum primum inciderit VII. die mensis Septembris, vel ut vult Theophanes, die VI. Octobris, ac postmodum Caesarem renuntiaverit Tiberium, qui hanc dignitatem eodem Justino superstite per annos IV. obtinuerit. Unde cum Justinus obierit V. die mensis Octobr. Indict. XII. anno DLXXVIII. sequitur Tiberium Caesarem fuisse renuntiatum Ind. VIII. sub mensem Decembrem anno DLXXIV. Imperii Justini IX. non vero X. prout putat Theophanes, cum imperare coeperit XIV. Novemb. anno DLXV. Ac siquidem Tiberius per IV. annos Caesar fuerit, IX. annus Justini coeperit XIV. Novemb. Indict. IX. proinde Caesaream dignitatem obtinuit Tiberius mense Decembri, hac eadem Indictione, ut notat Simocatta. Scribit Joannes Biclariensis sub ann. VIII. Justini, *hujus Tiberii Caesaris die prima, in Regia urbe inguinalem plagam sedatam esse.* Sed cum luis istius nulla, quod sciam, mentio agatur apud Scriptores, multo minus sedatae postridie Caesareae dignitatis Tiberio collatae, quando ille Caesar dictus fuerit, ex hoc loco colligi non potest. Sed et neque periter errat Auctor Chronici in annis Justini, quos is semper iniit a suo Consulatu, ut ex Corippo indicavimus, et ex Fastis omnibus liquet, non vero ab inito statim Imperio. Praeclaram illius paraenesin ad Tiberium de Imperio legitime administrando, post datam Caesaream dignitatem, Evagrius lib. V. cap. XIII. et Simocatta: Theophanes vero et Cedrenus, cum paullo ante obitum Imperatorem renunciavit, dictam scribunt.

Pag. 689. 7. *Τιβέριον*] Tum Comitem Excubitorum, ut est apud Theophanem et alios, seu ut habet Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Sapientem, *Κόμητα τῶν Ἐξκουσατόρων*, ut iidem fuerint Excubitores et Excusati: de qua postrema voce quaedam attigimus in Notis ad Alexiadem Annaeam.

Ibid. Μετονομάσας αὐτὸν Κωνσταντῖνον] Inde Tiberii nomini Constantini nomen sibi adjunxit, ut ex inscriptionibus et ex ipsius nummis apud Gregorium Turon. lib. VI. Hist. cap. II. et iis quos delineari curavimus in Familiis Byzant. abunde colligi potest. Cedrenus anno IV. tum primum in Actis publicis et in contractibus Tiberium, Constantinum appellari coe-

Digitized by Google

pisse auctor est. At cur *νέος Κωνσταντῖνος* deinceps indigitatus sit, vero simile est id a populo profluxisse, ob praeclaras animi dotes, quasi alter extiterit Constantinus Magnus.
V 545 An porro vox *νέος*, per *Junior*, vel per *novus* efferri Latine debeat, pluribus disquirimus in Gloss. med. Graecit. in v. *νέος*. Addam duntaxat, per *Junior*, cum postponitur: per *novus*, cum praeponitur, id vocabuli reddi ut plurimum videri debere.

Pag. 689. 12. *Τὸ ια'.*] Ad hunc annum DLXXVII. spectat characterismus notatus in Epitaphio ejusdem Boëtii in Roma subterranea lib. IV. cap. X. ubi depositus dicitur *oct. Kal. Novemb. Indict.* XI. *Imp. DN. Justino PP. Aug. anno* XII. *et Tiberio Caesare anno* III. Ex quo recte conjicit vir doctissimus annum
P 604 hic designari Christi vulgarem DLXXVII. quo mense Octobri erat Indictio XI. annus vero XII. Imperii Justini, non Postconsulatus, Tiberii autem Caesareae dignitatis III.

Pag. 689. 13. *ιβ'.*] Inscriptio Christiana apud Sponium in Miscellan. eruditae Antiquit. pag. 814. *Obiit* VIII. *Kal. Decembris, duodecies P. C. Justini, Indictione* XV. Consul tum primum processit Justinus, ut supra attigimus, Kal. Jan. an. Chr. DLXVII. Indict. XV. Igitur XII. ejus Postconsulatus cadit in Indictionem XII. (quomodo hic emendandum) anno DLXXVIII. Sed cum hoc anno Justinus e vita excesserit v. Octobr. proinde ante IX. Kal. Decembr. hic notatum diem, dicendum illius obitus nuntium in Italiam nondum venisse, cum illud Epitaphium scriptum est. Ad hunc annum etiam forte spectat nota XII. apposita in nummo Justini a nobis descripto in Famil. Byzant. nisi sit annus Imperii.

Pag. 689. 20. *Μετὰ Τπ. Τιβερίου*, etc.] Hic observandae voces *μετὰ* et *τὸ πρῶτον*, quae nihil aliud denotant quam annum I. Imperii, ut Justini primum *ἀνύπατον*, formula, ut dixi, tum recepta, licet nondum Consul processisset, sed anno demum proximo, Christi DLXXX. Neque enim a Chronici Scriptore anno DLXIX. Consulatus Tiberii consignatur, quod vult vir doctissimus.

Pag. 690. 2. *Τπ. Τιβερίου νέου Κωνσταντίνου*] Ita etiam editio Scaligeri absque voce *μετά*. Consulatum igitur, juxta hunc Scriptorem, tum primum hoc anno DLXXX. iniit Tiberius, quod omnino indicant sequentibus Postconsulatibus appositi numeri II. III. etc. ita tamen ut annos Postconsulatuum distinguat ab annis *μοναρχίας*, ut Indict. XV. ubi IV. annus dicitur Imperii, proindeque Marius Aventicensis ad Indict. XIII. primum Consulatum Tiberii recte refert, tametsi erret in Justini obitus anno, cum is e vita excesserit ineunte Indict. XII. anno DLXXVIII. Notandum porro Auctorem Chronici bis annum primum Tiberii notare, anno scilicet DLXXIX. deinde an-

Digitized by Google

no DLXXX. Prior nempe annus primus fuit Imperii, alter Consulatus. At in edit. Scaligeri anni duntaxat Imperii singulis Tiberii annis praefiguntur: atque ita edidimus. Observandum praeterea in ipsius nummis a nobis delineatis habitu Consulari fere semper effingi, id est cum Loro et sceptro aquiligero, additis etiam annis Imperii, interdum etiam Caesareae dignitatis. Anni quippe III. et IV. in iis notati, annos Imperii: ut V. et VIII. annos Caesareae dignitatis spectant, quos cum annis Imperii connectebat: unde apud Paulum Warnefridum lib. III. de Gest. Longobard. cap. XV. dicitur Imperium rexisse septem annis, cum annis duntaxat IV. post obitum Justini imperaverit. In iis enim omnibus PP. AUG. inscribitur, qui quidem adscripti numeri in solis duntaxat aereis habentur. Jam vero liceat hic expendere an intolerandus sit error Panvinii, seu potius Auctoris Chronici et Marii Aventicensis, quod vult vir eruditus, qui Consulatum Tiberii in annum DLXXX. conjiciunt. Prostat Tiberii Pragmaticum a Fr. Pithoeo editum, a nobis pridem laudatum, cum hac subscriptione: *Dat. III. Id. Aug. CPL. Imp. Domini nostri Tiberii Constantini PP. Aug. anno octavo, et post Consulatum ejus tertio, et Nob. Fl. Tiberii Maur. Felicis. Caesar. anno primo.* Hic igitur annus VIII. postremus fuit Imperii Tiberii, Christi DLXXXII. ac primus incoeptus Mauricii V 546
Caesaris. Tiberius enim mortuus est XIV. Augusti: Mauricius vero Caesar dictus est V. emissum denique Pragmaticum XI. die ejusdem mensis, proinde triduo aut quatriduo ante obitum Tiberii. Deinde postremo hoc anno Tiberii, erat Proconsulatus ejusdem III. ita diserte hic consignatur. Si retrocedas, secundus inciderit in annum DLXXXI. Ind. XIV. consequenter igitur Consulatus ipse Tiberii in annum DLXXX. Indict. XIII. juxta sententiam Panvinii et Auctoris Chronici. Nam quod in anno DLXXIX. additur τὸ πρῶτον, intelligitur ἔτος· primus enim fuit annus Imperii Tiberii: qui sequitur absque ullo numero notatus, primus est illius Consulatus: annus deinde DLXXXI. est secundus: annus denique DLXXXII. tertius, quo is excessit, quique in Pragmatico describitur. Altero igitur post initum Imperium anno tum primum Consul processit, exemplo Justini decessoris, ut utriusque postmodum Focas. Ex quibus emendanda videtur Inscriptio Eugippiana apud eruditissimum Mabillonium et Labbeum (non ex duobus Codicibus, sed unico Sangermanensi eruta) quae sic edita est: *Sub die Idum Decembr. imperante DN. Tiberio Constantino Augusto anno* VII. *P. C. ejusdem Augusti anno* III. *Indictione quintadecima, obsidentibus Longobardis Neapolitanam civitatem.* Legendum enim *anno* II. Alias quippe haec Inscriptio in annum DLXXXI. non caderet, cum tertius Tiberii Consulatus, seu Postconsulatus incoeperit Kal. Jan. anni DLXXXII. nisi cum anno Caesareae

Digitized by Google

dignitatis aut Imperii semper concurrerit illius Postconsulatus, quo casu idem semper extiterit annus DLXXXII.

Pag. 690. 8. *Καὶ τῇ πέμπτῃ*] Vide praeter Scriptores Byzantinos Paulum Warnefridum loco supra laudato.

Pag. 690. 18. *Πρῶτος ἐνιαυτὸς*] Is annus Mauricii primus consignatur in Nummo ejus aereo, in quo Consulari habitu effingitur, in cujus postica, ANNO I. scribitur. Dicitur autem caruisse Consulibus, quod intelligendum de reliquo anno ab obitu Tiberii Constantini, cum proximo Consul processerit.

P 605 *Pag.* 691. 8. *Μετὰ Τπ. Μαυρικίου τὸ α'.*] Hoc anno DLXXXIV. Indict. III. Mauricium tum primum Consulem processisse narrat praeterea Simocatta lib. I. cap. XII. *χειμῶνος ὥρᾳ*, sub hyemem. Theophanes vero et Cedrenus XXII. mensis Decembris actum Processum scribunt: ad quem quidem annum Mauricii Consulatum referunt Fasti Vossiani apud Henr. Dodwellum V. C. hisce verbis: *Μαυρικίου Σεβάστου Αὐγούστου μόνου.* Ind. *β'.* quae quidem Indictio revera est II. si anni initium spectetur quo Consul processit. Neque tamen hic annus primus debuit censeri Consulatus Mauricii, qui annuus esse solebat, sed qui proxime sequitur, et primus notatur in Chronico, nulla licet adjecta numerali nota, cum sequens annus dicatur esse secundus, ac proinde ab eo caeteri numerentur. Nec refert quod vox *μετὰ* hoc anno DLXXXIV. apponatur, licet superflua, cum id scribatur recepta hac tempestate fere semper formula: ut et anno DLXXXV. quo annuum Consulatum is gessit, juxta Chronici Scriptorem, in quo *μετὰ* vox pariter expungi debuit, siquidem annus est quo gestum Consulatum videtur inmuere, licet coeptum sub mensis Decembris exitum anni proxime elapsi. Enimvero ab hoc anno DLXXXIX. caeteros Mauricii Consulatus, seu Postconsulatus (nam promiscue appellantur in subscriptionibus) initium sumere patet ex Epitaphio descripto a Summontio et Ughello in Episcopis Neapolitanis: *Hic requiescit in pace Candida C. F. quae vixit P. M. ann.* L. *dies* IIII. *Id. Sept. Imp. DN. Mauricio PP. Aug. ann.* IIII. *P. C. ejusdem anno* II. *Ind.* IV. Qui quidem characterismi omnes quadrant in annum DLXXXV. Annum enim
V 547 IV. Imperii iniit Mauricius mense Aug. eodem anno DLXXXV. Indictio vero IV. coepit Kal. ejusdem anni. Extat ejusdem anni Inscriptio apud Reinesium pag. 960. quae sic clauditur: *Imp. DN. Mauricio PP. Aug. anno* III. *post Consulatum ejusdem anno* II. *Indict.* IV. Annus III. Mauricii coepit mense Augusto anno DLXXXIV. quo Cos. processit sub mensem Decembrem, Indict. III. proinde annus post Consulatum, qui Postconsulatus II. hic dicitur, incidit in annum DLXXXV. quo ante mensem Augustum, quo Imperii annus IV. coepit, edita est haec In-

Digitized by Google

scriptio. Neque alia ratione subscribitur Gregorii M. ad Augustinum Anglorum Epise. Epistola *data die* x. *Kal. Aug. imperante DN. Mauricio Tiberio piissimo Aug. anno* XIV. *post Consulatum ejusdem anno* XIII. *Indict.* XIV. Qui quidem characterismi quadrant in annum DXCVI. Ejusmodi formula subscribuntur ejusdem Gregorii Epistolae LX. LXIII. et LXXI. libri IX. quae datae leguntur *mense Junio, imperante Mauricio Tiberio Aug. anno* XIX. *post Consulatum ejusdem anno* XVIII. *Ind.* IV. Quae quidem omnia conveniunt anno DCI. Ex quibus patet omnino putatos Consulatus seu Postconsulatus Mauricii ab anno DLXXXIV. Proinde haud aegre potest emendari Epistola XXII. ejusdem Gregorii hoc ipso lib. IX. quae quidem in uno Cod. MS. e Colberteis desideratur: in aliis vero et in editis illius Epigraphe prave concepta legitur, ut pridem observatum ab Henschenio in I. Exegesi praeliminari ad to. III. Martii n. XXXI. Ita porro editiones omnes: *I. N. D. N. imperantibus Domno Mauricio et Tiberio Augustis, anno Incarnationis Dominicae* DCI. *eodemque Domno undecies Consule, sub die* III. *Non. Octobr.* Paullo melius Codex alius MS. Colberteus: *In nomine Domini et Salvatoris I. C. imperante Domno Mauricio Tiberio PP. Aug. anno decimo tertio, eodemque Domno Cons. ann. undecimo, sub die* III. *Nonar. Octobr. Indict.* IIII. In altero, *quarta:* in alio, III. legitur. In Vaticano vero Cod. ita haec Inscriptio describitur, ut me monuit V. C. Stephanus Baluzius: *Imperante Domno Mauricio Augusto anno* XIIII. *ejusdem Domni nostri Consulatus anno* XIII. *sub* III. *Kal. Octobr. Indict.* XII. Sic variant Codices. At cum de Indictione constet, videtur sanari posse mendosa Inscriptio, si legatur: *Imp. DN. Mauricio Tiberio Aug. anno* XVIIII. *Consulatus anno* XVII. *sub* III. *Kal. Octob. Indict.* IIII. Hac enim Indict. IV. mense Septembri erat annus Christi DC. Imperii Mauricii XVIII. Postconsulatus vero, seu Consulatus XVII. quae quidem nota numeralis in editionibus perperam per *undecies* redditur, cum in MSS., ut est proximum vero, VII. *decies* scriptum esset, id est, septemdecim. Proinde hic Consulatus non est XVI. quod vult vir doctissimus, sed XVII. Jam vero quod primus Mauricii Consulatus dicatur annus integer DLXXXIV. licet sub illius exitum duntaxat processerit, ita ut Consulatus retroactus dicatur, istius anni elapso tempore illi adscripto: simili forte id praescriptum est decreto, quo sub Heraclio, ut mox observamus.

Pag. 691. 14. *Τούτῳ τῷ ἔτει*] Theodosium filium Caesarem antea dixerat Mauricius, anno scilicet Imperii V, ut scribit Joannes Biclariensis.

Pag. 691. 15. *Οὐ μέν τοι ἐτάγη εἰς συμβόλαια*] Ita quippe Imperatores filios suos dignitatis consortes ac *Βασιλέας* renuntiabant, ut supremam auctoritatem sibi semper reservarent, solusque iis duntaxat Imperatoris daretur titulus, quo, si pa-

Digitized by Google

rentem mori contingeret, haberet populus quem Principem jam creatum agnosceret: unde postremis saltem saeculis, *Βασιλεῖς* nude indigitabantur, cum parentes *Αὐτοκράτορες* una et *Βασιλεῖς* inscriberentur. Ita apud Nicephorum Gregoram lib. IV. Hist. cap. XVI. Michaël Palaeologus Imp. filio Andronico Imperatori creato indulsit, ut subscribere liceret literis Cinnabaricis, caeterum sine mense et Indictione, hac duntaxat ratio-
P 606 ne: *ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΧΡΙΣΤΟΥ ΧΑΡΙΤΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΡΩ-ΜΑΙΩΝ*, cum ipse sese praeterea *Αὐτοκράτορα* inscriberet:
V 548 tametsi a Joanne Cantacuzeno Imp. Matthaeus filius Imperator factus, sese et *Βασιλέα* et *Αὐτοκράτορα* dixerit, ut ex ejus subscriptione apud Gretzerum in Notis ad ejusdem Joannis Cantacuzeni Histor. pag. 933. docemur. Vide quae in hanc rem observamus in Gloss. med. Graecit. et in Addit. in v. *Αὐτοκράτωρ*. Quod vero ait Auctor Chronici Theodosii nomen in tabulis et contractibus nequaquam una cum Mauricii nomine adscriptum, nescio an omnino verum sit, cum contrarium videantur indicare, quod olim monuimus in Famil. Byzant. gesta Synodi Romanae apud Gregorium M. lib. IV. Epist. XLIV. quae acta dicitur *temporibus piissimor. ac serenissimorum Dominorum Mauricii Tiberii et Theodosii Augustorum, ejusd. Domini Mauricii Imperii anno tertio decimo, Indictione tertiadecima, quinto die mensis Julii:* hoc est anno Christi vulgari DXCIII. Sed cum annus renuntiati Augusti Theodosii omittatur, solusque Imperii Mauricii consulto describatur, sic capienda Chronici verba licet augurari, ut et si Theodosii nomen una cum parentis nomine in contractibus describeretur, anni tamen illius inaugurationis omitterentur, cum gesti Imperii appositus annus praecipuum censeretur Imperatoriae dignitatis argumentum, quod in Gloss. med. Graecit. praesertim docuimus in v. *Μηνολογεῖν*.

Pag. 691. 19. *Χοσρόης*] Vide Simocattam lib. IV. cap. VII. et seqq. Evagrium lib. VI. cap. XVII. XVIII. XIX. et Albupharaijum in Dynast. p. 96. De anno vero quo id contigit consulendus Henric. Valesius ad d. cap. XVII.

Pag. 692. 3. *Αναστάσιος Πατρ. Αντιοχ.*] Notandum, inquit idem Valesius, Patriarcham vocari Anastasium ante restitutionem, quod cum per vim throno exactus fuisset, sua dignitate privatus non censeretur. Vide Lud. Mainburgium lib. I. de Pontificatu S. Gregorii M. sub initium.

Pag. 692. 4. *Μετὰ τελευτὴν Γρηγορίου*] Domnino Episcopo Antiocheno successerat Anastasius, cujus laudes multis prosequitur Evagrius lib. IV. cap. XL. quo sede sua per vim a Justino Imp. expulso, ad eandem evectus est Gregorius, ut narrat idem Evagrius lib. V. cap. V. et VI. quo demum extincto, post XXIII. annos rursum in sedem suam est restitutus

Digitized by Google

Anastasius, quemadmodum idem Scriptor refert lib. VI. cap. XXIV. Nicolaus Uranus in Vita S. Danielis Stylitae n. CXCII. Anastasium ex Palaestina ortum scribit.

Pag. 692. 10. *Ετη ιβ'.*] Nicephorus in Chronogr. Zonaras in Foca, et Catalogus Patr. Constantinopol. Leunclavianus, annos XI. Cyriaco duntaxat adscribunt: atqui ab anno quo creatus est ad XXIX. Octobr. DCVI. quo obiit, intersunt anni XII.

Pag. 693. 1. *Ο γάμος Θεοδοσίου*] De anno et mense quibus actae nuptiae Theodosii non consentiunt scriptores, uti alias monuimus. Quippe Simocatta lib. VIII. cap. IV. anno IX. Mauricii peractas omnino innuit, dum, postquam dixit anno XIX. Mauricii nihil inter Romanos et Barbaros gestum esse, anno vero XX. Petrum fratrem Europae Ducem creatum a Mauricio, haec scribit: *πρὸ τούτου τοῦ ἐνιαυτοῦ Θεοδόσιος ὁ τοῦ Βασιλέως υἱὸς, νυμφίος πομπεύεται, καὶ πρὸς ἔννομον γάμον δίδωσιν αὐτῷ πατρὶ Γερμανοῦ τὸ θυγάτριον.* Denique subdit paucis diebus a nuptiis, ipsa hyeme, Byzantios ob annonae gravitatem fame laborasse, dieque (a nuptiis) quadragesimo elapso, ipso Natalis Domini Festo, seditionem in Imperatorem a plebe excitatam. Cui quidem temporis characterismo concinere videtur Theophanes, scribens mense Novembri Indict. V. (anno Imperii XX.) Mauricium Germani Patricii filiae Theodosium filium copulasse, nuptiales coronas imponente Cyriaco Patriarcha. Ex quibus colligi potest peractas illas nuptias sub XV. Novembr. anno Christi vulgari DCI. Et sane XV. hunc mensis diem indicare videtur Auctor Chronici: dum ait solennia ista nuptiarum peracta per VII. dies integros, a IX. usque ad XV. mensis diem, quo fortean tandem matrimonium exactum fuerit, caeteris diebus in pompae apparatus insumptis.

Pag. 693. 8. *Καὶ Ὑπατείας τοῦ αὐτοῦ εὐσεβοῦς ἡμῶν* V 549
Δεσπότου τὸ δεύτερον] Nescio cur hunc Mauricianum characterismum omiserit accuratissimus Hypaticae dignitatis Interpres: et quare tum demum a mense Julio ad mensem Januarium Consulem sese iterum, seu *secundum*, inscribi Edicto proposito decreverit Mauricius: neque enim haec verba ad Theodosium filium referenda censuerim. An igitur quod ea tempestate rursum ut Consul processerit, cum sese Consules tum indigitarent, quoties ut Consules in publicum pompa solemni, sparsisque in populum missilibus, ejusmodi processus agerent. Annis enim aliis revera Consules non inscribebantur, cum in tabulis publicis acti Consulatus duntaxat memoria servaretur et inscriberetur. Semel enim, nec pluries, Consules processisse Imperatores, ex quo a Justiniano abrogatus est Consulatus, prorsus legimus.

Digitized by Google

Pag. 693. 15. *Φεύγων*] Simocatta lib. VIII. cap. IX. X. XI. XII. Vide Famil. Byzant.

Pag. 693. 18. *Οἶκον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐν τῷ Εβδόμῳ*] Constantinopol. Christ. lib. IV. sect. IV. n. VI. et Discept. de Hebd. Constantinopolit. n. XIX. XX.

Pag. 693. 21. *Τρωαδησίων ἐμβόλων*] Ibid. lib. II. sect. III. n. III.

Pag. 693. 22. *Καὶ τῆς Μέσης*] Ibid. lib. I. sect. XXIII.

Pag. 694. 2. *Εἰς τὸν ἅγιον Αὐτόνομον*] Qui locus, inquit Simocatta, ab urbe Constantinopolit. circiter CL. stadiis abest.

P 607 *Pag.* 694. 2. *Πλησίον Πραινέτου*] Urbs Bithyniae, ex adverso Nicomediae, de qua praesertim Socrates lib. VI. cap. XVI. Sozomenus lib. VIII. cap. XVIII. et Notitiae Episcopatuum.

Pag. 694. 7. *Διαδρόμους*] Simocatta lib. VIII. cap. XIII. *Εἰς τοὺς λεγομένους Διαδρόμους.*

Pag. 694. 8. *Ακρίτα*] Promontorium Bithyniae notum Geographis, de quo in primis egit Gyllius de Bosphoro Thracio.

Ibid. Κωνσταντῖνος ὁ Λαρδὺς] Simocatta lib. VIII. cap. IX.

Pag. 694. 11. *Πλησίον τοῦ ἁγίου Κόνωνος*] Constantinopol. Christ. lib. IV. sect. XV. n. VIII.

Pag. 694. 19. *Εκ τοῦ μεγάλου Χρονογράφου*] Quis iste fuerit magnus Chronographus nescio an aliquis indicarit, mihi prorsus incognitum.

Pag. 694. 20. *Μαυρίκιος*] Similia iisdem fere verbis refert Theophanes anno XVIII. Mauricii, sed ex vulgi sermone narrationem suam orsus ab hisce: *φασὶ δέ τινες*, ut Zonaras, *ὡς λέγεται*· et Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem Sapientem. Eo etiam spectant quae scribit Simocatta lib. VII. cap. XIII.

Pag. 695. 16. *Τῆς Θράκης*] Theophan. *ἐν τῇ Θράκῃ.*

Pag. 695. 22. *Απέκτεινεν*] Idem Chronicon MS. addit, *χιλιάδας δέκα ἐν τῷ κάμπῳ τοῦ Τριβουναλίου τῷ ὄντι πλησίον τοῦ Εβδόμου.*

Pag. 695. 1. *Τπ. Φωκᾶ Αὐγ. μόνου*] An Focas hoc anno revera Consul processerit mox disquirimus.

Pag. 695. 3. *Εν Μοναστηρίῳ*] Scribit Simocatta lib. VIII. cap. XV. et ex eo Theophanes, Constantinam una cum tribus filiabus *ἐν ἰδιωτικῇ οἰκίᾳ κατάκλειστον* primum factam: deinde cum anno IV. Focae Germani Patricii consilio in aedem S. Sophiae confugisset, inde abstracta in Monasterium trusa est, ut narrat idem Theophanes, et ex eo Cedrenus. Privata autem domus ista, *τὰ Λέοντος* appellatur apud Georgium Monachum in Chronico MS.

Ibid. Φιλιππικὸς] Theophan. an. IV.

Digitized by Google

Pag. 695. 6. *Εκαύθη ἡ Μέση*] Alterius incendii, nisi idem fuerit, populari seditione in Focam a Prasinis mota, anno illius VII. meminit Nicephorus Constantinopol. in Breviario, et Theophanes.

Ibid. Ἀπὸ τῶν Λαύσου] Constantinopol. Christ. lib. II. sect. V. n. VIII.

Pag. 695. 7. *Εως τῆς Αρκας*] Ibid. sect. IX. n. XI.

Pag. 695. 9. *Τῶν Αντιόχου*] Ibid. sect. XVI. n. V.

Pag. 695. 10. *Τάξιν τοῦ Πραιτωρίου*] *Μεταξὺ* emendat Holstenius.

Pag. 696. 2. *Κρούνις*] Deest vox *ἐσφάγη*. Is vero ignis supplicio damnatus est, quod in ea seditione Veneti Focae V 550
faverent, Prasini vero adversarentur, ut est apud Nicephorum et Theophanem.

Pag. 696. 4. *Μετὰ Τπ. Φωκᾶ Αὐγ.* In hunc annum Christi DCIV. Consulatum Focae rejiciunt Fasti Vossiani, Panvinius et Pagius. Diem processus Focae notat Theophanes, et ex eo Georgius Monachus, Cedrenus et Symeon Logotheta ad annum II. *τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Δεκεμβρίῳ ζ. Ινδ. ζ. προῆλθεν* (sic leg. pro *προσῆλθεν*) *Φωκᾶς ἐν ταῖς ἑορταῖς, ῥίψας ὑπατείαν πολλὴν*, non observato scilicet veteri Consulum more, quo Kal. Januar. ut plurimum procedere solebant, quod etiam observatum a Justino Juniore, ut testatur Corippus. Ut porro Mauricius sub hyemem, quemadmodum scribit Simocatta, seu XX. mensis Decembris, ut Theophanes et Cedrenus tradunt, ita Focas eodem mense Decembri, anno Imperii II. Christi vulgari DCIII. Consulatum tum primum iniit: a quo quidem caeteri deinceps Consulatus seu Postconsulatus putantur in hoc Chronico, tametsi revera primus iste Consulatus actus anno demum DCIV. dici debeat, licet incoeptus anno praecedenti sub mensem Decembrem. Imperium enim auspicatus est XXIII. Novembris Ind. VI. quo est corona donatus. Verum, ut jam supra attigimus, annus quo processit Focas, licet sub ejus exitum, totus illius Consulatui adscriptus est. De die vero initi ac coepti Consulatus dubium non modo injiciunt verba Theophanis, qui *ἐν ταῖς ἑορταῖς* id actum refert, sed et quod in omnibus aliis Scriptoris istius exemplaribus, uti monet Goarus, litera numeralis *ζ'*. Decembri mensi addita desideratur, tametsi habeatur in Chronico MS. Symeonis Logothetae, qui Theophanem fere in eo exscripsit. Et certe Cedrenus, non adjecto etiam mense, *ἐν ταῖς ἑορταῖς* pariter processisse Focam tradit, id est in Festis Natalitiis, quandoquidem id mense Decembri contigisse exerte ait Theophanes: alias enim ita praesertim indigitantur festivitates Paschales.

Pag. 696. 7. *Θεόδωρος ὁ Τπαρχος τῶν Πραιτωρίων*] Qui Theophani anno IV. *ὁ τῆς Ανατολῆς Τπαρχος* dicitur.

Digitized by Google

Pag. 696. 8. *Ρωμανὸς Σχολαστικὸς*] Is forte Scholasticus Eunuchus, *ἀνὴρ ἔνδοξος τοῦ Παλατίου*, qui paullo ante Constantinam Augustam cum tribus filiabus, Germani Patricii consilio, in Magnam Ecclesiam adduxerat, ut pluribus narrat Theophanes anno IV.

Ibid. *Θεοδόσιος*] Theophan. *τὸν τὴν Αβιουμᾶν περικείμενον ἀξίαν*, id est, *Adjuvae.*

Pag. 696. 9. *Πατρίκιος*] Romanus Patricius dictus eidem Theophani.

Ibid. *Δομνιζόλου*] Putabam legendum *Δομεντζιόλου*, quo nomine donatur frater Focae Imp. a quo Magister est appellatus. Illius filius fuit, ni fallor, alter Domentiolus, qui *ἴδιος*
P 608 *ἀνεψιὸς* Focae dicitur Theophani anno II. ejusdem Focae, et ejus Interpretibus, quem idem Focas Curopalatam dixit, et in Narsem qui rebellaverat cum copiis misit. Sed an idem sit cum Domnizolo Curatore Palatii Hormisdae (de quo agimus in Constantinopoli Christ. lib. II. sect. IV. n. 5.) vix ausim quidpiam asserere.

Pag. 696. 10. *Ιωάννης καὶ Τζίτας*] *Τζίτταν*, Theophanes: *Gisan* vero Historia Miscella et Anastasius vocant. *Τζίτζαν* alium *στρατηγὸν τοῦ θείου Πραισέντου* habet Justinianus in Nov. XXII.

Ibid. *Σπαθάριος*] Leg. forte *Σπαθάριοι*· ut uterque Joannes *Σπαθαροκανδιδάτοι* fuerint. Vide Gloss. med. Graecit.

Pag. 696. 11. *Αθανάσιος*] Alius forte ab Athanasio Comite Sacrarum Largitionum, qui cum in Focam conspirasset, capite caesus est anno VII. ejusdem Focae, ut narrat Theophanes.

Pag. 696. 12. *Ελπίδιος*] Idem Theophan. *Ελπιδίου δὲ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας κόψας τῷ πυρὶ παρέδωκεν.*

Pag 697. 3. *Καὶ αὐτός γε Γερμανὸς*] Germanum *ἐν τῇ πρώτῃ νήσῳ στόματι μαχαίρας* occisum refert idem Theophanes.

Pag. 697. 5. *Τούτῳ τῷ ἔτει*] Ex his emendandus idem Theophanes anno IV. Focae, qui mortuo Cyriaco, Thomam Diaconum et Sacellarium creatum esse Patriarcham Constantinopolitanum hoc anno, mensis Octobr. XI. tradit.

V 551 *Pag.* 697. 14. *Επάνω τῶν χειροτονιῶν*] Vide Gloss. med. Graecit. in *Σακελλάριος.*

Pag. 698. 8. *Δευτέραν*] Nam apud Graecos prima hebdomadis feria est Dominica, contra quam apud Latinos, quibus Dominica est septima.

Pag. 698. 9. *Επὶ τῆς ἐνεστώσης*, etc.] Legendum videtur, *ιβ'. Ινδικτιῶνος ἡλιακῆς* (subintelligitur *περιόδου*) *γ'. σεληνιακῆς δὲ ιθ'.* Nam hoc anno DCX. Cyclus Lunae erat XIX.

Digitized by Google

Solis III. tametsi constet Auctorem vocem Indictionis pro Cyclo Solis vel Lunae interdum usurpare.

Pag. 698. 15. *Εν Ινδικτιῶνι σελήνης ιγ'.*] Addendum *ι'.* legendumque *σελήνης ις'.* quomodo edidimus. Nam hoc anno Christi vulgari CCCXXXVII. Luna XIV. erat ipsis Kal. April.

Pag. 698. 18. *Εως τοῦ Πάσχα*] A Paschate anni Christi CCCXXXVII. quo e vivis excessit Constantinus M. ad Pascha anni DCIX. quod incidit in diem XXX. Martii, intersunt *Υπατοι*, seu potius *Υπατείαι*, CCLXXII. quo quidem anno, quaque Indictione XII. currebat Cyclus Solaris XII. juxta Auctorem Chronici, prout supra ponitur. Ita enim recte praefert hoc loco Codex Vaticanus *ιβ'.* pro *ιθ'.* quomodo ediderat Raderus: quod mendum subodorati erant viri doctissimi Holstenius et Ant. Allenus. Hautinus vero pro *τῆς ιθ'. ἡλιακῆς* reponendum censebat *σεληνιακῆς.*

Pag. 699. 1. *Τῶν ἁγίων μ'.*] Constantinopol. Christ. lib. IV. sect. V. n. LXXXV.

Ibid. Πλησίον τοῦ χαλκοῦ Τετρατύλου] Ibid. lib. II. sect. XVI. n. LXXXVIII.

Pag. 699. 3. *Τούτῳ τῷ ἔτει*] De hac Africae et Alexandriae defectione, et interfecto Alexandrino Patriarcha, silent Theophanes, Cedrenus et Auctor Chronici Orientalis. Is est porro Patriarcha Theodorus, quem idem Theophanes annos II. Pontificatum tenuisse innuit, cuique successorem tribuit Joannem statim sub annum Focae VII.

Ibid. Καὶ σφάζεται ἀπὸ ἐναντίων] An ab haereticis, quomodo ii *ἀντίπαλοι* dicuntur in Epitaphio Nicolai Patr. Alexandrini lib. III. Anthol. cap. I.

Pag. 699. 4. *Παύεται δὲ καὶ Ισαάκιος*] Cui annos VIII. Pontificatus tribuunt Nicephorus Constantinopol. in Chronolog. et Theophanes: Zachariae vero Successori, *πρὸ τῆς αἰχμαλώσεως*, annos XXII.

Pag. 699. 7. *Δεδέσα*] Edessa, quam *Αἴδεσσαν* supra appellavit, alii *Εδεσσαν.* Hanc paullo ante occuparat Narses Patricius, tum in Focam rebellis, ac deinde dimiserat, ut est apud Theophanem.

Pag. 699. 10. *Ημέρᾳ ς'.*] Quippe Paschatis dies hoc anno extitit XIX. Aprilis. Proinde hic recte quadrant feriae, praeterquam in magno Sabbato, quod in edit. Raderiana ponitur VIII. pro XVIII. Aprilis, et VI. Octobr. die Lunae, qui fuit V. atque ita emendavimus: haec enim per se patent. Sic in numeris saepe peccant Antiquarii. Sed et pro *τῇ η'. τοῦ Αρτεμισίου*, etc. leg. *Ξανθικοῦ*, cui respondet Aprilis.

Pag. 699. 15. *Καὶ Πτωχοτρόφος*] Alius, ni fallor, a Sergio, quem Diaconum duntaxat indigitant Scriptores.

Ibid. Φροὺξ λιμένος] Haec sic distinguit Raderus: *Pto-*

Digitized by Google

chodochiorum Praefectus, custosque portus et trans urbem, Septembri mense Ind. XIV. *renuntiavit, etc.* Nescio an bene.

Pag. 699. 16. *Καὶ κατὰ τὸ πέρας*] Haec verba sic vertit Raderus, *et trans urbem*, ut referantur ad vocem *λιμένος*. Sed cum *καὶ* subsequatur, videtur hoc loco *καὶ κατὰ τὸ πέρας* referri debere ad *τοῦ Σεπτεμβρίου*, id est sub exitum Septembris, quo mense currebat Indictio XIV. ut hic habetur.

Pag. 699. 17. *Ἀναστάσιος*] Anastasium Patriarcham sublatum e vivis a militibus ait Scriptor Chronici. At Theophanes hoc anno auctor est Hebraeos Antiochenos, excitata seditione, Anastasium Magnum Antiochiae Patriarcham, virilibus ejus in os immissis, per medias urbis plateas raptatum, multosque ex civibus interfecisse ac igne consumpsisse. Videndus praeterea Zonaras.

P 609 *Pag.* 699. 20. *Πλοῖα ἱκανὰ*] Theophanes ex Georgio Piside: *πλοῖα καστελλωμένα ἔχοντα ἐν τοῖς καταρτίοις πιβώτια,*
V 552 *καὶ εἰκόνας τῆς Θεομήτορος.* Scriptor vero Chronici ab Adamo ad Leonem Sapientem, et Georgius Monachus in Chron. MS. imaginem Christi non manu factam secum habuisse Heraclium narrant: *Επιφερόμενος καὶ τὴν ἀχειροποίητον εἰκόνα τοῦ Κυρίου.* Vide Theophanem p. 254.

Pag. 699. 21. *Στρογγυλοῦν καστέλλην*] In Constantinopol. Christ. lib. I. sect. XVI. n. II. de Castello rotundo pluribus diseruimus, illudque *Κυκλόβιον* et *Επταπύργιον* appellatum fuisse docuimus, a VII. turribus quibus etiamnum constat, unde Turcis *ἑπτὰ γουλάδες*, quod idem sonat, dicitur. Ad singulas vero istas turres extant hodieque Graecae Inscriptiones, ex quibus harum vel conditores, vel certe instauratores qui fuerint docemur. Has exscripsit Georgius Whelerus Anglus, ex cujus Itinerario Anglice scripto, hoc loco has licet mendosas inseremus, quandoquidem nobis haud innotuerant cum Constantinopolim nostram edidimus. Ad I. igitur haec visitur: *ΠΥΡΓΟC ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΕΝ ΧΡΙCΤΩ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟC.* Ad II. *ΠΥΡΓΟC ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΚΑΙ ΜΙΧΑΗΛ ΠΙCΤΩΝ ΕΝ ΧΩ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ.* Ad III. *ΠΑCΙ ΡΩΜΑΙΟΙC ΜΕΓΑC ΔΕCΠΟΤΗC ΕΓΕΙΡΕ ΡΩΜΑΝΟC ΝΕΟΝ ΠΑΜΜΕΓΙCΤΟΝ ΤΟΝΔΕ ΠΥΡΓΟΝ ΕΚ ΒΑΘΡΩΝ.* Ad IV. *ΙΩ. ΕΝ ΧΩ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟC ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ.* Ad V. *ΠΥΡΓΟC ΒΑCΙΛΕΙΟΥ ΚΑΙ ΚΩΝCΤΑΝΤΙΝΟΥ ΠΙCΤΩΝ ΕΝ ΧΩ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ* ΕΥCΕΒΕΙC ΒΑCΙΛΕΙC* (leg. *Εὐσεβῶν Βασιλέων*) *ΡΩΜΑΙΩΝ.* Ad VI. *ΑΝΕΚΑΙΝΙCΘΗ ΕΠΙ ΜΑΝΟΥΗΛ ΤΟΥ*
* Ἰωάννου *ΦΙΛΟΧΥ ΒΑCΙΛΕΩC ΡΩΜΑΙΩΝ ΤΙΟΥ* ΕΝΝΙ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟC ΡΩΜΑΙΩΝ ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ ΕΝ ΕΤΕΙ * ΦΚΟΜΒ.* Aliam denique Inscriptionem ad turrim quae Sarai seu Palatio Turcico adjacet, hic etiam describam: *ΟΝ ΤΗC ΘΑΛΑCCΗC ΘΡΑCΜΟC ΜΑΚΡΩ ΧΡΟΝΩ ΚΑΤΑΩΝΙ*

Digitized by Google

ΠΟΛΛΩ ΚΑΙ ϹΦΟΔΡΩ ΡΗΓΝΥΜΕΝΗ ΕΚΠΕϹΕΙΝ ΚΑΤΗΝΑΓΚΑϹΕ ΠΥΡΓΟΝ ΕΚ ΒΑΘΡΩΝ ΒΑϹΙΛΕΙΟϹ ΗΓΕΙΡΕ ΕΤϹΕΒΗϹ ΑΝΑΞ.

Pag. 700. 4. *Βόνωσος*] Bonosus Comes Orientis et Cotto Magister militum, quem Coponam vocat Cedrenus, adversus rebelles Hebraeos missi a Foca, illos aut interfecerunt, aut membris mutilarunt, aut denique ex urbe exegerunt. Theophan.

Pag. 700. 7. *Τῶν Καισαρίου*] Constantinopol. Christ. lib. II. sect. XVI. n. XVII.

Pag. 700. 8. *Εἰς τὸν Ἰουλιανοῦ λιμένα*] Ibid. lib. I. sect. XIX. n. I.

Pag. 700. 9. *Τὰ λεγόμενα Μαύρου*] Ibid. lib. II. sect. XVI. n. LXXIII.

Pag. 700. 14. *Φώτιος*] Ita Nicephorus in Brev. quem *Φωτεινὸν* vocant Glycas, Auctor Chronici MS. ab Adamo ad Leonem Sapientem, et Georgius Monachus, cujus uxori stuprum Focas intulerat.

Pag. 700. 15. *Τῶν Πλακιδίας*] Constantinopol. Christ. lib. II. sect. VI. n. I.

Pag. 701. 9. *Τοῦ Ἐπάρχου τῆς πόλεως*] Constantis, ut est apud Theophanem anno VII. Focae, cui successit Leontius, de quo Auctor Chronici anno V. Heraclii, et Nicephorus in Brev.

Pag. 701. 15. *Καὶ τῆς εἰκόνος Φωκᾶ*] Vide Theophanem et Georgium Monachum. Nicephorus Constantinopol. de Crispo: *Ἐπεὶ ἀπηχθάνετο Φωκᾶ, ὡς δὴ παρυβρισμένος ὑπ' ἐκείνου τυγχάνων, τῆς ῥικείας εἰκόνος ἥπτετο, ἣν ποτε οἱ τῶν ἀντιθέτων χρωμάτων δημῶται τῇ τοῦ Φωκᾶ συμπαρέγραψαν εἰκόνι, αὐτὸν μενήρχετο.*

Pag. 701. 18. *Καὶ τὸ Βένετον βάνδον*] Faverant nempe Veneti Focae, contra quam Prasini, qui eo anno quo Imperio et vita excidit, cum in Circensibus ludis multis contumeliis proscidissent Focam, ab eo graviter mulctati fuerant, aliis capite et suspendio, aliis in mare demersis, caeteris denique a publicis muneribus amotis.

Pag. 701. 19. *Ἡρακλείου*] Holsten. addit *μόνου*.

Pag. 701. 20. *Ἀπὸ ϛ'. καὶ αὐτῆς*, etc.] Hoc loco quaerunt viri eruditissimi in I. Exegesi praeliminari ad tom. III. Martii n. XXIV. quomodo primis Heraclii annis factum sit, ut jussum ac praeceptum fuerit, ut ab die XIII. Januarii, usque V 553
in anni finem, XV. *Indictio et Consulatus Heraclii scriberetur*: ac initium quidem Indictionum a Septembri ad aliud tempus translatum fuerit, non tamen earum Cyclus anno uno accelleratus, quia nempe II. Heraclii annus non fuit signatus Indictione I. quod Cycli V. numerus anticipate expletus postulas-

Digitized by Google

set: sed ita scriptum fuit: *Indict.* XV. *Heraclii* II. *post Consulatum Heraclii Aug.* et sic consequenter anno III. etc. Sed non plane video cur mutata ab Heraclio dicantur Indictionum initia: haec enim, ni fallor, recte cohaerent, si paullo attentius expendantur. Heraclius quippe in Imperatorem coronatus est VII. Octobris die, Feria II. Indict. XIV. anno Christi vulgari DCX. a quo initium ducit primus Heraclii annus. Ab hoc ipso die quo Imperium auspicatus est Heraclius usque ad XIV. diem Januarii ejusdem Indictionis (XIV.) scriptum est in Actis publicis, *Imperante Heraclio*, vel *anno* I. *Imperii Heraclii.* Et a XIV. ejusdem mensis (Januarii ejusdem Indictionis XIV.) scriptum est in reliquum tempus usque ad expletum Decembrem Indictionis XV. *Et Consulatu, etc.* Neque enim, ait Scriptor, quod volunt viri eruditissimi, et post illos V. C. in Dissertatione Hypatica p. 358. scriptum fuisse, XV. *Indictione, et Consulatu, etc.* cum Indictio illa XV. mensem Decembrem spectet. Sed an hic annus DCXI. revera fuerit primus annus Consulatus Heraclii, jure controverti potest, licet Fasti Vossiani ad hunc annum illum referant, cum apud Scriptorem Chronici Postconsulatus Heraclii ab anno DCXII. duntaxat prodeant, ut exerte indicatur ad annum III. ejusdem Heraclii, et omnino firmatur ex Inscriptione allata ad annum IX. adeo ut hoc anno DCXII. tum primum Consulem processisse existimandum sit, anno elapso a XIV. Januarii usque ad mensem Decembrem illius Consulatui adscripto, licet nondum Consul processisset. De annis porro Heraclii consulendus Petavius lib. XI. de Doctrina Temp. cap. XLIX.

P 610

Pag. 702. 11. *Ετέχθη Επιφανεία*] De liberis Heraclii, et eorum die natali egimus in Familiis Byzantinis.

Pag. 702. 12. *Εν προκέσσῳ τῆς Ιερείας*] Constantinopol. Christ. lib. IV. sect. XIII. n. II.

Pag. 702. 17. *Εἰς πρόκεσσον Σοφιανῶν*] Ibid. sect. XII. n. I.

Pag. 702. 19. *Καὶ τῇ ιγ΄ τοῦ Αὐγούστου*] Theophanes, ιδ΄.

Pag. 702. 20. *Ετελεύτησεν*] *Νόσῳ ἐπιληψίας ληφθεῖσα*, inquit Nicephorus in Brev.

Pag. 702. 21. *Η καὶ Φαβία*] *Flaviam* dictam ait Isidorus Pacensis in Chronico anno DCXLVI.

Pag. 703. 4. *Ινδικτιῶνος α΄.*] Qua quidem ineunte Indictione post diem III. Octobr. incoepit annus III. Heraclii, qui fuit, ut in Computo a Cl. Dodwello edito idem Augustus scribit, annus a mundo condito VI. MCXX.

Pag. 703. 5. *Εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον*] Constantinopol. Christ. lib. IV. sect. VI. n. LXXIX.

Pag. 703. 10. *Γέγονε κληρικὸς Πρίσκος*] Hunc Nicepho-

Digitized by Google

rus Constantinopol. Theophanes, et aliquot alii *Priscum* etiam vocant, quem caeteri Crispum. Vide Famil. August. Byzant. in Foca, cujus ille filiam Domentiam uxorem duxerat. Cur autem Crispus, seu Priscus, Clericus factus sit, prae caeteris narrat idem Nicephorus, qui inde *πάππαν*, quod idem valet, ab Heraclio compellatum scribit: quam vocem per *parens* perperam reddidit eruditus Interpres. A Nicephoro quae de Crispo narrat exscripsit Zonaras, a quo etiam Crispus appellatur.

Pag. 703. 10. *Ο Κόμης τῶν Εξκουβιτόρων*] Ita alii: at Georgius Monachus in Chron. MS. ait Focam Domentziam filiam copulasse *Πρίσκῳ τῷ Πατρικίῳ Κόμητι τῶν Μαρίνης*. Ubi *Comes* idem valet ac Curator, quomodo indigitabantur qui isti Marinae aedi, in qua asservabantur Thesauri Imperatorii, praeerant: quos quidem Curatores *Λογιστὰς* vocat Lex III. Cod. de Modo multar. Vide Constantinopolim Christ. lib. II. sect. VII. n. II. Priscum autem seu Crispum Comitem Excubitorum dixerat Focas anno I. Imperii: generum vero V. ut est apud Theophanem. Post necem deinde Focae, *τῆς Καππαδοκίας στρατηγὸν* fecit Heraclius, ut est in eodem Chron. MS. V 554

[*Pag.* 703. 11. *αὐτοῦ*] Corrige errorem typ. *αὸτοῦ*.]

Ibid. Νικήτας Πατρίκιος] Consule Famil. Aug. Byzant. in Famil. Heraclii sub fin.

Pag. 703. 15. *Τῆς Βασιλικῆς*] Constantinopol. Christ. lib. II. sect. IX. n. I.

Pag. 703. 17. *Τούτῳ τῷ ἔτει*] Scribit Theophanes Heraclium Constantinum coronatum Imperatorem a Sergio Patriarcha XXV. Decembris die, Indict. I. hoc est anno DCXII. vulgari. Nec abludit Nicephorus in Breviario, ubi Heraclium Constantinum (*διώνυμος γὰρ ἐτύγχανε*, inquit ille) statim post Baptismum a patre corona donatum, et Imperatorem proclamatum scribit, tametsi vox *αὐτίκα*, qua utitur, non obsit quin anno dein proximo coronatus intelligatur. Potior enim fides videtur danda Scriptori Chronici, ut qui Heraclio imperante vixerit.

Pag. 703. 18. *Ημέρᾳ δευτέρᾳ*] Hoc enim anno litera Dominicalis fuit G.

Pag. 704. 14. *Ηλω καὶ Ιερουσαλὴμ*] Sarbara Duce. Id in annum V. Heraclii conjiciunt Theophanes et Cedrenus.

Pag. 704. 15. *Καὶ σφάζονται πολλαὶ χιλιάδες*, etc.] Edidit Combefisius istius cladis Hierosolymitanae Historiam ab incerto Auctore descriptam, in qua Persarum crudelitatem in cives multis exagitat.

Pag. 704. 20. *Καὶ Ζαχαρίας Πατρ.*] Ita etiam Theophanes et Cedrenus. Edidit pariter idem Combefisius Zachariae tum

Digitized by Google

apud Persas captivi Epistolam ad Hierosolymitanos, qua in hac calamitate illos ad constantiam hortatur. At Nicephorus ait Modestum Hierosolymorum Ecclesiae tum praefuisse, cum Chosroës Sarbaro duce Orientem pervasit, et salutaris Crucis vivifica ligna e sacris locis abstulit. Sed de utroque Patr. consulendus vir eruditissimus Daniel Papebrochius in Serie Historica Patriarcharum Hierosol. n. LVI. et LVII. to. III. Maii, dum properamus.

Pag. 705. 4. *Εν τῇ τρίτῃ ὑψώσει*] Nempe in Festo S. Crucis Exaltationis, aut certe intra Octavam Festi ejusdem, illa in Ecclesia *exaltabatur*, ac populo adoranda ostendebatur a Patriarcha: qua vero ratione quove ritu prae caeteris docet Andreas Cretensis Orat. II. in Exaltat. S. Crucis, loco allato in Append. ad Glossar. med. Graecit. in v. *Τψωσις*. Nec scrupulum movere debet quod anno demum Heraclii XXIV. Hierosolymis sacra ligna in urbem ab eodem Augusto relata sint, cum iis a S. Helena primum inventis, horum partem ad Constantinum filium illa detulerit, uti narrant Theophanes anno XXI. ejusdem Constantini, et
P 611 alii passim: ex quo Festum Exaltationis deinde profluxit. Nam vel ex hoc saltem loco ante ea relata ab Heraclio illud obtinuisse palam est.

Ibid. *Αποδεχθεὶς*] Cod. Vatic. *ἀποδεθεὶς*, atque sic emendavimus.

Pag. 705. 5. *Ο τίμιος σπόγγος*] De sacra Spongia legendi praeterea Willelmus Tyrius lib. XX. cap. XXV. Ducas Hist. cap. XLI. pag. 172. Bondelmontius in Descript. Constantinopol. et tom. III. Hist. Franc. p. 343.

Pag. 705. 8. *Ημέρᾳ*] Hoc anno litera Dominicalis erat F.

Ibid. *Η τιμία λόγχη*] De sacra Lancea Constantinopoli asservata sat multa congessimus in Notis ad Alexiadem Annaeam p. 344. 370. et 402.

Pag. 705. 9. *Σάρβαρα*] *Σάλβαρα* legendum, ut infra sub ann. XVI. Heraclii: *Σάλβαρον* interdum vocat Theophanes, interdum *Σαρβαραζᾶ*, ut XVII. Heraclii, ubi *ζᾶ*, vel *Σᾶ*, est nomen dignitatis, de qua egimus in utroque Glossario.

Pag. 705. 15. *Ινδ. γ'. ε'.*] In hunc annum v. Heraclii desinit brevis temporum Expositio Melliti MS. quem is ait fuisse annum a mundi exordio V. MDCCCXLVIII.

Pag. 705. 20. *Κατευθυνθήτω*] Vide Liturgiam Praesanctificatorum apud Goarum in Eucholog. p. 191. et 204. Hinc conficit Allatius in Syntagmate de hac missa n. XX. in ejusmodi Liturgia nonnulla fuisse addita, detracta et immutata a recentio-
V 555 ribus. Neque enim, ut idem subdit, post *τὸ κατευθυνθήτω*, sequuntur proxime haec verba Sacerdotis, *κατὰ τὴν δωρεὰν*· sed et multa alia interjiciuntur. Secundo, quod psallitur a populo in eadem Liturgia, non est integrum, sed post *τῆς δόξης* posito

Digitized by Google

Αλληλούϊα, caetera desunt. Tertio, in eadem Liturgia Sacerdos assumit Sancta, et in altare transfert, post decantata superiora illa verba a populo, et postquam Sacerdos dixit, *Sicut filius prodigus*. At in Chronico transferuntur Sacra, cum populus praefatam oden decantat.

Pag. 706. 4. *Δορυφορεῖται*] Ita Cod. Vatic. Perperam Raderus *δωροφορεῖται* ediderat.

Pag. 706. 6. *Εν ταῖς νησταίαις προηγιασμένων*] Quadragesimae diebus (exceptis Sabbatis et Dominicis, quibus jejunium solvunt Graeci, et Annuntiatione Deiparae, in quibus *τελεία προσφορὰ* conficitur) ex Can. Trullano LII. *τὰ προηγιασμένα* conficiuntur apud Graecos: caeteris vero diebus, etiam *ἐν ταῖς νησταίαις τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν, ἡ τοῦ Μεγάλου Βασιλείου Λειτουργία τελεῖται*, ut est in Typico S. Sabae. Quinam igitur illi alii dies extiterint, in quibus haec Praesanctificata facta scribit Auctor Chronici, nescio an aliquis indicaverit, nisi ad ea *προηγιασμένα* respexerit, quae ad aliquas statas ceremonias servabantur, de quibus quaedam attigimus in Gloss. med. Graecit. in hac voce. Porro post *προηγιασμένων*, addit Holstenius *εἰσαγομένων*.

Pag. 706. 9. *Νόμισμα ἑξάγραμμον*] Vide Gloss. med. Graecit. in *Γράμμα*.

Pag. 706. 12. *Σαὴν*] Ita Theophanes. *Σαΐτον* vocat Nicephorus Constantinopolit. ubi colloquium Imperatoris et Saïti pluribus describit. Id porro in annum VI. Heraclii rejicit idem Theophanes.

Pag. 706. 18. *Μηκωνίου*] *Μήκωνα*, Insulam finitimam Delo memorat Tzetzes in Lycophronem: sed alius locus est *Μηκώνιον*, siquidem urbi, ut Calchedon, oppositus.

Pag. 706. 14. *Δι' αὐτοῦ*] *Δι' ἑαυτοῦ* legit Holstenius.

Pag. 706. 17. *Διεπέμφθησαν*] Idem Holsten. *δὴ ἐπέμφθησαν*.

Pag. 706. 18. *Ολύμπιος*] Qui *Τπαρχος τῶν Πραιτωρίων*, Nicephoro Constantinopol. Quemadmodum vero Heraclii Legati a Saïto, deinde a Chosroë pessime accepti sint, et in custodiam conjecti, silet Auctor Chronici: pluribus vero narrant idem Nicephorus et Georgius Monachus in Chron. MS.

Pag. 706. 19. *Αναστάσιος*] Nicephoro Constantinopol. *ὁ τὴν οἰκονομίαν τοῦ μεγίστου ἱεροῦ, ᾧ Σοφία ὁ θεῖος Λόγος ἐπώνυμον, τῶν πραγμάτων πεπιστευμένος*. In Epistola vero Senatorem ad Chosroëm in Chronico descripta, *Θεοφιλέστατος Πρεσβύτερος καὶ Σύγκελλος* indigitatur.

Pag. 707. 14. *Πολιτείας ἐπίβουλος*] Holstenius legit, *πολιτείας γενόμενος ἐπίβουλος*. Deinde pro *ὑποφθείρει*, legit *ὑποφθείρας*.

Pag. 708. 7. *Προτρέψαντος*] Quod in primis firmat Ni-

Digitized by Google

cephorus, scribens Heraclium ad Imperium capessendum Crispum cohortatum, cum non se illius usurpandi gratia venisse diceret, sed ut a Foca tyranno eorum quae in Mauricium ac Mauricii liberos commiserat, facinorum poenas repeteret: Crispoque abnuente, tandem Imperatorem Heraclium a Senatu populoque proclamatum esse, et a Patriarcha coronatum.

Pag. 708. 15. *Ἀρχιβασιλέα*] Quippe Rex Persarum Rex Regum inscribebatur, quod cum Provinciarum, vel etiam civitatum majorum Rectores *Βασιλεῖς* pariter dicerentur, qui iis omnibus imperabat Persarum Rex, ea de causa Regis Regum tituto vulgo donabatur, ut est apud Brissonium de Regno Persarum, et in Dissertat. nostra ad Joinvillam XXVII.

Pag. 709. 17. *Τοῦτο γὰρ*] Holsten. *ταῦτα*.

Pag. 710. 10. *Διὰ τὸ νῦν*] Sic emendavimus ex Holstenio, cum prave esset editum, *διὰ τοίνυν*.

Pag. 710. 13. *Εἰσέρχεται ἐν δευτέρᾳ*] Hoc anno litera Dominicalis erat DC.

Pag. 710. 16. *ια΄. οὖσαν Ἰνδικτιῶνα*] Id est Cyclum Lunarem: nam cum passus est Christus, erat Cyclus XI. ut Auctor supra scripsit, licet revera esset tum X. Hautinus.

P 612 *Pag.* 711. 6. *Γράφεται τῆς Βασιλείας*] Nulla scilicet, ac deinceps, adscripta Consulatus nota numerali, quem hoc ipso anno, Januarii I. die, Indict. V. iniisse Novum Constantinum
V 556 scribit Theophanes, et ex eo Cedrenus et Symeon Logotheta. At licet minus probabile videri possit Scriptorem, qui hac ipsa tempestate vixit, silere debuisse, siquidem verum fuerit, Constantinum Consulem hoc anno dictum: illud tamen ipsum adstruere videtur adscripta temporis nota Honorii Papae Epistolae ad Honorium Episcopum Dorovernensem, apud Bedam in Hist. Angl. lib. II. cap. XVIII. edit. Chiffletianae, quae hisce verbis concepta legitur: *Data die tertia Iduum Januariarum, imperantibus Dominis nostris piissimis Augustis, Heraclio anno vicesimo quarto, post Consulatum ejusdem vicesimo tertio, atque Constantino filio ipsius anno vicesimo tertio, et Consulatus ejus anno tertio: sed et Heraclio Felicissimo Caesare item filio ejus anno tertio, Indictione septima, id est, anno Dominicae Incarnationis sexcentesimo tricesimo quarto:* quae quidem anni nota est ipsius Bedae. Ex hac igitur Epistola tum demum Consulem factum Constantinum, Heraclium vero seu Heracleonam, filium alterum, una et Caesarem dictum, anno patris Heraclii XXI. colligere licet. Anni quippe Imperii Constantini a XXII. Januarii putari incipiunt: ac proinde X. die ejusdem mensis nondum quartus advenerat. De Caesarea vero Heracleonae dignitate, et quando illam consecutus fuerit, ut et Consularem, atque adeo Imperatoriam, non plane liquet ex iis quae a Nicephoro Constantinopol. traduntur, tametsi primo Caesarem, deinde Imperatorem, ac de-

Digitized by Google

nique Consulem renuntiatum tradat, nullo tamen adscripto fere idoneo temporis characterismo.

Pag. 711. 11. *Τῶν πολιτικῶν ἄρτων*] De quibus copiose egimus in utroque Glossario, et in Constantinopoli Christ. lib. II. sect. XII. Interim ex hoc loco observare licet tempus et annum quo panes isti politici possessoribus seu civibus urbis Constantinopolitanae praeberi desierunt.

Pag. 711. 12. *Διὰ γραφῶν*] Ita etiam praefert editio Scaligeri: at Salmasius ad Vopiscum emendat, *διάγραφον*, ut intelligatur *capitatio* vel *tributum*. Ego vero legendum putem *διὰ διαγράφων*, ex Anastasio in S. Vitaliano PP. *et talem afflictionem posuit in populo per diagrapha seu capita, atque nauticationes per annos plurimos, etc.* vel potius *διὰ διαγραφῶν*· quippe *διαγραφὴ* ejusmodi capitatio apud Justinianum, Procopium et alios dicitur, quorum locos dedimus in utroque Glossar. in *Diagrapha*, in *Descriptor*, et in *Διαγραφή*. Sed et idem Salmasius pro *νομίσματα γ'.* legendum *τρία νουμμία* contendit, quia, inquit, *νόμισμα* est solidus aureus. Ita sane, atque is exactus non pro singulis panibus, sed pro jure fruendi panibus civilibus in singulos panes: ita ut qui plures perciperet, totidem ternos aureos pro singulis exsolveret, non vero tribus aureis singulos panes compararet. Hic porro *διὰ διαγραφῶν* edidimus.

Pag. 711. 14. *Ἀνηρτήθη*] Leg. *ἀνηρέθη*, ut olim monuimus. Cod. Vatic. *ἀνηρτίθη* legit.

Pag. 711. 19. *τν'. Ὀλυμπιὰς*] Quae deinceps narrantur ab anno VII. Heraclii, usque ad annum XV. praeterquam quod duorum annorum characterismi omittuntur, praepostero ordine describi constat. Quod enim de Chagani consiliis refertur, recte anno Heraclii IX. adscribunt Theophanes et Cedrenus. Proinde idipsum adjungendum statim post haec verba, *Κωνσταντίνου ἔτος ζ'.* usque ad vocem *ἀντιστατοῦντος*. Exhinc tres consequentes anni Heraclii X. XI. et XII. debuere describi, praemissa CCCLI. Olympiade. Tum profectio Heraclii in Per- P 613
sidem, quae anno ipsius Augusti XII. contigit, ut recte etiam observant Theophanes et Cedrenus, qui Heraclium tradunt, peracta IV. Aprilis solennitate Paschali, postridie feria II. sub vesperam egressum esse in Persas expeditionem suscepturum: quo quidem anno Pascha revera IV. Aprilis contigit. Nec dissentit omnino Scriptor Chronici, scribens XXV. Martii urbe egressum Heraclium, ac juxta Nicomediam Paschali exacta festivitate iter arripuisse, et contra Persas perrexisse. Huicce demum narrationi subjungendus annus XIII. Heraclii, cum iis quae de Sergio Patriarcha referuntur, usque ad vocem *Ἀλληλούϊα*. Tum ponenda Olympias CCCLI. cum anno XIV. Heraclii, et ejus characterismis, quomodo haec omnia restituenda

Digitized by Google

duximus. Hic porro rerum gestarum seriem turbatam esse argumento est, quod in edit. Raderiana Indictio IX. dicatur Postconsulatus Heraclii XII. qui IX. fuit, et quod τούτῳ τῷ ἔτει, vel ἐνιαυτῷ, sub eodem anno bis repetatur, contra morem Scriptoris. [Expressit ordinem hic propositum Ducangius in editione.]

P 612 *Pag.* 712. 17. *Χαγάνου τῶν Αβάρων*] Seu Huanorum Regis: sic enim Hunnos dictos scribit Georg. Monachus in Chron. MS. Scribit Nicephorus Callist. lib. XIV. cap. LVI. Getthos ac Wandalos et Gepidas, omnes unius linguae, Honorio et Arcadio imperantibus, Danubium transgressos in finibus Romani Orientalis Imperii consedisse, ac Gepidas quidem, qui in duos populos divisi erant, Longobardos et Avares, oram eam quae Singidonem et inter Sirmium jacet, incoluisse.

Pag. 713. 6. *Τῆς Χρυσῆς Πόρτας*] Constantinopol. Christ. lib. I. sect. XV. n. XVI.

Pag. 713. 9. *Εἰς τοὺς ἁγίους Κοσμᾶν*, etc.] Ibid. lib. IV. sect. XV. n. X. ubi docemus hanc aedem SS. Anargyrorum sitam fuisse in Blachernis, quod et hic infra notatur, id est in Blachernarum regione, proinde vicinam fuisse aedi Deiparae Blachernensi, quod exerte dicitur in libro Miraculorum SS. Anargyrorum in hac scilicet aede patratorum, cap. XVIII. ut et Clericos, non vero Monachos, in ea Sacra fecisse. Ac certe Ecclesiam fuisse Catholicam, id est quod nostri dicunt Parochiam, vel inde conjicere licet, quod in ea aede extiterit Baptisterium, quod Diaconico proximum fuisse ibidem di-
V 557 citur pag. 358. Sed et illam conditam ab Imperatore, quem non nominat, testatur Nicetas Philosophus in ea Oratione quam de Sanctis istis Anargyris inscripsit p. 132. Theodosio forte Juniore, siquidem non desunt qui Paulino ejus studiorum socio hanc adscribunt.

Pag. 713. 10. *Προμότου*] Ibid. lib. IV. sect. XV. n. XXX.

Pag. 713. 17. *Καὶ ἀπὸ κβ'. καὶ αὐτῆς*] Huc pertinet subscriptio a Panvinio relata: *Data Kal. Maii Constantinopoli, imperantibus Augg. Fl. Heraclio anno* IX. *et post Consulatum ejusdem anno* VIII. *et Heraclio Constantino Juniore filio anno* VII. *Indict.* VII. ubi delenda videtur haec postrema Indictio.

P 613 *Pag.* 714. 7. *Μεγίστου*] Holsten. *Μαγίστρου*.

Pag. 714. 14. *Μετὰ τὸ ἐκ τῶν*, etc.] Sic Cod. Vatic. Legendum videtur, *μετὰ τὸ ἐκ τῶν παρατραπεζίων* (*καὶ* delet Holstenius) *διάδοσιν*· et forte addendum *γίνεσθαι*, id est, *post datam fidelibus ex appositis mensis Communionem.*

Pag. 714. 16. *Λέγεσθαι*] Sic reposuimus ex Cod. Vatic. pro *λέγεται*. *Τροπάριν* pro *τροπάριον* habet idem Cod. Vatic.

Pag. 715. 12. *Καὶ πανέκραξαν Ιωάννου*, etc.] An is Prae-

Digitized by Google

fectus annonae fuit? nam illius curae urbis commeatus et annona publica incumbebat. Verum cur in M. Ecclesia semel ac iterum ob sportulas militares, tum a scholis, tum a plebe tumultuatum potius quam in Circensibus, ut in gravitate annonae ac fame ingruente fieri solitum fuisse docent Tacitus lib. v. Annal. Zosimus lib. v. Ammianus lib. xix. Eunapius in Aedesio, et Sidonius lib. i. Epist. x. non plane constat. Vide Notata ad ann. v. Justiniani.

Cum disciplina chronographica una sit omnium maxime impedita et prope inextricabilis, non tricabor cum scriptoribus; nostri chronographi duntaxat sententiam exponam, et quos habeat sententiae suae auctores, sectatores, laudatores exponam, quos item refragatores.

Digitized by Google

De varietate sententiarum circa hunc locum vide Jacobum Capellum p. I. et seq.

Primum constat hunc numerum ex septuaginta sacrarum litterarum metaphrastis acceptum. qui pluribus patribus familiae, seu generis humani conditoribus, centum annos plus triduunt, quam Hebraei, praeter Lamechi annos, ubi sex tantum annis distant, et Noëthi, in cujus quingentesimo et 600. omnino conveniunt. qua de re copiose disputat D. Augustinus, D. Hieronymus, et qui postea relicta septuaginta patrum sententia Hebraeam et Latinam vulgarem cum Hieronymo et Augustino sunt secuti.

Ergo noster Chronographus secutus est septuaginta interpretes veteris editionis Graecae MS. quam Africanus legit et probavit, uti et Epiphanius, et Nicephorus Patriarcha, Anastasius bibliothecarius, Chronicon ex Pisida et Cyrillo, Honorius Augustodunensis, pro quorum decretis acerrime propugnat Antonius Contius legum et temporum peritissimus observator et scriptor, qui planissimis verbis docet, totam Ecclesiam Graecam et Latinam primitus secutam esse septuaginta seniores usque ad tempora DD. Hieronymi et Augustini, hodieque in quibusdam sequi. Graecam vero nunquam ab iis
14 defecisse, quorum interpretationem hodierna Ecclesia minime damnat, sed pro Canonica agnoscit recipitque.

II. *PRIMA DECAS PATRUM FAMILIAS.*

Adamus CCXXX. genuit Sethum.	Heb. CXXX.
Sethus natus annos CCV. genuit Enos.	Heb. CV.
Enos CXC. genuit Cainam.	Heb. XC.
Caina CLXX. genuit Malaleelem.	Heb. LXX.
Malaleel CLXV. genuit Iaredum.	Heb. LXV.
Iaredus CLXII. genuit Enoch.	Heb. CLXII.
Enochus CLXV. genuit Mathusalam.	Heb. LXV.
Mathusala CLXXXVII. genuit Lamechum.	Heb. CLXXXVII.
Lamechus CLXXXIIX. genuit Noë.	Heb. CLXXXII.
Noë D. genuit Sem, Cham, et Iapheth.	Heb. D.
Noë DC. ingressus arcam.	Heb. DC. Diluvium.

Sequuntur ergo hanc scripturam quos supra nominavi, et accedunt his etiam recentiores. Pererius colligit tantum 2242. quia Mathusalae XX. annos ex auctoritate DD. Hieronymi et Augustini detrahit, qui apud Septuaginta jam corruptos eum numerum notarant. Cum Africanus utroque major legerit apud eosdem CLXXXVII. quem Graeci patres praesertim Hieronymi et Augustini (qui 167. legerant, et ad Hebraeum Codicem emendandum putarant) censura moti sunt secuti. Aldina tamen editio retinuit priscam et incorruptam lectionem. CLXXXVII. Nicephorus, nostrum Chronicum Alexandrinum, Anastasius MS. latine scriptus, Contius, et alii eandem confirmant.

III. *Hic prophetavit.*]

Digitized by Google

Liber Enochi Ecclesiae censura notatus, auctoritatem amisit, et inter scripta apocrypha relatus, non plane quidem est rejectus, nec plenum tamen veritatis testimonium meretur, quod sit a Judaeis et haereticis depravatus, uti et Moysis apocalypses, Heliae et Hieremiae ἀπόκρυφα, et his pares, de quibus consule D. Augustinum de civitate DEI, D. Hieronymum ad epistolam D. Pauli ad Ephesios. Non penitus autem proscripta haec esse, et damnata, constat ex testimoniis Apostolorum, qui inde quaedam in sua scripta et epistolas transtulerunt, velut hic locus Judae ex Enocho petitus est, et S. Paulus in epistola prima ad Corinthios ex apocryphis Heliae prophetae transtulit illud: *quae nec oculus vidit, nec auris audivit, etc.* In epistola rursum ad Galatas ex Apocalypsi Moysis: *Neque circumcisio est aliquid, nec praeputium, sed nova creatura,* etc. Et ad Ephes. ex Hieremiae Apocryphis: *Surge qui dormis et exsurge a mortuis et illuminabit te Christus.* pulcherrimus locus est apud Syncellum ab castigatore temporum adductus, quem transferam et transcribam. Ταῦτα μὲν (inquit) ἐκ τοῦ πρώτου βιβλίου Ενὼχ περὶ τῶν ἐγρηγόρων, εἰ καὶ μὴ τελείως χρὴ προσέχειν ἀποκρύφοις, μάλιστα τοὺς ἁπλουστέρους, διά τε τὸ περιττά τινα καὶ ἀτριβῆ τῆς ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως ἔχειν, καὶ διὰ τὸ νενοθεῦσθαι αὐτὰ ὑπὸ Ιουδαίων καὶ αἱρετικῶν. Πλὴν καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, σπανίως ἐχρήσατο τισὶν ἐξ ἀποκρύφων χρήσεσιν, ὡς ὅταν φησὶν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ ἐπιστολῇ. Τὰ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, καὶ τὰ ἐξῆς Ηλία ἀποκρύφων. Καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐκ τῆς Μωυσέως ἀποκαλύψεως· οὔτε περιτομή τί ἐστιν, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις. καὶ ἐν τῇ πρὸς Εφεσίους ἐκ τῶν Ιερεμίου λεγομένων ἀποκρύφων, ἔγειραι, ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ χριστός· ταῦτα δὲ ἡμῖν εἴρηται οὐ πρὸς ἄδειαν τῶν βουλομένων ἀδιαφόρως ἐντυγχάνειν, μὴ γένοιτο. πολλοὶ γὰρ ἐβλάβησαν ἐν πᾶσιν αὐτοῖς πιστεύοντες. ὅθεν καὶ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία, καὶ ὁ χορὸς τῶν Θεοφόρων ἡμῶν πατέρων ἐκώλυσεν ἐντυγχάνειν αὐτοῖς, ὥσπερ τῇ θείᾳ λοιπῇ γραφῇ. Καὶ ἡμεῖς τὰς προφαισας χρήσεις ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι μόνον τὴν τῶν ἐγρηγόρων παράβασιν, καὶ τὴν τῶν γιγάντων ἀσέβειαν, περὶ ἧς καὶ ὁ θεῖος Μωσῆς μέμνηται, καὶ ὅτι δι' αὐτοὺς ὁ κοσμικὸς γέγονε κατακλυσμὸς παρεθέμεθα.

15 l. 15. c. 23. 16

Quae ita verto: Haec quidem e primo Enochi libro de Egregoris seu vigilibus. Etsi non omni ex parte apocryphis fides habenda sit, praesertim a rudioribus, partim quod quaedam contineant futilia et aliena a communi Ecclesiae more seu traditione, partim quod a Judaeis et Haereticis sint depravata. Enimvero et Divus Paulus nonnunquam usus est testimoniis ex Apocryphis quibusdam, veluti cum in prima ad Corinthios di-

Digitized by Google

cit: *Quae oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis descendit*, et quae ex Divi Heliae apocryphis sequuntur. Idem rursum ad Galatas ex Apocalypsi Moysis: *Neque circumcisio est aliquid, nec praeputium, sed nova creatura.* Et ad Ephesios ex Hieremiae apocryphis quae appellantur. *Surge qui dormis et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus.* Proinde haec a nobis dicta sunt, non ad eorum temeritatem confirmandam, qui haec sine discrimine et judicio volunt legere, absit hoc, multi enim dum omnia vera quae iis continentur, crediderunt, magnum inde detrimentum accepere. Unde et sancta Dei Ecclesia, et universus patrum senatus haec, perinde atque reliquam sacram scripturam, vulgo legi vetuit, a simplicibus nempe et indoctis. Nos ergo testimonia supra scripta tantum ad hoc adhibuimus, ut ostenderemus Egregorum seu ducum scelera, et gigantum impietatem, de qua et Divinus Moyses meminit, cum propter illam mundum aquis inundatum fuisse scribit. Haec
17 ex Syncello. Egregorii porro ducenti memorantur, quorum duces seu decuriones numerantur xx. quos in thesauro Eusebiano ex primo Enochi libro nominat castigator temporum Semixas, Atarcuph, etc. ubi multa de Egregoris, quamvis a Judaeis et haereticis depravata.

IV. *Videntes angeli Dei filias hominum.*] prorsus orthodoxe noster Chronographus disputat, et refellit eos, qui angelos caelestes spiritus, quos proprie angelos appellamus interpretantur, quod impium sentire cum universa Ecclesia affirmat, quae homines pios ex Setho natos angelos et filios Dei vocat. Notat Suidas ex veteri scriptore filios Dei, seu angelos illos, esse filios Sethi, Enochi, et Enosi, verba sunt haec: *Οἱ τοῦ Σὴθ καὶ Ἐνὼχ καὶ Ἐνὼς παῖδες υἱοὶ θεοῦ νοείσθωσαν, οἵτινες ἐλόντες ἀκολασίᾳ πρὸς τὰς θυγατέρας Καΐν εἰσῆλθον, ἐξ ὧν οἱ ἐκ τῆς καταλλήλου μιαιγαμίας γίνονται γίγαντες διὰ μὲν δίκαιον ἰσχυροὶ καὶ μέγιστοι, διὰ δὲ τὸν ἄδικον καὶ βέβηλον, πονηροὶ καὶ κάκιστοι.* Sethi, Enochi, Enosi liberi intelligantur filii DEI dicti, qui capti amore filiarum Caini incestas cum illis nuptias copularunt, ex quibus nati sunt Gigantes, propter patres quidem justos, fortes et procerissimi, propter Cainum vero iniquum et sanguine fratris inquinatum, improbi pessimique.

Quod scripturam attinet apud septuaginta legebatur olim *ἄγγελοι θεοῦ*, quae hodie in Carafiana non extat, sed ita scriptum fuisse testatur D. Augustinus, Cyrillus et alii. Aquila vertit filios Deorum, i. e. angelorum vel sanctorum. Symmachus filii principum *υἱοὶ τῶν δυναστευόντων.* auctor nostri chronici utramque lectionem agnoscit, sed eandem utriusque explicationem. Damnat vero qui caelestes spiritus docent amore
18 faeminarum captos. Fuere enim qui dicerent sanctos angelos de caelo puellarum amore saucios descendisse; eosque ex na-

Digitized by Google

turalibus et suis, non simulatis corporibus compositos esse; Fuere alii, qui daemones interpretarentur lapsos, sed corpore item suo vestitos. Alii daemonas assumta corporum forma ex aëre fictorum vocatos Dei filios existimant, faeminasque iniisse, quod utrum fieri et homo inde procreari possit, disputat fuse N. Serarius quaest. 4. c. 6. ad Tobiam. Angelos ex mente et corpore concretos existimabat Philo de gigantib. qui genios appellat aëreo corpore indutos. cum hoc facit Joseph. l. 1. Antiquit. Justinus Martyr, Clemens Alexandrinus l. 3. Strom. Tertullianus de cultu muliebri. Lactantius l. 2. c. 15. Hinc existimant extitisse fabulas poëtarum, qui metamorphoses et connubia, et adulteria Deorum cum hominibus confinxerunt, ut tradit Euseb. praep. Evang. c. 4. l. 1. Julianus teste Cyrillo. Sed de hac quaestione hic per transennam sat dictum. Lege doctissimos Pererii commentarios ad Gen. c. 6. de diluvii causis.

Cur autem Sethus appellatus fuerit Deus, causas reperio tres, primam hausi e fragmento chronici ex palatina bibliotheca ab Hoeschelio accepti, Sethum quadragesimo anno aetatis, hoc est, CCLXX. Adami, subito raptum ab angelo, et quadraginta dieb. (ut Moses) non visum, quo tempore divinitus didicit, filios suos, Egregoros dictos, quos et filios Dei nominabant, peccaturos, et orbem universum aquis inundatum iri, ac (praeter paucos) periturum, venturum etiam salutis auctorem Christum, atque haec omnia parentib. Adamo Evaeque quae ab Angelo accepisset, exposuisse; in illo ergo cum Angelo congressu caelesti circumfusum splendore quem per reliquam vitam retinuerit, uti et Moyses quadraginta annis totis 19
faciem velavit. Hanc ergo primam ferunt causam, cur Sethus fuerit dictus Deus, quam ego in medio relinquo, veritus ne ex Sethianorum, qui haeretici fuere, libris sint decerpta, qui raptum ferebant Sethum, quamquam alia absurda, quae hic non tanguntur, attexuerint. lege Epiphan. haeresi 39. et 40. contra Sethianos et Archonticos. Alteram adfert Suidas in voce *Σήθ*, ubi ostendit Sethum Dei nomine dignatum, propter summam pietatem et justitiam et sanctitatem. Tertiam addit ob rerum caelestium siderumque cognitionem et scientiam.

Enimvero nomen Dei non referunt ad Sethum, sed ad ipsum Deum, quod boni et justi alias quoque in sacris litteris filii Dei nominentur. Ego dixi Dii estis et filii excelsi omnes. pari ratione Angeli vocantur filii Dei, ut est apud Jobum. et apud Joannem 1. aliis multis locis.

V. *Apud Chaldaeos primus illorum dux Alorus*] Berosus primus edidit Chaldaeorum principum nomina, qui ante diluvium imperarunt, quamvis aliter sentiente Syncello.

Digitized by Google

Fuit Berosus, Tatiano teste Alexandro Macedonum rege imperante Babylone natus sacerdos Beli, sub Antiocho III. post Seleucum. scripsit de rebus Chaldaeorum et regibus libros tres. Secuti sunt hunc Abydenus, Apollodorus, Alexander Polyistor, Josephus, quorum fragmenta in thesauro Eusebiano leguntur. De Beroso vero et supposititio extat singularis disputatio, quam tamen non omnes sequuntur. falsum praeter alios Goropius tradit.

* Eusebium adi ἐν πρώτῳ χρονικῶν λόγῳ ex Abydeno.

VI. *Alorus*] * Ex Apollodoro decem primi duces numerantur.

1. Alorus.
2. Alasparus vel Alaparus vel Alparus mendose credo.
3. Amilon.
4. Amenon.
5. Metalarus.
6. Daorus.
7. Aëdorachus.
8. Amphis.
9. Otiortes.
10. Xixuthrus.

Hos auctor Chronici nostri putat fuisse gigantes illos, de quibus divinae litterae meminere, sed ante diluvium claros tunc apud omnes.

VII. *Quod multa malitia esset hominum super terram.*] Occulta Enochi, referunt gigantes praeter alia veneficia scelera et flagitia humanas carnes degustasse, et anthropophagos fuisse. μετὰ δὲ ταῦτα ἤρξαντο οἱ γίγαντες κατεσθίειν τὰς σάρκας τῶν ἀνθρώπων· plura enumerat S. Methodius Martyr, quem non nemo frustra refutat propter ἀλογιστίαν chronologiae. Animadvertendum, in temporum ratione nullum esse errorem apud Methodium, sed apud enarratorem ejus Comestorem (et qui illum sequuntur) qui pessime intellecta Methodii ratiocinatione tot Chiliades finxit, quot Methodius nunquam cogitavit. Recitabo ipsa verba Methodii, et subjungam falsa Comestoris glossemata. ** Sciendum namque est, inquit Methodius, exeuntes Adam et Evam de paradiso virgines fuisse. Anno autem tricesimo expulsionis eorum de paradiso genuerunt primogenitum et sororem ejus Deboram. Anno autem tricesimo centesimo vitae Adae occidit Cain fratrem suum Abel, et fecerunt planctum super eum. Adam quoque et Eva annis centum. Ducentesimo autem tricesimo anno primi millenarii quod est primum saeculum, natus est Seth vir gigas in similitudinem Adae.

** Ex antiquo interprete.

21 Quingentesimo vero anno in eadem prima chiliade, filii Cain abutebantur uxoribus fratrum suorum in fornicationibus nimiis. Sexcentesimo autem anno ipsius millenarii, viri magno

Digitized by Google

stupro amoris et fornicationis, et istorum mulieres collapsae sunt vel diffusae, et in vesaniam versae sunt, etc. Octingentesimo vero anno vitae Adae dilatatum est super terram fornicationis inquinamentum a filiis fratricidae Cain. Mortuus est autem Adam anno nongentesimo et tricesimo vitae suae in primo millenario. Et tunc distinctae sunt generationes ab invicem, ut puta generatio Seth a cognatione Cain. Et abstulit Seth suam cognationem sursum in quendam montem, qui erat proximus paradiso. Porro Cain et hujus cognatio in campo habitabant, in quo et nefandum fratris homicidium perpetravit.

Animadvertis lector juste a Methodio expensa annorum tempora, septuaginta patrum numerum secuto. Sed Petrus ille Comestor sus deque vertit omnia, cum illa Methodii verba exposuit: quingentesimo anno primae chiliadis id est, inquit Petrus, post primam chiliadem, quod a mente et verbis Methodii tantum abest, quantum a Gadibus Ganges, aut caelum a terra. Methodius enim primam chiliadem appellat annos ab Adamo coeptos, et in millesimo finitos. Illa ergo verba, (quingentesimo anno primae chiliadis) sunt referenda ad quingentesimum annum vitae Adami, non ad millesimum quingentesimum post Adamum. Sequitur enim Adamum in primo millenario, non post primum millenarium esse mortuum, mortuus est enim anno 930. defuerunt adhuc ad primam chiliadem plenam septuaginta anni. Subjungit postea Methodius.

Quadragesimo autem anno temporibus Iareth pertransit 22
primum millenarium seu prima generatio. Rectissime; nam Malaleel anno mundi 960. genuit Iaredum, Iaredi ergo quadragesimo aetatis anno pertransiit prima chilias annorum.

Sequitur in Methodio.

Anno autem quadringentesimo Iareth (ita legendum ordo ipse et graecum exemplar docent; non, tricesimo quadragesimo, uti librarii, non Methodii manifestus error) secundi millenarii surrexerunt viri malae artis inventores iniqui, et omni nequitia pleni ex filiis Cain ut Jobeth Tholucel filii Lamech, qui fuit caecus, qui et Cain interfecit; in quos dominatus diabolus, convertit eos postea in omnem artem magicam, et omnem speciem Musicam componendi.

Anno autem quingentesimo secundi millenarii adhuc etiam exarserunt in nefandam fornicationem omnes homines in castris Cain, etc. septingentesimo autem ab anno temporis, Jareth scilicet vitae suae, in secunda chiliade composuit malignus et infestus diabolus bellum fornicationis adjungere filiis Seth, ut concupiscerent filias Cain, et profusi apparuerunt gigantes super terram de Seth, qui in peccati foveam lapsi atrocissimi fuerunt. Et iratus Dominus Deus in expletione secundi millenarii factum est diluvium aquarum, etc.

Digitized by Google

Legisti secunda chiliade expleta factum esse diluvium,
* MMCCLXII. hoc est, bis millesimo, ducentesimo * quadragesimo secundo,
ut apud septuaginta hodie legitur, et olim legebatur, et chronographi praestantissimi scribunt. quamquam Hebraei et hodie
Latini legant MDCLVI. Methodius ergo minus potius quam plus
23 pro Graecae Ecclesiae consuetudine et ratione ponit, cum in expleta secunda chiliade, hoc est, bis millesimo accidisse diluvium scribit. Interpres Methodii rudis et barbarus fuit; numeri mendosissime editi, fortasse etiam ab interprete non intellecti. Auctor Methodius vir ingentis ingenii, doctrinae, sanctitatis, qui, teste Suida, Olympi filius, Pataris in Lycia natus, Tyri fuit Episcopus, et Decio ac Valeriano in Christianos saevientibus, pro Christo Chalcide occubuit. Laudatur a D. Hieronymo, Photio, Suida. In hunc Methodii libellum capita quinque conscripsit jam olim Wolfgangus Aitinger Augustae Vindel. clericus, ut ipse in fine libri suum nomen adscripsit. Sed de causis diluvii omnes tam Graeci quam Latini fuse, ut hic operae non sit verbum addere. An porro libellus hic sit Methodii germanus partus, non disputo, tantum de iniqua Comestoris interpretatione questus sum, qua alios etiam in errorem induxit.

VIII. *A diluvio usque admolitionem turris censentur anni* DCLIX.] Nicephorus duos addit. post diluvium, inquit, anno secundo Semus filius Noë natus annos centum genuit Arphaxad. Sed Nicephorus non constat sibi, cum supra dixerit Semum anno quingentesimo Noëthi natum esse, et sexcentesimo factum diluvium, quo anno Semus egit centesimum. non ergo genuit anno centesimo Arphaxadum, sed centesimo secundo. qui annus est DCLXI. Enimvero ex Contii tralatione Codex Graecus Nicephori juste habet centum annos. *Μετὰ τὸν κατακλυσμὸν Σὴμ υἱὸς Νῶε γενόμενος ϱ΄ ἐτῶν γεννᾷ τὸν Ἀρφάξαδ.* Eod. modo MS. Athanasii codex ipsum centesimum Semi annum
24 ponit. ut mirer hoc loco Contium addere duos annos. Cum ex Gen. cap. XI. Moyses affirmet quidem a Semo, anno secundo post diluvium genitum Arphaxadum, sed Semum non ait egisse tum CII. sed centesimum tantum, quamquam anno DC. Noë fuisse diluvium narrent sacrae litterae, quo anno jam Semus erat centum annorum, ergo biennio post CII. An Moses neglectis duobus annis rotundum numerum est secutus?

Illud hoc loci alba notandum gemma, Lucam in Christi genealogia recensenda, cum septuaginta septem patres familiae numerat, secutum esse LXX. seniorum scripturam, quando Arphaxadi filium scripsit Cainam, qui nec in Hebraeis postea codicibus, nec vulgatis editionibus Latinis repertus est, quam controversiam cum divinarum literarum interpretes tractant, mirum quantum inter se dissentiant; singulorum fere opinatio-

Digitized by Google

nes noster Pererius ad 6. cap. Geneseos ponit, et diligenter exponit, tandemque concludit, ineluctabilem videri difficultatem. Toletus Cardinalis ad Lucam iisdem sententiis enumeratis et expeditis ita decernit. *Existimarem potius dicendum esse in Hebraeo deesse illam generationem, quae revera legebatur; et a septuaginta conversa est in Graecum; non est credibile, septuaginta non solum numerasse Cainam, sed etiam annos vitae ejus, si non legissent in Hebraeo. Legerunt ergo, et exemplaria illa ita habebant, nec novum est illos alia atque alia etiam tunc legisse, quae nunc non habentur vitio scriptorum, quod etiam in vulgato dicendum est; credere enim debemus Evangelistae id affirmanti, minusque periculum est dicere, exemplaria Hebraica ea in parte non haberi perfecta, quam asserere in Evangelio errorem seu mendacium vel minimum reperiri.* Eandem sententiam amplexus Salmeron in quatuor 25
Evangelistis, qui ex Abulensi et Alberto Magno copiose super ea re disputat. Contius hic τοὺς ἑβραΐζοντας triumphat, et nimis acerbe in codices Hebraeos invehitur. Sane ex hoc loco et Evangelista Luca auctoritas septuaginta patrum mirifice confirmatur, quam non immerito utraque Orientis et Occidentis, Graeca et Latina Ecclesia, et hoc et aliis quibusdam in locis prae Hebraica, secuta est, ita tamen, ut universe plus semper tribuerit tribuatque Hebraicae velut fonti, quam Graecae inde derivatae. Hoc miror, ab non nemine affirmari generationem illius Cainae, de quo hic quaeritur in Carafiana editione non legi, cum bis legatur et decimo et undecimo cap. Geneseos. recitabo ipsa verba Graeca. Decimo cap. οὗτος υἱοὶ Χὰμ, ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν, κατὰ γλώσσας αὐτῶν, ἐν ταῖς χώραις αὐτῶν, καὶ ἐν τοῖς ἔθνεσιν αὐτῶν. καὶ τῷ Σὴμ ἐγεννήθη καὶ αὐτῷ πατρὶ πάντων τῶν υἱῶν Ἔβερ, ἀδελφῷ Ἰάφεθ τοῦ μείζονος. υἱοὶ Σὴμ, Ελὰμ, καὶ Ασσοὺρ, καὶ Αρφαξὰδ, καὶ Λουδ, καὶ Αρὰμ, καὶ Καϊνᾶν. καὶ υἱοὶ Αρὰμ, Οὐξ, καὶ Οὐλ, καὶ Γατὲρ, καὶ Μοσὸχ. καὶ Αρφαξὰδ ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν. καὶ Καϊνᾶν ἐγέννησε τὸν Σαλά. Σαλὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Εβερ. Et undecimo. καὶ ἔζησε Σὴμ, μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Αρφαξὰδ, ἔτη πεντακόσια. καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας. καὶ ἀπέθανε. καὶ ἔζησεν Αρφαξὰδ ἑκατὸν τριακονταπέντε ἔτη. καὶ ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν. Non est ergo, quod narrat ille, cum dicit: *Antiqui et emendati codices septuaginta interpretum (qualis est, qui Romae nuper auctoritate et cura Illustriss. Cardinalis Carafae prodiit) non habent generationem Cainam.* Praeterea quod ex Epiphanio ex haeresi 55. contra Melchisedecianos adfert, non videtur firmum, cum idem Epiphanius in Ancyrato disertissime ponat ejus nomen his verbis: Σὴμ ὁ πλεονεκτηθεὶς γεννᾷ τὸν Αρφαξὰδ, ὡς εἴπομεν. Αρφαξὰδ γεννᾷ τὸν Κινᾶ (Καϊνᾶ lege) Κινᾶ τὸν Σάλα, Σάλα τὸν Εβερ, καὶ γίνεται ἡ πυργο- 26
ποιΐα. Semus praerogativa donatus gignit Arphaxadum, Ar-

Digitized by Google

phaxadus Cinam (Sive Cainam) Caina gignit Salam, Sala Heber, sub quo turris molitio coepta. Eodem modo in Panario: *Σὴμ τοίνυν γεννᾷ τὸν Ἀρφάξαδ, Ἀρφάξαδ τὸν Κηνᾶ, Κηνᾶ τὸν Σαλᾶ, Σαλᾶ τὸν Εβερ*, etc. Quod autem in 55. haeresi omiserit *Καϊνᾶ*, fecisse videtur ob Samaritas, contra quos ibi disputat ex eorum volumine, qui Hebraicis utebantur exemplaribus, in quibus *Καϊνᾶ* deest. Lege Graecum Eusebii Chronicon, in quo verba ex Samaritarum exemplari ponuntur.

IX. *Qui ergo fuerint, et quas orbis partes divisi habitarint.*] Quae sequitur orbis terrae partitio ex Epiphanio, Eusebio, Josepho, Africano, et aliis est deprompta. Unde et anonymi duo latini seu barbarolatini chronographi suas terrae divisiones descripserunt, quorum alter secundo tomo Antiquae lectionis Henrici Canisii continetur cum hac inscriptione: *Collectio historica chronographica ex Anonymo qui sub Alexandro Severo Imperatore vixit, Collectore Gallo quodam Caroli magni temporibus.* Alter in thesauro Eusebiano cum hoc titulo: *Excerpta utilissima ex priore libro Chronologico Eusebii et Africano, et aliis latine conversa ab homine barbaro, etc.* Prorsus gemina sunt, quae hic in nostro Chronographo et illis duobus leges, quantum quidem ad has primorum hominum migrationes et colonias pertinet. Omitto hic qui in Genesin commentarios scripsere. nec exoticos Pausanias, Ptolemaeos, Strabones, Phrynichos, Stephanos, Plinios, Solinos, Melas, et alios recenseo, qui terras suis definiere libris, populos, colonias deduxere, quae disciplina Geometrarum et Geographorum est.

27 X. *De Astronomia.*] Sequitur mythicum saeculum seu fabulosum apud exoticos scriptores, in quo si Latini cum Graecis, et Graeci inter se non conveniant, mirum videri non debet, quia fabulosum. Sacra historia singillatim per familias patrum Hebraeorum continuatur.

XI. *E Semi stirpe.*] E Chami sanguine Chusum natum divinae litterae tradunt, corrigo ergo nostrum Chronicum. Cedrenus hoc loco eadem cum nostro de Saturno, Pico, Fauno, Mercurio, Venere, Belo, Zoroastre, Marte, Perseo et aliis narrat, multoque plura addit: nisi quod in Zoroastre noster auctor sibi non constet quod eundem modo Chami, modo Semi progeniem affirmet. faciunt eorumdem alii Graeci mentionem. Unde porro simulacra, copiose Epiphanius tractat.

XIII. *Thara* LXX. *genuit Abrahamum.*] a M. C. 3334.

* Jacobum Capellum consule.

* Variant mirum in modum Chronographi latini et Graeci in annis ab Adamo usque ad Abrahamum.

D. Hieronymi vulgata ex Hebraeo editio ponit annos 1948. Judaei propter complendum Jubilaeum quadragesimum nonum, et quinquagesimum inchoandum apponunt duos dies. In quo multis modis vehementer Contius fallitur. Primum si 1950.

Digitized by Google

per 50. dividas, non colliges nisi triginta novem jubilaeos, cum Contius ponat quadraginta novem. Deinde Eusebius non ponit quadraginta novem, ut Contius affirmat, sed duos annos addit ad 1948. ut fiant 1950. qui ex falsa putatione numerat quadraginta Jubilaeos, cum tantum sint triginta novem.

Praeterea periodus Jubilaei constat septies septenis annis, qui efficiunt 49. non 50. si dividas 1950. per 49. colliges jubilaeos $39\frac{39}{49}$.

Itaque si vera ratione putes annos Jubilaeos, hoc est, per 28
septies septem, sive per quinquaginta annos nunquam prodibit quadragesimus Jubilaeus. Erravit ergo Contius totis decem Jubilaeis. Eusebius uno, si quinquaginta solidos annos Jubilaeo complectitur. si proprie, nihilominus decennio.

Editio Hebraica (inserta tamen ex Mariani Scoti sententia Cainana familia) hoc est, 130. annis, numerat ab Adamo ad Abrahamum annos MMCLXXVIII.

Apud septuaginta, ut hodie leguntur, MMMCCCXIV. Ex Origenis emendatione.

XII. *Unica lux erat intelligens.*] Librarii vitio locus hic penitus est depravatus, quem tamen exprimere voluimus, ut in Cod. MS. hodie legitur. Sed hic juvat Aesculapium adhibere, et affecta scripturae loca ex aliis scriptoribus, Cedreno, inquam, Suida, et maxime ex D. Cyrillo, unde hoc ex Trismegisto testimonium transcriptum est, persanare. Audiamus Cyrillum, sed Latinum, nam Graeci codicis instrumentum defuit. *Una sola erat lux mentalis ante lucem mentalem, et est semper mens mentis fulgida, et nihil aliud erat, quam hujus unitas semper in seipsa existens: semper sua mente, et luce, et spiritu omnia continet*, (et post alia dicit) *Extra illum non Deus, non angelus, non daemon, non substantia aliqua alia. Omnino enim est Dominus et pater, et Deus, et fons, et vita, et veritas, et lux, et mens, et spiritus, et omnia in ipso, et sub ipso sunt.* (Et supra) *Verbum enim ejus procedens perfectum existens et fecundum, et opifex, in faecundam naturam cadens, et faecunda aqua faecundam aquam fecit.* Ex hoc Cyrilli loco facile erit mendosum librarii calamum emaculare. Nam unam vocem illam *πρόφωτος* separo, et in duas distinguo *πρὸ φωτὸς*, uti et apud Suidam legitur. Se- 29
quitur: *et est semper* (apud Suidam legitur *ἦν* pro *ἐστὶ*) *Et erat mens mentis fulgida*, tollatur ergo (*καὶ*) interjectum inter *νοῦς* et *νοὸς*, uti et hic apud Cyrillum non reperitur, nec apud Suidam. Ergo emendate scribes hoc modo: *Καὶ ἦν ἀεὶ νοῦς νοὸς φωτεινὸς.* Quae sequuntur penitus corrupta sunt, sed retinent vestigia, per quae ad veram scripturam pervenimus. *Καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἢ τούτου ἐν ᾧ τῆς*, lege, *καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν, ἢ τούτου ἑνότης ἀεὶ ἐν ἑαυτῷ ὤν. Et nihil aliud erat* (nempe *νοῦς*) *quam hujus unitas semper in seipso exi-*

Digitized by Google

stem. Corrige *rursum* quod sequitur *del τῷ ἑαυτοῦ νοεῖ*, *actibus νοῦ semper sua mente.* Illud *πάντων γὰρ κύριος* legit interpres Cyrilli *πάντως* omnino. sed aeque commode *πάντων* retinetur, *omnium enim Dominus.*

Precatio Trismegisti a Cyrillo, Orpheo, non Trismegisto adscribitur.

Caelum adjuro te DEI magni sapiens opus
Vocem adjuro te patris, quam locutus est primum
Quando mundum universum suis formavit consiliis.

Haec proloquutum Cyrillus ait Orpheum ad Musaeum, ubi execratus idololatriam, quam prius contra mentem in celebrandis Diis secutus fuerat, meliorem de Deo sensum concepit. Alii haec ead. ut Suidas et Cedrenus cum nostro Trismegisto transcribunt. hos Orphei versus inter ejus opera ab Henrico Stephano edita, non reperio, sed Argonautica, hymnos Deorum, et de lapidibus preciosis tantum. Laudantur et alia ex testamento illius a Clemente Alexandrino et Justino Martyre. Suidas totum hunc locum paulo aliter ponit, ut hic legis.

Ην φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν ἀεὶ νοῦς νοὸς φωτεινὸς, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἢ τούτου ἑνότης. καὶ πνεῦμα
30 *πάντα περιέχειν, ἐκτὸς τούτου, οὐ θεὸς, οὐκ ἄγγελος, οὐκ οὐσία τις ἄλλη. πάντων γὰρ κύριος, καὶ πατὴρ, καὶ θεὸς καὶ πάντα ὑπ' αὐτὸν, καὶ ἐν αὐτῷ ἐστιν. ὁ γὰρ λόγος αὐτοῦ παντέλειος ὢν καὶ γόνιμος ὕδατι ἔγκυον τὸ ὕδωρ ἐποίησε. καὶ ταῦτα εἰρηκὼς ηὔξατο λέγων ὁρκίζω σε οὐρανὲ θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον ὁρκίζω σε φωνὴν πατρὸς ἣν ἐφθέγξατο πρώτην, ἥνικα τὸν πάντα κόσμον ἐστηρίξατο. Ορκίζω σε κατὰ τοῦ μονογενοῦς λόγου καὶ τοῦ πατρὸς τοῦ περιέχοντος πάντα, ὅλεως ἔσο.* Variat et Cedrenus nonnihil. *Ην φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν ἀεὶ νοῦς νοῦ αἴτιον, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἢ ἡ τούτου ἑνότης, ἀεὶ ἐν ἑαυτῷ ὤν, ἀεὶ τῷ ἑαυτῷ νοῖ, καὶ φωτὶ καὶ πνεύματι πάντα περιέχει.* Et mox: *καὶ πάντα ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐν ἑαυτῷ ἐστιν*, etc. Et: *Ορκίζω σε οὐρανοῦ μεγάλου ἐργάτα.* etc.

* Verbum. Illa porro ex Orpheo: * *Vocem adjuro te patris quam locutus est primum, quando mundum universum suis formavit consiliis*, D. Cyrillus his verbis exponit: *Vocem autem patris quam locutus est primum, unigenitum ejus verbum dicit, quod semper cum patre existit. Non enim erat tempus quando absque sermone proprio intelligeretur existens DEUS et pater: in ipso autem et omnium conditorem esse Deum demonstravit.*

XIV. *De Melchisedece.*] Cedrenus et Glycas Sida rege Aegypti filio natum affirmat, ubi et ejus Etymon adfert. Epiphanius lib. 2. t. 2. ger. 67. Melchisedecem ex stirpe Sidonis et Chananaeis oriundum scribit. Samaritae putant hunc esse ipsum Semum, Noëthi filium, alii Eraclum patrem, Asdaroth

Digitized by Google

sive Asteriam matrem Melchisedecis aiunt. Epiphanius haeresi 66. Hieracitae Spiritum S. crediderunt, quos refellit Epiph. Origenes et Didymus Angelum fuisse putarunt, alii filium DEI. De hoc fuse et multis paginis Pererius c. 14. ad Gen. tom. 3. p. 718. et seq. Villalpandus t. 3. p. 1. c. 1. p. 52. et seq. ostendit cum Samaritis Melchisedecem fuisse ipsum Sem filium Noë, sed Ignatium quoque modo refutat. Vide et Dionysium Areopagitam. De Salem vero urbe erudite idem Villalpandus 31
t. 6. p. 1. c. 7. et seq. Melchisedecem caelibem et incorruptum decessisse tradit S. Ignatius et Ignatium secuti.

XV. XXVI. *Primum enim ceperunt Josephum.*] Adverte lector numeros, qui decem Josephi tentationibus respondent in principio versus esse, post enumeratos casus Josephi simul ponendos, non eo ordine, quo in autographo, quod in ipso contextu mutare noluimus, positi sunt. neque enim verum est iis annis accidisse singulos, quibus adscribitur numerus. Sacrae quippe litterae contra veniunt Gen. 37. ubi Josephus uno eodemque die ad necem a fratribus destinatus in cisternam missus et venditus legitur, cum hic tres anni his tribus malis tribuantur. Eadem ratione cap. 89. alia falsa deprehenduntur. Proinde sic numeri collocandi sunt post illa verba: sequuntur decem Josephi afflictiones.

Anno Levi XXVI. XXVII. XXIIX. XXIX. XXX. XXXI. XXXII.

1. Primum enim invidentes ceperunt illum fratres ejus.
2. Deinde accusarunt.
3. Decreverunt illum occidere.
4. Miserunt illum in cisternam.
5. Venditur Ismaëlitis.
6. Ab Ismaëlitis venditus est in Aegypto Butiphari.
7. Dein coepit Domina illius pudicitiae insidiari et nudari coram illo, et sollicitare illum.
8. Cum solum deprendisset, clausis omnibus januis nuda invasit illum, et vim adhibuit.
9. Deserta ab illo Domina, reum peregit apud herum.
10. Datus est in custodiam.

CC. *annus promissionis.*]

XXXIX. hoc anno Levi. CXXII. Jacobi, Josephus natus annos XXXI.

XVI. *Assistit Pharaoni.*] Imo hoc accidit anno sequenti. 32
Nam Gen. 41. diserte narratur pincernam Pharaonis post duos primum annos memorem fuisse Josephi interpretis sui. Sed de hujusmodi anachronismis in praefatione ad Lectorem monui.

XVII. *Poculi initiationes.*] Usitatas in Perside et Aegypto jam inde a Pici seu Jovis temporibus, per scyphum, pelves,

Digitized by Google

aquam, et hoc genus alia divinationes exercendi, cum Brutius historicus, tum sacrae litterae in historia S. Josephi docet, *scyphus quem furati estis, ipse est, in quo bibit Dominus meus, et in quo augurari solet.* Scyphorum et pelvium ferme ead. ratio augurandi fuisse videtur ei de qua Plinius lib. 30. Refert de pelvi magica Nicephorus prodigium ingens his verbis: *Minime vero abs re fuerit, si celeberrimae Martyris istius prodigio admirandae Glyceriae et ipsius Martyris miraculum conjunxero. Vir quidem cui Paulino nomen erat, obscuro loco natus, in bonis tamen disciplinis admodum educatus, manifesto in impostorum et maleficorum barathrum demersus esse deprehensus est. Incantatori huic et mago argentea fuit pelvis, in qua detestandum cruorem excipiens, per eum execrandus ipse cum apostatis virtutibus colloquebatur. Vasculum id necessitate flagitante argentariis vendidit. Qui precio numerato lancem eam receperunt, venalemque et ipsi pro foribus cuivis praetereunti emendi liberam facultatem facientes proposuerunt. Accidit autem ut Perinthius antistes Byzantii esset, et pelvim eam, ita ut venundabatur compararet. Itaque cum vasculo empto se in sedem suam recepit, et ob reverentiam unguenti Martyris Glyceriae, sublato priore vase aeneo, argenteum istud reposuit, cultui divinitus manantis unguenti id maxime convenire arbitratus. Atque ille quidem hoc sic*
33 *fecit. Rivus autem unguenti constitit. Martyr enim ipsa piaculum detestata, gratiam et donum id cohibuit. Haudquaquam enim fas esse, tacens enim dicebat, ut mundum immundo contingeretur. Hoc post quam diebus plurimis fieri cognovit episcopus, oppido quam graviter tulit, variasque curas in animo ipse suo, si ipsius culpa Ecclesia commoditate tanta orbari deberet, volutavit. Proinde ad lacrimas et preces conversus, Deo supplicavit, ut rem tam gravem auferret, et facti ejus causam latentem ostenderet. Deus vero rite abominationem eam amoliens, et inscitiam misericordia legitime prosequens, antistiti in somnis lancis piaculum manifestat. Ille statim argenteam phialam subducit, et priorem illam aeream; perinde atque puram et quasi virginem atque immaculatam ministram cultui religioso restituit. Et ecce tibi, derepente unguentum rursus scaturit, et miraculorum latex denuo exundat. Piaculum autem execrandum manifesto in apertum producitur, et non aliter quam in publicis columnis incisum proponitur, urbique gloria sua redditur. Ea res ubi ad Imperatoris aures, per primariae sedis Episcopum* (Joannes is Jejunus erat) *relata est, princeps ab eodem Episcopo ad reos capitali supplicio persequendos excitatus est.* (nam is resipiscentia atque poenitentia crimen corrigere voluit) *judicium igitur maximum cogitur, et maleficorum multitudo ingens producitur. Qui in gravem carcerem conjecti, ad supplicia, debitas persoluturi poenas, traditi sunt. Inter quos Paulinus in palum summa parte hiantem actus, turpiter vitam finiit: quum prius caedis filii sui spectator fuisset. Siquidem et hunc abunde impiae impostorae et ma-*

Digitized by Google

leficii portentis imbuerat. Atque hoc ita gestum. Joannes quoque apud Cedrenum patriarcha Lecanomantis fuit, ut Cedrenus in Theophilo scriptum reliquit, et Nicetas de Andronico Engastrimythos consuluit, qui ex pelvi vaticinabantur. Legatur Delrius Magic. Disq. lib. 4. c. 2. q. 6. sect. 4, et superiore de cyatho.

De Pico porro et fabuloso saeculo fabularumque origine 34
et Deorum cultu omnes fere chronographi et mythologi.

XVIII. *Quando decima primi mensis inciderit.*] Tria docet hic chronographus ex Matheseos disciplina, primum qua via luna decima primi mensis investiganda sit, deinde decima quarta, postremo ipsa feria, qua primum pascha celebratum est. Fundamenti loco tanquam fixum et confessum ponit, more Graecorum, a conditu mundi usque ad primum pascha fluxisse annos 3838. hanc annorum epocham dividit per enneadecaeteridem, sive novendecim annorum conversionem, quam alumni Mathematicorum cyclum lunae novemdecennalem nuncupant, quod post novendecim annos ad primum redeant, sicut in periodo solis post 28. et indictionis epinemesi post 15. Jubet porro novemdecim duci in 200. quod in tribus millibus et octingentis enneadecaeteris exhauriat millesimum et centesimum numerum epochae. relinquuntur 38. Triginta octo non dividit per dyadem, sed monadem, ut remaneant 19. alioqui totus numerus 38. exhauriretur, et cum illo simul aureus numerus, qui nunquam tollendus est. Si ergo 19. ducantur in monadem, existunt 19. totidemque relinquuntur. Aureus ergo numerus illius anni 3838. est 19. Huic aureo numero 19. respondet, ex chronologi definitione, epacta *, seu trigesima (in Romano tamen antiquo, ponitur epacta 29.) cui si addas 31. dies Martii, colligentur dies 61. abiice ex 61. quoties continetur triginta, remanebit 1. ergo is est 31. Martii. h. e. ultimus Martii, qui mihi designat neomeniam post Vernum aequinoctium. Crescat jam luna per primos novem dies Aprilis cum ultimo Martii, habebis nono Aprilis decimam lunam primi mensis, et quod inde sequitur. 13. Aprilis 14. lunam mensis, 35
qua primum pascha fuit celebratum. eodem enim modo 14. luna sicut 10. quaeritur, nisi quod pro 9. Aprilis ponam 13. Maximus monachus brevissime rem docet. ut novam lunam vel ejus aetatem pernoscas, adde epactae dies 11. a Cal. Martii. summam divide per 29. et ½. (noster chronologus per 30. partitur) Annorum ergo 3838. epacta est * sive 30. Dies a Calendis Martiis usque ad 9. Aprilis 40. summa 70. si 70. dividas per 29½, relinquuntur 11. Cadet ergo ex Maximi sententia in 9. Aprilis luna 11. sed si dividamus 70. per 60. uti

Digitized by Google

chronologus noster, restant tantum 10. Tredecim autem priores vocat τὰς πρὸ τῶν φωστήρων, dies anteluminaris, sive dies qui post aequinoctium plenilunium praecedunt, sequentes septem προσελήνους antelunares, quod proxime lunam plenam praecedant. Atque haec de neomenia, et luna 10. atque 14. Nunc feriam primi paschae hoc modo quaerit. Epochae annorum additur quadrans, hoc est, anni bissexti, cum quarto quoque anno intercaletur unus dies post 24. Febr. His adduntur dies anni currentis, denique alii quidam numeri summae adduntur vel detrahuntur propter feriarum radicem. Ergo noster auctor feriam primi paschae celebrati hoc modo indagat. Epochae 3838. addit quadrantem ex annis bissextis 959. Ab aequinoctio vero quod fuit 21. Martii, usque ad 13. Aprilis, hoc est 14. lunam, dies fluxere 24. quibus adde tres antelunares praecedentes; collige summam ex omnibus 4824. partire per 7. relinquetur 1. haec est feria prima, sive dies dominicus. Primum ergo pascha ex nostri scriptoris ratiocinatione die Dominico, quae feria prima est, celebratum ostenditur.

36 Ita infra docet S. Joannem Baptistam anno Mundi 5507. Junii 24. die lunae natum esse. Epactae uni addit, dies Aprilis 30. Maii 31. Junii 24. unde colliguntur 86. quae divisa per 7. producunt 12—2. 12. multiplicata per 7. generant 84. remanent duo, quae feriam secundam indicant.

Pari modo probat 25. Martii Deum a Virgine conceptum. Epactae 15. adde 13. et alias 7. et 5. nascentur 40. abjice triginta, remanebunt 10. decima ergo luna incidit in 25. Martii, quo jussus est agnus parari. Ergo 15. fuit neomenia. 25. decima luna. 29. pascha. Eadem ratione disputat de natali die Christi, de Baptismo et in caelum ascensu.

XIX. *Prometheus.*] Eusebius Pamphilus lib. post. chronicorum Prometheum, Epimetheum et Atlantem, Argum, Jo, ponit 431. anno regni Assyriorum, sub quintum annum Moysis nati, quamquam idem docet ab aliis aetate Cecropis, a nonnullis LX. aut XC. annis ante Cecropem vixisse, noster multo posterius et rectius, ad Triopam quoque alii referunt.

XX. *Nomenclatura Consulum.*]

Ordinem, varietatem et auctorum diversas opiniones in Romanis fastis multi prodiderunt. Tu praeter antiquos Fastos Capitolinos ac Dionysium Halicarnass. Victorem, Marcellinum, Cassiodorum, consule Sigonium, Cuspinianum, Panvinium, Contium, Baronium, de Scaligero nihil dico, cum emendationes ejus temporum ab Ecclesia sint proscriptae.

Digitized by Google

XXI. *Helias Thesbites.*] Hae sanctissimorum vatum vitae reperiuntur in Dorothei Synopsi, et copiosius a Perionio descriptae. Epiphanium, quem noster auctor laudat, desideravi.

Has ego Animadversiones ad finem usque pertexuissem, 37
nisi majorum auctoritas opera mea aliis in negotiis usa esset, utereturque hodie. Hic est status et conditio Sociorum, ut et inchoare, et inchoata relinquere pro usu et necessitudine rerum cogamur, ostendamusque ex omni genere studiorum, nobis id maxime studendum, ut obsequi studeamus.

Digitized by Google

Vol. I. p. 133. 12. Non esse debet novi versus initium.
P. 139. 8. Casu factum est ut reliquerim vitiosum καὶ αὗται, quod correxi, ubi locus Levitici revertitur, p. 397. 18.
P. 140. 13. βιʹ] Scr. βʹ ιʹ in textu et annotatione.
P. 193. 13. καναὼν] Scr. κανών,
P. 271. 15. in annot. scr. V. p. 395.
P. 322. 1. Κάσον] Coniecturae κατ' Ἴσσον favet κράτιστον in catalogo MS. Alexandriarum apud Berkelium ad Stephani Βυνκεφάλεια p. 237. b. Quod idem legerat scriptor Exc. Scal.
P. 360. annot. 4. P] Scr. P sola.
P. 371. 3. Scribe σκηνοπηγίων.
P. 382. 22. in margine excidit B.
P. 401. 1. in annot. scr. 13. et ponenda post 10.
P. 553. 6. πρεσβεύων] Recipiendum ex Malala πρεσβεντὴν.
P. 628. et 633. aerarum notas altius posuit typotheta quam oportuit.
P. 655. 11. Recte dictum est in locis Chronici et Eustathii ὅδε τις. Aristoteles Categor. 5. πᾶσα δὲ οὐσία δοκεῖ τόδε τι σημαίνειν. 7. οἷον τόδε τι εἰ οἶδε ἀφωρισμένως ὅτι ἐστὶ δικλάσιον. et mox ὡσαύτως δὲ καὶ τόδε τι εἰ οἶδεν ὅτι κάλλιόν ἐστι.
P. 660. 13. in annot. pro P scribendum R.
P. 680. 10. Adde annot.: μνημονεῦσαι PV.
P. 738. Delenda quae ad p. 57. 58. adduntur: quod folium typis repeti fecimus. — Ad p. 267. 10. Αἰλιανοῦ Πρενέστου MS. Paris. apud Perizon. Praef. ad Aelian. p. XVII.

HAVERFIELD LIBRARY
OF ANCIENT HISTORY
OXFORD

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google